UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

Th. 4767.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Ill. II
3938
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ARNOLDI CORVINI
à BELDEREN, BATAVI, & JCti &c.
TRACTATUS SECUNDUS,
DE
BENEFICIIS ECCLESIASTICIS,
INTRODUCENS
Ad
Genuinam Universi Juris Canonici seu Pontificii explicationem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Cory
De Pet
er Benef
G

ORDO TITULORUM.

Introductio E

LIBER I.

	Tit.	Pag.
De Origine Beneficiorum	1	3
Bonorum Ecclesiasticorum Divisione Vulgari	2	16
Beneficii Nomine	3	20
Definitione	4	23
Beneficiorum Divisione & Qualitate in Genere	5	30
Beneficiis Majoribus & Minoribus	6	31
Curatis, vel non	7	35
Duplicibus vel Simplicibus	8	36
Regularibus, & Sæcularibus	9	39
Collegiatis & Simplicibus	10	44
Collativis & Electivis	11	45
Patronatis, & non Patronatis	12	48
habentibus Dignitatem, Personatum aut Officium	13	ib.
Nominatis & Innominatis	14	50
Impropriis	15	51

LIBER II.

De iis qui Beneficia conferre possunt; & primò: De Romano Pontifice	1	53
Concilio Oecumenico, seu Generali	2	61

Cory
De Sacr
et Benef.
G
3

ORDO TITULORUM.

	Tit.	Pag.
De Legato Romani Pontificis	3	64
Ordinariis Collatoribus	4	68
Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium	5	69
Ecclesiarum Collegiatarum	6	73
Beneficiis, quæ Collegii nomine non veniunt	7	75
Episcopo mortuo, ad quem pertineat Beneficiorum Collatio	8	78
De Propontifice, seu Vicario, an vice Episcopi conferat	9	81
Conductore Beneficiorum	10	86
Possessore juris conferendi	11	87
Sequestro, an conferat	12	89
Laicis, an possint conferre Beneficia	13	92
Imperatorum & Regum jure in Beneficiorum Collatione	14	95
Juribus Regaliorum	15	98

LIBER III.

Iis quibus Beneficia conferri possunt, in genere	1	105
Natalibus Legitimis	2	106
Illegitimis	3	108
Corporis Integritate	4	114
Morbus Corporis	5	117
Bonis Moribus	6	118

De Sa-

	Tit.	Pag.
De Scientia, seu Literatura	7	123
Ætate Legitima	8	129
Cælibatu	9	137
Digamis	10	141
Ordine Ecclesiastico	11	146
Naturalitate	12	153

LIBER IV.

Iis quæ in conferendis Beneficiis sint præcipuè obſervanda	1	157
Quando provideri debeat de Beneficiis	2	ib.
Intra quod Tempus debeat provideri de Beneficiis	3	165
Si Tempus præfixum non obſervatum	4	167
De forma in proviſione Beneficiorum ſervanda in communi	5	170
ſervanda in proviſione Parochialium	6	171
Beneficiorum ſimplicium	7	ib.
In Beneficii proviſione quæ requirantur	8	173
Beneficii collationem debere eſſe gratuitam	9	ib.
Beneficiorum collationem debere eſſe integram	10	180
De Penſionibus, quæ in Beneficii Collationibus retinentur	11	181
Beneficiorum collationem debere eſſe puram	12	194

	Tit.	Pag.
Collationem Beneficiorum non debere esse surreptitiam	13	19
Utrum publica, an clandestina Beneficii Collatio valeat	14	19
Quomodo Beneficii Collatio sit probanda	15	19

LIBER V.

De modis quibus Jure Ordinario acquirantur Beneficia	1	20
Electione	2	20
Postulatione	3	20
Translatione	4	20
Collatione Jure Ordinario Devoluto	5	20
Præsentatione	6	21
Institutione	7	22
Jure Patronatus	8	23
Conjunctione, seu Unione	9	24
Fiduciis seu Commendis Ecclesiarum	10	25
Triennali Possessione	11	27
	12	27

LIBER VI.

modis quibus acquirantur Beneficia jure Extraordinario	1	29
Collatione Papæ extra Diœcesin	2	29
Papæ Præventione	3	29
Mandatis de providendo	4	30

Cory
De Scr
et Benef
G
3

	Tit.	Pag.
De Reservatione	5	311
Nominatione Regia	6	321
Scholastica	7	325

LIBER VII.

Jure Beneficiarii in Beneficio	1	333
bonis Ecclesiæ immobilibus	2	334
bonorum Ecclesiasticorum usurpatione, aut subtractione	3	336
alienatione	4	338
Fructibus Beneficiorum in genere	5	352
Decimis	6	365
Primitiis	7	413
Oblationibus	8	418
Canonica Portione Episcopali	9	426
Cathedratico	10	433
Quarta Decimationum	11	434
Charitativo subsidio	12	436
Procuratione	13	441
Canonica Portione, seu Quarta Parochiali	14	450
Legatis ad pias caussas	15	454
Diariis seu distributionibus quotidianis	16	460

LIBER IIX.

Obligatione Beneficiati in genere	1	467
Residentia Beneficiatorum in genere	2	468
Curam animarum habentium	3	470
Dignitatum, & Canonicorum	4	478

De Di-

	Tit.	Pa
De Divinis Officiis	5	4
Professione Fidei	6	4
Obligatione suscipiendi Ordines	7	4

LIBER IX.

Modis Vacandi & amittendi Beneficia in genere	1	4
Vacatione per mortem	2	4
Renuntiationem	3	4
unius per Promotionem ad aliud incompatibile	4	4
Beneficiorum ob Promotionem ad Episcopatum	5	5
Abbatiam	6	5
ob Contractum Matrimonii	7	5
Per Religionis ingressum	8	5
propter Beneficiati crimen	9	5
Criminibus, propter quæ vacant Beneficia	10	5

LIBER X.

Actionibus & judiciis in caussa Beneficiorum	1	5
Sequestratione Beneficiorum	2	5
Subrogatione litigantium	3	5
Sententia in caussis beneficialibus	4	5
Judice competente Litis Beneficialis	5	5

Cory
De Ser
er Benef
G



ARNOLDI CORVINI,
à Belderen, J. C. BATAVI,
DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS
TRACTATUS.

INTRODUCTIO.

QUia de Personis Ecclesiasticis, & quæ aliquid tractant Ecclesiasticum, speciali egimus tractatu, operæ pretium judicamus, & de earum beneficiis tractare in universum, ut Personarum Beneficiatarum dignitates & ju-

ra appareant facilius. Acturi *Primò;* de Origine, Nomine, Definitione, Divisione & Qualitate Beneficii: *Secundò;* De Iis qui conferre possunt Beneficium: *Tertiò;* De Iis quibus potest conferri: *Quartò;* Quæ in conferendo sint observanda; *Quintò;* Quibus modis conferatur Jure ordinario; *Sextò;* Quibus extraordinario; *Septimò:* De Jure quod habet Beneficiatus in beneficio; *Octavò;* De beneficiati obligatione; *Nonò;* De Beneficii amissione & vacatione. *Decimò;* De Judicibus & Actionibus pro Beneficiis competentibus.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De Origine Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Origo Beneficiorum, Religio erga Deum.*
2. *Est ea juris Naturalis. Quare.*
3. *Sacrificia quando nata.*
4. *Ob quas caussas introducta.*
5. *Sacrificare quid.*
6. *Qui primum sacrificaverunt.*
7. *Qui fuerint Sacerdotes ante & post Moysem.*
8. *Quæ ipsis relicta.*
9. *Ethnicorum veterum & modernorum Sacrificia: & Sacerdotes.*
10. *Quam curam habuerint cum Sacerdotibus suis Ethnici veteres.*
11. *Quam hodierni.*
12. *Quam Ecclesia Christiana Antiqua & Hodierna.*
13. *Bona habuit Christus.*
14. *Habuerunt Apostoli; Et undè.*
15. *Cur Christiani Bona sua contulerint in commune vendiderintq; immobilia.*
16. *An ad bonorum communicationem fuerint adstricti.*

17. *Poſt tempora Apoſtolorum cæperunt bona immobilia tradi Eccleſiis Matricibus, ut ex eorum fructibus alerentur offerentes & egentes.*
18. *Qui fuerint præcipuè liberales erga Eccleſiam Romanam.*
19. *Cur Eccleſiis acceſſerint Principatus.*
20. *Quare Eccleſiis oblationes fecerint Chriſtiani, cum Principes, tum alii.*
21. *Unde excreverint Eccleſiæ opes in immenſum.*
22. *Qui eas habuerint in ſua poteſtate olim, & quomodo.*
23. *Quomodo debuerint diſtribui.*
24. *Numerabantur inter pauperes. Eccleſiæ Præpoſiti: ſed non omnes.*
25. *Qui diſpenſandi modus poſtea Epiſcopis præſcriptus.*
26. *Antiquatus: Orta Beneficia.*
27. *An Beneficiatus poſſit de Beneficiorum fructibus diſponere & teſtari.*
28. *Quæ hic Principum Sæcularium auctoritas.*
29. *Quid ſtatuerint circa Bonorum adminiſtrationem Concilia.*

1 ORigo *Beneficiorum* eorumque fons, eſt *Religio erga Deum.*

2 Quæ eſt Juris Naturalis Gentium. *l. 2. ff. de Juſt. & Jur. Primò;* Quia rationi Naturali inſitus eſt ſenſus Dei, ejuſque cognitio. Cicero *lib. 1. de Legib. & 1. Tuſculan.* ait; *Nulla gens eſt, nec tam immanſueta, nec tam ferrea quæ etiamſi ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat.* D. Auguſtinus *lib. 83. quæſtion. qu. 51.* idem confirmat; Seneca *epiſt. 118.* ſcri-

bit; *Apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri, tanquam Deos esse inter alia hoc colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est, nec ulla gens usquam est adeo extra Leges, moresq; projecta, ut non aliquos Deos esse credat: Secundò;* Quia creaturæ ipsæ earumque consideratio, esse quoddam summum numen, summam caussam, eumque verum Deum, qui hæc omnia fecit & conservet, docent: ut docet Job *cap.* 12. *vers.* 7. *& seq.* & liber Sapientiæ *cap.* 13. *vers.* 5. Dicit D. Paulus *epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 13. *vers.* 12. *Videmus, Deum (in creaturis) tanquam in enigmate.* D. Prosper *lib. de vocatione Gent. cap.* 1. *Tanquam in volumine magno, cujus paginæ sunt elementa* D. Bernardus *libro de considerat.* dicit, *& per illas adscendimus ad Deum tanquam per scalam.* D. Augustinus *libro de Spiritu & littera*, ait; *Eos qui non cognoscunt Deum per creaturas, detinere veritatem in iniquitate, & veluti comprimere fauces earum; eo quod*, ut Idem habet, *lib.* 7. *confession. cap.* 13. *omnia condita laudent Deum:* D. Ambrosius *ad epist. ad Romanos cap.* 2. inquit probè; *Ipsa natura proprio judicio Creatorem suum cognoscit, non per legem, sed per rationem naturæ; Opus enim Opificem cernit in se;* Cicero *de respons. Haruspic.* sic; *Quis est tam vecors qui, vel cum suspexerit in cœlum, DEum esse non sentiat? & ea quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum atq; vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet.*

Cum Religione & cultu Dei statim ab initio nata fuere *sacrificia*, 3
tum *publica*, tum *privata*; *cap.* 4. *Genes.* Dicit Aristoteles *lib.* 5. *Et hic. cap.* 7. sacrificare quidem capra, vel ove, esse juris proprii alicujus Civitatis, & consequenter Civilis; sacrificare autem in genere esse Juris Gentium Naturalis.

Introducta sacrificia maximè tres ob caussas; 1. Nempe ut hono- 4
ris & laudis divinitati debitæ signaretur testimonium: 2. Ut beneficiorum acceptorum haberentur gratiæ; & postularentur necessaria: 3. Ut repellerentur noxia. *Petr. Gregor. in Institution. de Benef. cap.* 2. *num.* 2.

Sacrificare autem nihil est aliud, quàm Deo offerre munera: vel 5
brevius. Sacrificare est officium quod rei divinæ faciendæ caussa impenditur. *Plato in Eutryphone.*

Primum Deo Sacrificium, secundùm Hebræos, Deo obtulit pri- 6

mus homo Adam; & quidem bovem; ritumque illum in Spiritu docuit Filios ſuos. Obtulit Cain agricola è fructibus terræ munera Deo: Abel paſtor ovium, de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum. *Geneſ.* 4. Dehinc Enoch filius Seth, aliis rebus ſeculi operam navantibus, nomen Domini invocare cœpit publicè, & religionis Sacerdotium & cultum profiteri & exercere publicè. *Gen.* 4. Nec non poſt diluvium ædificavit Deo altare, & ſacrificavit de cunctis pecoribus, volucribus & animalibus mundis. *Geneſ.* 8. *verſ.* 20. Melchiſedech, Rex Salem, obtulit Domino panem & vinum; *Geneſ.* 14. *verſ.* 18. *D. Paulus ad Hebræos cap.* 7. *verſ.* 3. *Joſeph. lib.* 6. *Belli Judaic. cap. fin.* Abraham ædificavit in peregrinatione ſua, inter Bethel & Hay altare Domino, & invocavit nomen Ejus: *Geneſ.* 12. *verſ.* -- & 13. *verſ.* 4.

7 Dicit D. Hieronymus *in traditionib. & epiſt. ad Euagrium*, & conſentiunt Hebræi, à Noe uſque ad Aaronem, Sacerdotes & Pontifices fuiſſe omnes primogenitos. Moyſes juſſu Dei religionis cultum ordinavit, certos delegit & ordinavit Sacerdotes & miniſtros; determinavit ſacrificia, tabernaculum, altare, oblationes: *Exod. cap.* 8. *cum ſeq. uſq; ad* 31. *& ferè per totum Leviticum. & princ. Numeror.*

8 Sacerdotibus illis, poſt ingreſſum populi in terram promiſſionis & diviſionem ejus factam, relatæ illis fuere primitiæ & decimæ omnium & oblationes: *Num.* 18. & 34. *Joſuæ* 14. *Ezechiel.* 44. *c. cauſa Compenſis. de verb. ſignific. can.* 1. *cauſ.* 4. *qu.* 4. *c. prohibemus. de decim.* Statutum etiam quid ex ſacrificiis deberet eſſe Sacerdotum. *Levit.* 2. *verſ.* & 7. *verſ.* 6. & 10. *verſ.* 3. & 24. *verſ.* 9.

9 Imitati hoc fuere Idololatræ Ethnici; Quanquam enim veri Dei notio ex Idololatrorum mentibus exulaſſet, attamen ea quæ erant religionis, retenta ſunt in ſuperſtitione. Veteres alii pro ſacrificio offerebant Deo bonam & gratam voluntatem, preces, laudes, hymnos, Odas: alii thura, fruges: alii animalium victimas; ut Baccho caprum. *Ovid.* 2. *de Ponto.* vel aſinum; *Plinius hiſtor. natural. lib.* 24. *cap.* 2. Cereri porcam; Dianæ cervam; Iſidi anſerem; Soli equum; *Ovid.* 1. *Faſtor.* Immolabant Diis ſuis nonnulli taurum, gallum, oves, arietes, porcos; imò & homines; ut olim Chii, Arabes, Schytæ, Phœnices, Galli, & ſimiles, *de quibus vide Macrob. lib.* 1. *Saturnal. cap.* 5. & 7. *lib.* 3. *cap.*

cap. 6. Alexand. ab Alexand. Genial. Dier. lib. 6. cap. fin. & Patrum nostrorum memoria ante Hispanorum appulsum, Peruani, Mexicani; adhuc Tartari, qui Magno Cham; Indi qui Magno Calamihan subsunt; aliique. Alii offerebant, & adhuc offerunt, spolia, vota, alave in sacrificium & in cultum munera, secundum ritus & placita vel propria, vel publica. Habuit & habet adhuc unaquæque Gentilium natio in sua superstitione Sacrificulos, Sacerdotes, sacrorumque ministros. Æthiopes, Phœnices, Phryges, habebant suos, habebant & suos Græci; *vid. Jul. Polluc. lib. 1. Onomastic. cap. 18.* Romani habebant suos Flamines, Dialem, Martialem, Quirinalem, Criminalem, Vulcanalem, Carmentalem, &c. Sacerdotes, Potitios, Pinarios, Arvales, Angures, *Livius lib. 1. Dionys. Halicarnass. 2.* Salios, *Idem lib. 12. Plutarch. in Numa.* alios; Habent adhuc hodie Indi suos Bramines, Grepos, Talagrepos, Rolims, Neepois, Bicos, Sacureos, Chanfarauhos; Chinenses suos Calagrepos, Menigrepos, alioque; Japonenses suos Bongos, Jammahoos; aliique Barbari suos.

Cum Sacerdotibus habuit, etiam superstitio curam Illorum, ut 10
sacrificiorum: Refert Aristoteles *lib. 7. Polit. cap. 1.* Sacerdotibus fuisse circa templa commessationes institutas: Herodotus *lib. 2.* Ægyptios Sacerdotes nihil ex re domestica, omnia ex publico impendisse: Dion. Halicarnassæus *lib. 2.* Romanis Sacerdotibus annonas datas ex publico, certosque reditus collegiis Sacrificulorum fuisse distinctos: Plinius *histor. natur. lib. 12. cap. 14.* Sacerdotes Arabiæ, ex thure, quod ex Arabia defertur, Sabotham nomine Dei sui, Sabin dicti, certam mensuram accepisse: Et *d. lib. 12. cap. 19.* Sacerdotes Ægyptios cinamomi decimas accepisse. Et *lib. 8. histor. natural. cap. 2.* Veteres Romanos vina aut novas fruges non degustasse, priusquam Sacerdotibus primitias libassent.

Eandem Sacerdotum curam habet ad huc hodie superstitio; Indi 11
suis Sacerdotibus reditus dant plusquam regios; Chinenses alunt eos ex publico: Japonenses, ut & in India Siamenses, Sacerdotes, aliqui habent certos reditus ab Imperatore, aliqui sustentantur ex Eleemosynis plebis.

Si Sacerdotum curam habuit Lex Testamenti veteris, si Ethnica 12
Super-

Superſtitio; majorem habuit largiendo iis & Eccleſiis bona Antiqu
Eccleſia Chriſtiana, & habet Hodierna. Sed, ut hoc intelligatur m
lius, Bonorum quæ Eccleſia poſſidet origo, finis & uſus à Chriſti & Ap
ſtolorum ejus temporibus ſunt deducenda.

13 Habuit, ut teſtatur Sacra Hiſtoria, Servator Noſter, facultat
aliquas, ſed pertenues: ita ut ſaltem non teneretur mendicare; quod
nonnulli, propterea damnati, aſſerere non dubitarunt: *cap. cum non
nonnullos. 4. cum ſeq. de verbor. ſignificat. in Extrav. Johan. 22.* Solebat
enim Dominus pecuniam ſibi oblatam aut quoquo modo quæſitam d
ligenter cuſtodire, ut ex ea tam ſibi, quàm ſectatoribus & comitibus
ſuis compararet & victum & veſtitum *D. Joan. 13. verſ. 29.* Dicit de
guſtinus; *Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conſervans, & in
rum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. can. habebat. 12. qu. 1.*
Tribuebat enim eis exigua, ſed ſufficientia ſine inopia; admonebatque
ut, in Deo ſpem ſolam ponentes, non eſſent ſolliciti de rebus tempora
libus, ut nihil poſſiderent, nec etiam deferrent peram, non aurum, non
argentum in zonis, non haberent duas tunicas, non virgam; ſed dicit
certò nutriendos iri, cum mercenarius mercede ſuâ ſit dignus: *D. Mat
thæus cap. 10. verſ. 9. D. Lucas cap. 9. verſ. 2.* Verum dixit eis D. Matt
*cap. 6. verſ. 31. cum ſeq. Nolite ſolliciti eſſe, dicentes, quid manducabimus
aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt
ſcit enim pater veſter cæleſtis; quia his omnibus indigetis. Quærite ergo
primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis. Nolite igitur ſol
citi eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi: ſufficit
diei malitia ſua.* Sed dixit hoc non, ut nihil pecuniæ ſerveturà Sa
ctis, ſed ne propter iſta ſerviatur, & propter inopiæ timorem juſtitia de
ſeratur. *d. can. habebat. 12. qu. 1.*

14 *Formam* ergo *pecuniæ Eccleſiaſticæ* primus inſtituit Chriſtus. Et
mortuo & in cœlum ſublato, Apoſtoli, & Diſcipuli, Cultoreſque eor
non mediocrem leguntur poſſediſſe pecuniæ vim, adeo ut quamvis eo
rum numerus eſſet ingens, tamen inter eos nemo reperiretur egen
Qui catechizabatur in fide, communicabat in omnibus bonis ei qui
lum catechizabat: *D. Paul. ad Galat. 6. verſ. 6.* Qui altari ſerviebat, de
alteri vivebat: *D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 9. cap. cum ſecundum Apoſ
lum.*

tum. 16. *de præbend.* Fiebant etiam collectæ eleemosynæ ex diversis regionibus, qui distribuerentur & mitterentur his qui egerent: *D. Paul. epist. ad Galat. 2. vers.* 10. Imò, ut scribit D. Lucas *Actor.* 4. *vers.* 32. *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Et quotquot erant possessores agrorum aut domorum, vendentes afferebant pretia, & ponebant ante pedes Apostolorum, qui distribuebant oblata, per Diaconos juxta necessitatem cujusque. Idque secundum præceptum Dei, *Deut.* 15. *vers.* 4. ubi, *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.*

Eadem referuntur à Clemente, qui illis temporibus fuisse creditur; in epist. 5. *relata in can. Dilectissimis.* 12. *qu.* 1. qua fratres & condiscipulos suos ad bonorum communicationem hortatur.

Quod autem maluerint primi Christiani ex prædiorum venditio- 15
ne conficere pecuniam, quam retinere ea, & ex eorum fructibus se ipsos alere, Melchiades Papa, *can. futuram.* 15. *d. cauſ. & qu.* id factum scribit ideò, quia cum futuram Ecclesiam in Gentibus viderent, prædia & possessiones in Judæa adipisci utile non putaverunt.

Nec Christiani ad istam bonorum communicationem adstringe- 16
bantur Lege aliqua, faciebant id ex libro piæ voluntatis proposito, nonnunquam ex promissione, ac voto intercedente: Intelligebant satis, eamà Christo non fuisse præceptam, & proprietatem dominiorumque distinctionem, quæ hominum rationem naturalem sequentium consensu recepta, nec Divino Juri, nec Christianæ religioni esse repugnantem. Ea siquidem est hominum corruptio & improbitas, ut humana societas retineri & conservari nequeat commode, Platonicâ inter homines indiscriminatim constitutâ communione. Si qui tamen affectu illo mutuo & charitate, quam nobis commendavit & præcepit Christus unice, ita ducantur constantissimè, ut non modò ultro conferant facultates, sed operam quoque suam, laborem, industriam, eorum absque dubio in hac æquabilitate & rerum omnium communicatione vita futura erit jucundissima & felicissima. *vid. Duar. de Sacr. Eccles. Minist. lib. 2. cap.* 1.

Ideò autem dominiorum proprietas & distinctio probatur Jure

Gentium, cui minime refragatur religio noſtra, quia obtineri ab hominibus non creditur in tantis eorum vitiis, ut ſine fraude & diſcordia ei perſeverent communione. Proinde cum Ananias & Sapphira retinuiſſent agri venditi pretium, parte tantum ad Apoſtolos per Ananiam delatâ, D. Petrus non damnavit illum eo nomine, ſed quod dolo eſſet, simulatione ac mendacio uſus. *Anania*, inquit, *cur implevit Satanas cor tuum ut mentireris Spiritui Sancto, & fraudares de pretio agri? Nonne prorſus tibi manebat, & venumdatus erat in tua poteſtate? Actuum*.

Et hæc fuerunt prima Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus Apoſtolorum incunabila, & divitiarum ejus, earumque ſtatus & uſus.

17 Poſt Eorum tempora, cum Chriſtianorum numerus intra viginti aut triginta ad ſummum annos per universum Orbem eſſet diſperſus, *Irenæus in 1. Juſtinus adverſ. Tryphonium* & viderent utilius fore, ſi haereditates & agros quos vendebant, traderent Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, eò quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quam temporibus futuris, plura & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipſorum; cœperunt prædia & agros quos vendere ſolebant, matricibus Eccleſiis tradere, & ſumptibus eorum vivere. *can. videntes. can. expedit. can. duo ſunt. cauſ.* 12. *qu.* 1.

Ex eo igitur tempore certatim unuſquiſque pius & fidelis prædia & poſſeſſiones dabat Eccleſiæ; ex quorum fructibus non ſolum miniſtri, ſed & alii egentes alerentur.

18 Ac præ cæteris Imperatoris Conſtantini celebratur liberalitas Eccleſiam; *can. Conſtantinus. diſt.* 96. *can. futuram.* 12. *qu.* 1. *l.* 1. *Cod. de SS. Eccleſ.* Nulli tamen plus contulerunt Eccleſia Romanæ, nec magis potentiam auxerunt, quam Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Francorum Reges, & Romanorum Imperatores. Pipinus Sedi Apoſtolicæ donavit Ravennam cum Exarchatu toto; Anaſtaſius Bibliothecarius *in Stephano* 3. loquens de Faltado Abbate; dicit; *Ipſas etiam Ravennatium Urbis, quam diverſarum Civitatum ipſius Ravennatium Exarchatus, una cum ſupradicta donatione de his à ſuo Rege (Pipino) emiſſa, in Confeſſione B. Petri ponens: Eidem Apoſtolo & ejus Vicario Sanctiſſimo Papæ, atq; omnibus ejus Succeſſoribus, Pontificibus perenniter poſſidendas atq; diſponendas tradidit.* Carolus Magnus, tan-

[d]

tantum renovavit donationem à Patre Pipino factam; sed & auxit. Dicit idem Anastasius *eodem loco: & universum Exarchatum Ravennatium, sicut antiquitus erat, atq;* (legendum usque) *provincias Venetiarum & Hystriam, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneventanum.* Fecit idem Ludovicus Pius. *ut test. can. Ego Ludovicus. dist.* 63. Donavit etiam Pontificis ditioni Otho Magnus Imperator Civitatem Alderburgum cum Obotritorum ditione omni, usque ad fluvium Panin & civitatem Demin. *Crantz. lib.* 2. *Vandaliæ. cap.* 31.

Maluerunt etiam plures se suaque potius subjicere Ecclesiæ, ut 19
nutrici & matri, quam ditioni & Imperio Principum. Unde temporum successu, tot Ducatus, Comitatus, Principatus, quot nunc sunt & fuerunt, accesserunt Ecclesiis.

Eo pacto Saxones à Carolo Magno superati, iniquis animis tulerunt Imperium, nec quieverunt prius, quam ut Episcopis permitterentur: *Crantz. d. lib. cap.* 22. Constitutis & erectis & dotatis propterea à dicto Carolo Magno, Sedibus Episcopalibus per Germaniam ferè omnibus.

Commemorare possem hic non tantum aliorum Principum, Regum, Imperatorum, sed & aliorum piorum hominum, beneficia ingenia in cæteras totius Orbis Ecclesias undique collata; sed descriptio ejus rei justum desideraret volumen.

Faciebant autem istas oblationes Principes, ut Episcopi populi 20
possent conciliare sibi favorem, & honorabiles essent Regulis; ut de se ait Otho Magnus: *d. loco Crantz. cap.* 31. faciebant iidem, ut & alii pii homines, in redemptionem peccatorum.

Quale illud est, quod de Hilario Episcopo Arelatensi Prosper memoriæ mandavit; Nempe eum acceptis fidelium numerosis hæreditatibus, mirum in modum locupletasse Ecclesiam: *d. can. expedit.* 12. *qu.* 1. ex quo de cæteris fieri potest conjectura.

Præter istos reditus, præterque decimam partem non fructuum 21
modo, sed & negotiationis, quæstus & lucri, de qua postea, & alias quasdam largitiones, quotidie in sacro ipso conventu fiebant oblationes ad altare. *Theodoret. lib.* 5. *cap.* 18. *can. omnis.* 69. *de consecrat. dist.* 1.

Non ergò mirum, quod nunc omnibus teſtatum eſt & manifeſtum, Eccleſiæ opes excreviſſe in immenſum.

De oblationibus Eccleſiæ Romanæ earumque abuſu, loquitur Ammianus Marcellinus. *hiſtor. lib. 27. Damaſus*, inquit, *& Urſicinus ſupra modum humanum ad rapiendam Epiſcopalem Sedem ardentes, ſeiſſi ſtudiis aſperrimè conflictabantur, ad uſq; mortis & vulnerum diſcrimina, adjumentis utriuſq; progreſſis, quæ nec corrigere ſufficiens Vrbanitas, nec mollire, vi magna coactus ſuceeſſit in ſuburbanum, & in concertatum ſuperaverat Damaſus, parte, quæ ei fovebat inſtante. Conſtatq; in Baſilica Siceni, ubi ritus Chriſtiani eſt conventiculum, uno die centum triginta ſeptem cadavera reperta peremptorum, efferatamq; diu plebem, aegre poſtea delinitam. Neq; ego abnuo, oſtentationem rerum conſideraus urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione latorum jurgari debere, cum id adepti, futuri ſint ita ſecuri, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantq; vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti, cpulas curantes profuſas, adeò ut eorum convivia, regales ſuperent menſas; ea eſſe poterant beati revera, ſi magnitudine Urbis deſpectâ, quam vitia effecerunt ad imitationem Antiſtitum quorundam provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandiq; parciſſimè, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia humum ſpectantia perpetuò, Numini veriſq; ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos.*

22 Omnes autem hujuſmodi obventiones, reditus ac oblationes ſua poteſtate habebat olim Epiſcopus; *can. præcipimus. 12. qu. 1. can. pervenit. 16. qu. 7.* ſed ita tamen, ut eas res non diſpenſaret Ipſe ac adminiſtraret, ſed Diaconis, Hypodiaconis, Oeconomis ac Defenſoribus earum diſpenſationem diſtributionemque committeret, qui adminiſtrationis ſuæ poſtea Ipſi redderent rationem. *can. Epiſcopus. d. c. 12. qu. 1. can. nobis. 12. qu. 2.*

23 Diſtribui debebant, præcipuè pauperibus quorum ingentem numerum alere ſolebat Eccleſia; unde & bona Eccleſiæ paſſim in veteribus canonibus dicuntur patrimonia pauperum. *can. 49. quia juxta. 16. qu. 1. can. convenior. 23. qu. 8. vid. can. ſicut ii. in fin. diſt. 47.* D. Auguſtinus *ſermone 219. de tempore. can. 66. decimæ. 16. qu. 1.* eos qui decimas non perſolvunt, tot homicidiorum reos futuros, ait, quot pauperes ſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

memortui fuerint, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus reservant. Divus Ambrosius *lib. 2. de offic. cap. 28.* inquit; *Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini Assyrii sustulerunt? Nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori? certum habebas aurum, unde ministrasses alimoniam; &c. can. 70. aurum. 12. qu. 2.* D. Hieronymus ad Nepotian. *de Vita Clericor.* scribit; *Gloria Episcopi est: pauperum inopiæ providere: ignominia Sacerdotis est propriis studere divitiis. can. gloria. 21. d. caus. & qu.* Et Idem *ibid. vers. amico: Amico rapere quidpiam furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est; accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis, illud reservare vel cautum esse velle, vel timidum; aut, quod aptissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum sceleritatem superat.* Sunt enim bona Ecclesiæ Christi patrimonium. *c. cum ex eo. 53. §. nos super. de elect. in 6.* & dominium eorum penes Deum.

Inter pauperes quibus eorum debetur usus, & numerantur Ecclesiæ Præpositi, cum & ii proprium non habeant. *d. can. expedit. 12. qu. 1.* Proinde id *in can. fin. quoniam quicquid. 16. qu. 1.* distinguitur, ut ita participare debeant in bonis Ecclesiasticis Præpositi, si aliunde nihil habeant, non aliter; additurque sententia, Ecclesiasticis valde timenda, ex D. Hieronymo ad Papam Damasum; *Qui bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est* (de bonis agit Ecclesiæ) *accipiunt, sacrilegium incurrunt & committunt; & per abusionem talium, judicium sibi manducant & bibunt.* Consonat *can. Clericos. 1. qu. 2.* Dicit D. Prosper *lib. 2. de vita contemplativa cap. 9. & 10. in can. 7. pastor. Ecclesiæ. d. c. 1. qu. 2.* & Concilium Aquisgranense *can. 107.* quod Pastor Ecclesiæ suis quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud habentibus dare, quam perdere. Et quod nec illi qui sua possidentibus dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victurus erat, accipiunt; &c. Dicit D. Augustinus *in epist. 50. ad Bonifacium* relatus *in can. 3. quod autem nobis. 23. qu. 7.* bona Ecclesiæ esse pauperum, & Præpositorum, si pauperes sint, & ut compauperum: Verba ejus sunt; *Quæ tamen bona, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum. Si autem privatim quæ nobis sufficiant, possidemus,*

24

ſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quo modo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicamus.

Videant & Eccleſiaſtici quid de bonis Eccleſiæ ab illis poſſeſſis ſentiat D. Chryſoſtomus *in c. 26. D. Matth. homil.* 86. Legimus apud Socratem *lib. hiſtor. 8. cap.* 12. Chryſantum Epiſcopum nihil præter duos panes pro victu, ſingulis diebus ex bonis Eccleſiæ accepiſſe.

Porrò ex dictis patet eccleſiaſticarum facultatum diſpenſationem
25 Epiſcoporum arbitrio fuiſſe commiſſam olim. Verum ob cupiditatem quorundam parum rectè ac ſincerè adminiſtrantium nonnulli canones veteres ipſis præſcripſerunt diſpenſandi modum & rationem. Nempe ut fiant tam oblationum, quam aliarum quarumcunque obventionum, partes quatuor. Quarum; Prima diſtribuatur pauperibus. Altera Clericis officio divino vel miniſterio laborantibus: Tertia ad fabricam Eccleſiæ, & ad eam ſartam tectamque habendam: Quarta retineat Epiſcopus hoſpitalitatis exercendæ cauſſa. *can. volu. can. Valturanæ. can. conceſſo. can. quatuor. can. de reditibus.* 12. *qu.* 2. *can. Proſelytum.* 16. *qu.* 3.

26 Cauſſæ profecto juſtiſſimæ: ſed, ut eſt humanarum rerum corruptio nunquam in eodem ſtatu permanentium, hæc rerum communium diſtributio, ad extremum prorſus antiquata & ſublata eſt, ac miniſterium ſingulis certi adjuncti & aſſignati reditus, quibus miniſtri fruantur tanquam re propria: eoſque ipſi diſpenſent atque adminiſtrent arbitrio ſuo ſine ullius aut Diaconi opera, aut Epiſcopi auctoritate: & hos reditus miniſteriis attributos hodie vulgo appellamus *Beneficia.*

Quam partem abſtulerint pauperes, in hoc, ut ita dicam, imperio Duarenus *d. tract. lib. & cap. in fin.* familiæ erciſcundæ judicio, nihil nondum plane compertum eſt.

Saltem conſiderari deberet intentio eorum, qui largiti ſunt bona Eccleſiis: utpote quæ ſecundum eam, ſi quod juſtum eſt ſervetur, expendi debent, nec poſſunt in uſus converti alios. *l. 1. & 4. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.* niſi fortaſsè ex cauſſa in magis pios. *arg. l. Legatum civitat.* 16. *cum ſeq. ff. de uſu & uſufr. legato.*

27 Uſu tamen hodie receptum, ferè ubique, ut beneficiati diſponere & teſtari poſſint de beneficiorum fructibus perceptis. An rectè non diſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

putó hic. D. Augustinus *in tract. 50. in Johannem. cap. 12. relatus in can. Exemplum Domini accipe. 12. qu. 1.* inquit; *Exemplum Domini accipe conversantis in terra. Quare habebat loculos, cui Angeli ministravebant? nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare fures admisit, nisi ut ejus Ecclesia patienter fures toleret?* Dicitur *in cap. ad hæc. de testament.* non posse beneficiatum de fructibus beneficii disponere, niſi per viam Eleemosynæ: etiamsi favoriem pauperum propinquorum; *c. 1. de cohabit. Cleric. & mulier. can. omnimodo confitemur. & ibi Gloss.* non autem ob pompam & fastum propinquorum: quia tum & dantes & accipientes tenerentur ad restitutionem. *can. pervenit. 17. qu. 7. In can. pervenit. 1. qu. 3.* Gregorius VII. Episcopos, qui non Sacerdotibus suæ Diœcesios decimas & oblationes dabant, sed Militibus Laicis servitoribus (sic loquitur) &, quod gravius, consanguineis, ponit inter maximos hæreticos & Antichristos & Simoniacos.

Quare non esset hic contemnenda Principis Secularis auctoritas, 28
quihabet Imperium à Deo, & ut Christianus debet conservare Ecclesiæ bona: per quam caveretur solicitè, ne bona & reditus Ecclesiæ venirent in abusum. Sic olim Rex Judæ Joas, Pontificis Jojadæ consilio, probatur Sacerdotibus pecuniam accipere, in templum Dei per Sanctos & transeuntes consecratam & oblatam à Populo: neque ex gazophylacio accipiebatur pecunia ad ulla opera, quin adesset Regis Scriba & Pontificis in ejus numeratione. 4. *Reg.* 12. & 2. *Paralipom.* 24.

Est quidem Principis Ecclesiæ, Præpositos in suis privilegiis & libertatibus conservare; verum ultra in malis, debet potius in bonis Ecclesiæ providere: Reipublicæ enim habet curam, & *Ecclesia est in Republica, non Respublica sola in Ecclesia;* ut ait Optat. Milevit. *lib. 3. ad Parmenian.*

Sic & Concilium Generale Chalcedonense *can.* 26. & Carthagi- 29
nense IV. cum viderent Episcopos dispensatione bonorum sibi commissorum abuti, statuerunt Episcopatibus Oeconomos pro bonis temporalibus regendis, Episcopis administratione ademptâ. Quod & firmatum Concilio VII. Generali sub Imper. Justiniano I. *vid. can. cum simus. 9. qu. 3. can. Diaconum. can. volumus, quia. dist. 89. Novel. 6. 7. & 133.*

Cæte-

Cæterum prohibitio illa diſponendi de fructibus Eccleſiæ, deque illis non appropriandis, intelligitur de Clericis Beneficiatis habentibus adminiſtrationem; non de percipientibus fructus ex Eccleſia ratione mercedis; *ſecund. Gloſſ. ad c. fin. adverb. reſervari. de offic. Ordin. in 6.* aut ratione laboris, aut magiſterii. *ut not. Gloſſ. fin. adcan. 12. de quibusdam. diſt. 37.*

TITULUS II.

De Bonorum Eccleſiaſticorum Diviſione Vulgari.

SUMMARIA.

1. *Bona Eccleſiaſtica aut ſunt Temporalia, aut Spiritualia.*
2. *Temporaliæ quæ.*
3. *Spiritualia quæ.*
4. *Debentur Divino Jure & Naturali ratione.*
5. *Hæc peperit præſtandarum Decimarum neceſſitatem Judæis & Chriſtianis.*
6. *Cur Judæis.*
7. *Cur Chriſtianis.*
8. *An hi ab earum præſtatione poſſint eximi.*
9. *Papa earum præſtationi poteſt derogare.*
10. *Ob cauſſam.*
11. *Cur.*
12. *Quomodo.*

1 *BOnorum Eccleſiaſticorum* vulgò quædam dicuntur *temporalia*, quædam *ſpiritualia*. *Abb. & Dd. in cap. conſulerit. de rer. permon. c. quando. de judic.*

2 *Temporalia* vocant prædia & poſſeſſiones, quæ ex Principum aliorumque liberalitate obvenerunt; omni religione purgata prophana.

ſpiri-

Spiritualia, decimas & alia id genus, quæ à fidelibus Eccleſiæ offeruntur. Appellantur Divina; quod ea unius Dei benignitati, non cujuſquam hominis munificentiæ feramus accepta. Spiritualia quod præcipuè conſecrentur Deo & animæ ſpirituique noſtro maxime conferre exiſtimentur: & ſunt perpetua. 3

Debentur Jure Divino: *c. Parochianos. 14. c. tua. 25. c. in aliquibus. 32. in fin. c. tua nobis. 26. c. cum non ſit. 33. de decim.* Deus eas in ſignum univerſalis dominii ſibi reddi præcepit: *d. c. tua nobis. 26. d. c. cum non ſit. can. revertimini. 65. cum ſeq. 16. qu. 1. can. 5. omnes decimæ. d. cauſ. qu. 7.* Debentur ratione Naturali. Ex ea primus homo filios ſuos docuit offerre primitias & decimas Domino: *cap. 4. Geneſ.* Abraham dedit Melchiſedech Sacerdoti Dei decimas: *Geneſ. 14.* Jacob vovit Deo ſe daturum decimas: *Geneſ. 28. can. decimas. 16. qu. 7.* 4

Quæ ratio naturalis quia potuiſſet obliterari aut in mente hominis obſcurari, Moyſes non Gentibus, ſed Judæis præſtandarum decimarum cæterarumque oblationum neceſſitatem, & quidem ad tempus, lege præſcripſit. *Exodi 22. verſ. 29. Levit. 27. verſ. 30. cum ſeqq. Numer. 18. per tot.* 5

Quam neceſſitatem etiam poſt Legem ſibi propoſitam putaverunt Chriſtiani. *d. can. revertimini. d. can. decima. 16. qu. 1.* Putantes Legem præceptum continentem, non ceremoniale, ſed morale, & judiciale, nec abrogatam eſſe, nec abrogari potuiſſe. *D. Thomas. 2. 2. quæſt. 87. art. 1.*

Ut enim apud *Judæos* fuerunt decimarum genera, earumque unumquodque genus rationem habens ſuam: *c. 1. de decim.* ſic & apud *Chriſtianos.*

Apud *Illos primum genus* erat, quo Populus Iſraëliticus omnium frugum partem decimam Tribui Leviticæ, in ſignum dominii Dei debebat: *Secundum*, quo ex ipſis iſtis decimis dabant Sacerdotes; *d. Numer. cap. 18.* ſcilicet propter officium & miniſterium: *Tertium*, quo unuſquiſque Iſraelita in ſuis horreis ſeparabat aliquid, ut comederet in itinere ad templum & Jeruſalem, & Sacerdotes, & Levitas invitaret ad convivium; *Deuteron. cap. 12. verſ. & cap. 14. verſ. 22. cum ſeq.* idque etiam propter Sacerdotum miniſterium: *Quartum*; quod annis non 6

ſingulis, ſed tertio quoque anno recondebant pauperibus. *Deut. d. cap.* 14. *verſ. pen. & ult. & cap.* 26. *verſ.* 12. *& ſeq.*

7 Apud *Hos*, *Primò;* dantur decimæ in ſignum dominii: *d. c. tua nobis.* 26. *c. cum non ſit.* 33. *Secundò;* in uſum pietatis & rationem miſterii in Eccleſia, quaſi contractu Do ut Des inter Populum & Sacerdotes inito. Nam ut ait D. Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 9. *verſ.* 13. qui altari ſervit, de altari vovere debet: Et *ad. epiſt. & cap. verſ.* 11. Nonne iniquum eſt, ſi qui ſpiritualia nobis ſeminant, metant temporalia. Æquum enim eſt, ut Sacerdotes habeant, unde vivant, nec rebus ſæcularibus vacent. *ut docent Clemens lib.* 2. *conſtitut. cap.* 25. *D. Cyprianus epiſt.* 66. *Tertiò;* dantur decimæ in uſum pauperum. *can.* 66. *decima* 9 *can. fin.* 16. *qu.* 1. *& can.* 5. *d. cauſ. qu.* 7. Unde, ut ſupra diximus, appellantur decimæ, animarum egentium tributa, *d. can. revertimini. ſeq. & d. can. fin. & d. c. tua nobis.* 26. *de decim.* & pauperum patrimonia *d. c. nulli. & can. fin.* 12. *qu.* 1. *d. can. aurum. & c. gloria.* 12. *qu.* 2.

8 Quæ rationes, propter quas dantur à Chriſtianis Decimæ, cum innitantur ratione naturali, ſuadente reddi debere eas fruſtra diſputant Theologi, utrum quis ab earum præſtatione poſſit eximi. Quippe rationi naturali alia ratio ſuperveniens cum prævaluerit, priorem tollit, idque quamdiu ratio ſuperveniens & peculiaris durat, qua ceſſante ceſſare debet immunitas. *fac. c. ſuggeſtum.* 9. *eod.* Sic; Licet de Jure Gentium dominia ſint diviſa, tamen tempore neceſſitatis cibaria omnia ſunt communia. *l. ſi idem etiam. ff. ad l. Rhod. de jact.* Facta enim illa diviſio contra jus naturale, quo omnia ſunt communia; cujus juris ratio ceſſat tempore neceſſitatis.

9 Quare poteſt *Papa*, non Imperator. *cap. tua.* 25. *eod.* ex *privilegio derogare decimarum ſolutioni.* ut dicitur ab Innocentio III. in Concilio Lateranenſi: *c. à nobis.* 24. *eod.* Ita tamen ut non tollatur hoc jus conſtitutione generalis, ſed quibuſdam propter cauſſam, ut inopiam, aliamve, remittatur. *Dartis tract. de benefic. ſect.* 1. *cap.* 1. Et ita remiſſæ ſunt decimæ à Johanne XV. Monachis Caſſinenſibus, Benedictinis, *Chronicon Caſſinenſ. lib.* 1. *cap.* 1. Æremitis Camaldulenſibus, *Innocent. III. lib.* 2. *epiſt.* 12. Carthuſienſibus, *cap.* 2. *§. ſtatuimus. in fin. eod. in* 6. Ciſtercienſibus, *d. c.* 2. *§. ſtatuimus. in fin. c. ad audientiam.* 12. *eod.* Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, *c. nimis prava.* 17. *de exceſſ. Prælat. Durator. c.* 1. *de decim. in* 6.

Dixi *propter caussam;* Nam in rebus novis constituendis utilitas 10
esse debet evidens, ut ab eo jure, recedatur, quod diu visum fuit
æquum. *l. 2. ff. de constit. Princip.* Sic Papa libellum repudii, quamvis
juri Canonico contrarium, concedere potest, graviora sequantur mala:
can. privilegia. in fin. dist. 3. & immunitates concedere charitatis lege:
utloquitur Ivo *epist.* 192. licet immunitas illa semper fuerit odiosa, cum
decimæ sint Clericorum, ut diximus, propria: *d. can. præcipimus.* 16.
qu. 2. unde & rejecta à quibusdam Monachis, *teste Ivone epist.* 192. *&*
Hugone Pontiniacense epist. ad Abbat. major. Monasterii edita à Jureto post
epistol. Ivonis. Et Episcopi aliquando eam vetuerunt sub periculo vitæ:
Aimonius lib. 5. cap. 7. quod hoc prætextu Monachi invaderent Paro-
chorum jura. *can. placuit. 7. cum seq. caus. 16. qu. 1.* Refertur Episco-
pum Armacanum sub Clemente VI. proposuisse, ut extirparentur
omnes mendicantium Ordines, eo quod mitterent falcem in messem
alienam, jura Parochialium Ecclesiarum usurpando sibi: *Aymon. d. loc.*
& Chronicon manuscript. de vita Clement. VI. quod extat in Biblioth. Fu-
xens, teste Dartis d. loco.

Citra caussam si Pontifex aliquem à solutione decimarum eximat, 11
peccat. *Dartis d. loc. vers.* 10. *legitur. in fin.*

Ratio ergò, hominis Regina, & jubet dari decimas, & cum datio-
ne dispensat & eximit: nec exemptione ratio violatur naturalis, sed po-
tius extenditur ad rationes speciales. Nam ut inquit Tertullianus *de*
pœnitentia. Res Dei, ratio; Quia Deus nihil non ratione providit, dispo-
suit, ordinavit; nihil non ratione tractari voluit: Et *lib. de corona mili. is.*
Lex ratione constat, Lex erit omne jam, quod ratione constiterit, à quocunq;
productum sit. ICus Paulus *in l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bon. damnat.*
ait; *Ratio naturalis Lex quædam tacita.* Quare jus illud quod à ratio-
ne est, alia mutare potest ratio: cum ratio in genere utramque com-
prehendat rationem; puta rationem juris, & exemptionis & privilegii
rationem; rationem ut solvantur decimæ, & rationem ut fiat exem-
ptio, vel ex parte, vel in totum; idque ad tempus tantum; nempe
quamdiu durat ratio, propter quam quis eximitur: nec item in totum,
sed secundum aliquas personas: qua ratione manet jus integrum & illi-
batum. *Dartis d. loco. vers. Ratio ergo.*

12 Jus igitur decimarum, quod divinum eſt, ab hominibus extingui non poteſt, poteſt obliterari, vel in eas ſolvendi ratione, & quantitate, vel etiam in exemptione ob aliquam rationem. Tertullianus lib. *de anima*, inquit recte, *Quod à Deo eſt, non tam extinguitur, quam obumbratur; poteſt enim obumbrari, quia non eſt Deus; extingui non poteſt, quia à Deo eſt.*

Habet etiam in Decimis compoſitio locum *d. cap. ſuggeſtum eſt. 3. de decimis.* Ut & quantitatis decimæ; verbi gratia, ut pro decima ſolvatur vigeſima, præſcriptio; non autem ipſius præſtationis. *Hoſtienſ. in Summa de decim. Guido Papa deciſ. 234.* De Decimis vide infra *lib. 3. tit. 6. de decimis.*

TITULUS III.

De Beneficii Nomine.

SUMMARIA.

1. *Beneficii nomine quid veniat in genere.*
2. *Quid in jure Canonico.*
3. *Ejus origo.*
4. *Quis auctor.*
5. *Beneficii vocem volunt nonnulli eſſe barbaram.*
6. *An rectè.*
7. *Unde deduci poſſit.*

1 BEneficii nomen comprehendit in genere, omne bonum, privilegium, vel aliud alicui datum, per quod vel juvari, vel melior fieri poſſit. *ut l. in commendato. 17. §. ſicut. ff. commod. c. cum librum de ſepultur.*

Beneficium enim, ut ait Caſſiodorus; *lib. 11. var. cap. 28.* dici non poteſt, quod nulla utilitate ſentitur.

Bona etiam naturaliter dicuntur quod beent; hoc eſt, beatos faciant. Beare eſt prodeſſe. *l. bonorum appellatio. 48. ff. de verb. ſignific.* Beatum dicit Iſidorus, *lib. 10. Etymolog.* quaſi benè auctum; Sic Sene-

ca.

ca. epist. 3. *Insolens est beata uxor:* Et Plautus in Penulo, cum dicit, *Bonam ego quam beatam esse primo dici malo;* videntur beatam uxorem referre ad bona quæ habet, bonam ad probos mores.

Dicuntur & eo sensu Beneficia, auxilia vel remedia, quæ dantur à Principibus, ut Beneficium Hadriani, seu epistolæ ejus, concessum fidejussoribus: §. *si plures. Instit. de fidejuss. l. fin. C. de constit. pecun.* Beneficium restitutionis in integrum: *l. 7. ff. de in integr. restit.* feudum seculare: *tit. de duobus fratribus à Capitaneo investit. lib. 2. Feud. 18. & tit. de beneficio fratris. 1. Feud. 20.* Beneficium SCti Macedoniani, Velleiani. *singul. tit. ff. & Cod. &c.*

In jure Canonico *Beneficium* appellatur certa redituum portio, 2
quæcunque ministro obtigit.

Nam cum olim Clerici plerisque in locis nihil proprium possi- 3
dentes, ex communibus Ecclesiarum reditibus alerentur; *can. scimus. can. volo. can. d. non dicatis. can. quoniam. 12. qu. 1.* postea, charitate in dies magis frigescente, à communione recesserunt: *can. 16. videntes. d. can. & qu.* unde convenientius visum fuit, parochias dividere & Clericis singulis assignare beneficiorum titulos, ex quibus possint sibi ministrare vitæ necessaria. *can. un. 13. qu. 1. c. pastoralis. in princ. de his quæ fiunt Prælato sine cons. Capit.* Dicit Papa Dionysius *in d. can. un.* scribens epist. 2. ad Severum Episcopum. *Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus, parochias & cœmiteria eis divisimus, & unicuiq; jus proprium habere statuimus; ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jura invadat, sed sit unusquisq; suis terminis contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni Judicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.*

Ex quo loco Doctores communiter colligunt duo: *Primum;* 4
Dictum Papam Dionysium primum divisisse & distinxisse Ecclesiarum & Parochiarum terminos. *Dd. ad d. can. un. Barbos. de diœcesib. & Parochiis, lib. 1. cap. 21. in princ.* primumque Beneficii Ecclesiastici voce usum fuisse; cum tamen Papa Innocentius I. qui floruit sub Anno Salvatoris Nostri 400. *in epist. 2. cap. 10. volum. Concil. 1. & can. 22. si monachus. caus. 16. qu. 1.* eam usurpaverit. *Alterum* Beneficia Ecclesiastica

Jure poſitivo eſſe inducta. *Sylveſt. de benefic. part.* 1. *qu.* 4. *Marſil. de reditib. part.* 1. *cap.* 8. *à princ. Moſcon. de majeſt. militant. Eccleſ. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 4.

5 Dictam vocem *Beneficii*, pro certa illa redituum portione, quæ cuique miniſtro obtigit, etiam volunt nonnulli Doctores eſſe barbaram, eſſe ineptam: Sacerdotia malunt hos reditus quam Beneficia appellare. *Corraſ. in paraphraſi Sacerdotior. ſeu tract. de benef. part.* 1. *cap.* 1. *Tyraquell. in tract. Ceſſante cauſſa.* 1. *part. num.* 46. *aliiq.*

6 Verum Sacerdotium pro munere ac dignitate magis quam obventione accipi videtur apud Ethnicos & in Corpore Juris Civilis. Livius *lib.* 9. *Gens Potitia, cujus ad aram Herculis familia erat Sacerdotium, &c.* JCtus Modeſtinus *in l.* 1. §. 1. *ff. ad Leg. Jul. de Ambitu. Magiſtratum ſic Sacerdotium petere ultra præſcriptam formam, habet ex tum aureorum mulctam cum infamia, &c.* In *l. vitricus.* 60. §. 1. *cum ſeq. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Sacerdotium ſuperveniens dabat occaſionem ſolvendi matrimonii bona gratia, quia utrique vix commodè vacare poſſit: Meminit Imp. Juſtinian. Sacerdotii Phœniciarchiæ vel Syriarchiæ, *l.* 1. *in princ. C. de Natur. liber.* Alitarchiæ & Syriarchiæ, *l. un. Cod. offic. Comit. Orient. Aſiæ, l. fin. C. Theod. de expenſ. ludor. Africæ: l. Cod. Theod. de ſpectacul.*

Imò & in jure Canonico Sacerdotium accipitur pro ordine & dignitate ejus qui ſacrificandi accepit poteſtatem: ut pro presbyteratu. *c. translata. de conſtitut. c. nemo. c. cum ex eo. de elect. in* 6. *fac. can. Clerus diſt.* 21. *Rebuff. in praxi. proœmio. Peck. in reg. beneficium. lib.* 6. *num.* 1 *Sahagum de Villa Sancta ad c. fin. de ſequeſtrat. poſſ. num.* 20.

Conſtat etiam dicta ſacra ſtipendia non tantum concedi Sacerdotibus, ſed & Miniſtris aliis.

7 *Beneficii nomen* nonnulli, *ut Boeth. Epo in comment. ad c.* 1. *de teſtam. num.* 44. *Barboſ. de Jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 7. *alii*, à Benefactoribus Eccleſiæ primis, & à benefaciendo; alii à ſimilitudine Beneficiorum militarium, deducunt.

Animadvertendum enim moris fuiſſe Romanis veteribus (Quos & adhuc hodie imitantur Ruſſorum, Turcarum, Indorum, Chinenſium, Japonenſium Imperatores) prædia quædam ac poſſeſſiones tribuere

eremilitibus, ut hoc beneficio devincti redderentur ad Rempublicam tuendam animosiores. Id factum ab Alexandro Severo testis est Lampridius *in ejus vita*, quem & alii Imperatores ante Justinianum sunt secuti, ut patet ex Eorum constitutionibus *tit. Cod. de fund. limitroph. ubi vide Methodic. Enarration. nostram.* Meminit & prædiorum hujusmodi militarium Imperator Constantinus apud Harmenopulum *lib.* 1. eaque vocat, στρωτικὰ κτήματα & στρωτικὰς κτήσεις. Feudorum postea nomen apud omnes ferè Europæ Gentes induerunt. Appellata & à quibusdam beneficia, & qui ea possident Beneficiarii. Meminit etiam Cæsar, *in comment. de Bello Civili lib.* 1. aliique Latinæ Linguæ puræ Authores, Beneficiariorum militum, sensu haud dissimil.

Quem morem, in rebus prophanis receptum, imitati sunt Viri Ecclesiastici, & prædia possessionesque ob ministerium singulis Ecclesiæ ministris adscriptas, vocaverunt Beneficia; (O utinam plerisque beneficia hodie non sint?) quia post jam dictam divisionem, credebantur hi reditus Ecclesiastici magnam cum illis militaribus prophanisque beneficiis habere affinitatem. *Duaren. de Sacris Eccles. minist. lib.* 2. *cap.* 3.

TITULUS IV.

De Beneficii Definitione.

SUMMARIA.

1. *Beneficii definitio.*
2. *Cur dicitur jus.*
3. *Et quidem spirituale.*
4. *Cur utendi.*
5. *Cur additur fruendi.*
6. *Cur in perpetuum.*
7. *Cur Sacerdoti vel Clerico.*
8. *Quis appellatione Clerici hic veniat.*
9. *Beneficii appellatione quæ veniant.*
10. *Cur dicitur ob ministerium sacrum.*

11. *Cur*

11. *Cur Eccleſiaſtica auctoritate conſtitutum.*
12. *Ut cognoſci poſſit Beneficium quæ requirantur.*
13. *Ex quo judicatur Beneficiorum qualitas.*

1 *BEneficium Eccleſiaſticum* à Doctoribus definiri ſolet variè, *ut conſtat ex ſcribentibus in Rubr. de præbend. & c. beneficium. de reg. Jur. in 6. ubi Ponte. num. 2. Strein. num. 1. Corra de Sacerdot. part. 1. cap. 2. num. 1. Duaren. de Sacris Eccleſ. miniſter. lib. 2. cap. 4. Hojed. de incompatib. benef. in præfat. num. 2. Pet. Gregor. Inſtit. rei benefic. cap. 6. num. 1. Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. Barboſ. jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 4. num. 8.* Nos, dicimus; *Eſſe jus ſpirituale, utendi, fruendi, fructibus rei Eccleſiaſticæ, in perpetuum Sacerdoti, vel Clerico, ob miniſterium ſacrum, Eccleſiaſtica auctoritate conſtitutum.*

2 Dicimus *Jus:* Sicut Feudum, quod beneficium eſt temporale, dicitur jus habendi uſumfructum rei immobilis in perpetuum; *tit. 1. lib. 2. Feud.* Feudo enim comparatur Beneficium, ut oſtendimus. *Conſent. Duaren. tit. in quib. cauſ. feud. amittat. §. ult. in uſib. Feud. not. inveniens. de filiis Presbyter. cap. 11. ſi gratioſ. de reſcript. in 6.* Dicimus etiam Beneficium eſſe *Jus* quia numeratur inter res incorporales.

3 Dicimus *Jus eſſe Spirituale. cum Corraſ. d. cap. 2. num. 2. cum Glo. in ſum. 1. qu. 2. Panorm. & Felin. in c. conſulere. de Simonia. text. in c. fin. 25. de præbend.* non, puta, per eſſentiam, ſed quatenus ab officio ſpirituali, propter quod exercendum datur, dependet. *c. ult. de reſcript. in 6. S. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 4. Sot. de Juſtit. lib. 9. qu. 1. art. 1. Sylv. tab. 1. de Simonia. in genere. cap. 34. Garc. d. cap. 2. num. 6.*

Non dicimus, cum Duareno *d. lib. 2. & cap. 4.* Res Eccleſiaſtica. Improprie enim ita definitur; Sicut cum pignus accipitur pro re pignorata.

4 Dicimus *utendi;* 1. Quia ipſa bona Eccleſiaſtica non pertinent ad Clericos; Jus enim utendi fruendi eſt ſemper ſalva rerum ſubſtantia. *§. 1. Inſt. de uſufructu.* & rerum Eccleſiaſticarum proprietatem & dominium

nium non habent Clerici; *c. fraternitatem tuam. 2. de donation.* sed tantum earum usum, ut inde se familiamque suam alant; superfluumque pauperibus erogent: *can. 5. Clericus qui. can. duo sunt genera. 12. qu. 1. can. Episcopus. 10. qu. 1. can. 26. res Ecclesiæ. cum seqq. 12. qu. 1.* Suntque tantum dispensatores, *can. 24. præcipimus. d. c. & qu. can. non satis. dist. 85.* eisque res Ecclesiæ sunt commendatæ. *can. 52. sine exceptione. 12. qu. 2. Panorm. in c. in officiis. num. 7. de testament. Diss. Gloss. inc. ult. de offic. ordinar. in 6.* Nec dictis repugnat, quod habeant potestatem locandi fructus Ecclesiæ: *c. fin. Ne Prælati vices suas vel Eccles. sub annuo censu conced. c. vestra nobis. 2. de locato cond.* faciunt enim id nomine Ecclesiæ. *d. c. 2.* Nec adversatur, *c. requisti visti. §. illud autem. de test.* quo Clerici testari possunt de bonorum suorum fructibus: Nam loquitur de fructibus aliunde quam occasione Ecclesiæ ad eos pertinentibus.

Addimus tamen in definitione *fruendi;* 1. Quia hæc est quo- 5
rundam sententia, Clericos non tantum usum, sed & usumfructum habere: *d. Glossa.* 2. Quia saltem in modicis videntur usufructuarii, *c. relatum. 12. de testam. Panormit. in c. 1. & 5. de peculio Clericor.* 3. Quia ex consuetudine, (quam improbat dictus Panormitanus. *ad c. cum in officiis 5. de testam.*) receptum est, ut habeant usumfructum. Consuetudo autem id operari potest. *d. c. relatum. 12. §. licet autem.* Vide tamen infra *lib. 7. cap. 5.*

Ex quibus colligi potest, Clericum ex bonis Ecclesiæ nihil testamento aliave ratione conferre posse cognatis suis: *ex can. 38. Apostolor. & can. 25. Synod. Carthaginensis.* Nequit enim Dei Sanctuarium Jure transferri hæreditario. *c. consuluit. de jure patronat. c. ex transmissa. de filiis presbyter. c. 1. de præbend. c. ad extirpandas. de filiis presbyter.* Neque enim, ut olim, ita & hodie Sacerdotium, instar Feudorum, *tit. 23. lib. 2. Feudor.* defertur Jure sanguinis. *Numer. cap. 3. & 25. Exodi 28. & 29.*

Dicimus *in perpetuum;* Quia cum ad tempus Minister Ecclesiæ 6
ordinari non possit, nec ab Ecclesia sine justa causa possit amoveri; *c. non. ubi Gloss. verb. perpetua. de Capell. Monach. in 6. c. 1. de Clerico ægrotante. debilit. can. 13. qualiter cum seq. can. 17. petisti. 7. qu. 1. can. sanctorum. dist. 70. Cassador. decis. 4. num. 2. & decis. 2. num. 9. de præbend.*

Cæſar. de Graſſ. deciſ. 13. num. 7. eod. tit. Caval. deciſ. 639. num. 9. Unde viventis beneficium dari vel poſſideri non poteſt: *can. imprimis. 2. qu. 1. can. 10. non furem. can. 40. eum qui contra. 7. qu. 1. c. 1. cum ſeqq. c. ex nore. 13. de conceſſ. Præbendæ & Eccleſ. non vacant.* neceſſe eſt beneficium ipſum, quod miniſterio conjunctum eſt, dari, non ad tempus, ſed in titulum perpetuum: *d. c. un. & ibi Gloſſ. d. can. ſanctorum. Gloſſ. in verb. à Romanis Pontificibus. in c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. fac. text. in c. dilecto. verſ. præterea. de præbend. c. ex parte. de conceſſ. præbend. c. poſtulaſti. de reſcript. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 1071. quæritur an beneficium lib. 1. & deciſ. 120. num. 22. Roman. conſ. 345. circa primum. num. 13. Barboſ. d. loc. num. 11.*

Nam & de beneficiis militaribus ac prophanis idem eſt conſtitutum, quibus Eccleſiaſtica hæc perquam vicina & ſimilia eſſe jam admonuimus.

Et legimus in antiquis inſcriptionibus fuiſſe apud Romanos & Græcos Sacerdotes perpetuos: In iis mentio ἱερέων διὰ βίε; id eſt, *Sacerdotum perpetuorum.* In inſcriptione Romana eſt, ἀρχιερέα τῶν τῷ ζυστῷ διὰ βίε, id eſt, *Princeps Sacerdotum qui religionem Athletarum & Scenicorum obſervabant, perpetuus ad vitam. Dartis tract. de benef. ſect. 1. cap. 4. verſ. ſic legimus.*

Inde conſequitur Monaſteriorum Præfecturas, quas vulgo vocant Prioratus Clauſtrales, non eſſe beneficia, quia non ſunt perpetuæ, ſed precariæ tantum ac temporariæ adminiſtrationes: *Hoſtienſ. in c. multa. de præbend. Duaren. d. tract. & d. lib. & cap.* nec loca collegiata quæ ad tempus dantur Scholaribus: *Rebuff. tract. de Nomination. quæſt. 10. num. 20.* nec Commendæ quæ ad tempus fiunt. *c. nemo de inceps. 13. de elect. in 6.*

Sed eſt animadvertendum, quod, licet perpetuitas de Jure ſit de beneficii eſſentia, non tamen repugnare, ut ſpeciali jure & privilegio aliqua beneficia poſſint eſſe non perpetua. *d. c. ſi gratioſè & ibi Gloſſ. can. paſtoralis officii. 7. qu. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. de præbend. Garc. tract. 2. part. 1. cap. 2. num. 75. cum ſeqq. Alphonſ. de Leone. de Capellani offic. part. 1. qu. 3. num. 48.*

7 Dicimus *Sacerdoti vel Clerico;* Nam nemo beneficium habet, niſi qui

qui ad certi loci seu Ecclesiæ administrationem est ordinatus. Unde & Beneficia Ordinationes appellantur. *can. fin. dist.* 66. & 96. *c.* 1. *si eo tempore de rescript. in* 6. *can. de iis. dist.* 28. In quibus Glossa, Qui non potest ordinari, non potest beneficium accipere. Quare etiam Synodus Laodicena electiones vocat *can.* 5. ordinationes, χειροτονίας, τὰς ψήφους.

Addimus *vel Clerico;* Clericus enim primæ tonsuræ dicitur per- 8
sona Ecclesiastica, nec est amplius Laicus: *c. fin. de tempor. ordinat. in* 6. *can.* 7. *duo sunt genera.* 12. *qu.* 1. *Panorm. in rubr. de vita & honest. Cleric. text. in c. cum contingat. eod. Rebuff. in praxi beneficior. de missione in possess. num.* 15. Balsamo *in can.* 33. *Synodi* 6. *in Trullo* ait: *Quod simul acceperunt aliqui tonsuræ characterem à manu Antistitis, eos pro Clericis habet canon.* & addit: λέγεσθαι κληρικὸν μόνην ἔχοντα τὴν τριχοειδῆ, *dici Clericum, qui solam habet tonsuram.* Confirmatur ex eodem Concilio *can.* 77. Concilio quoque Laodiceno *can.* 24. Ordinis dicuntur esse Ecclesiastici, qui in Minorum ordinibus constituti.

Quare & hi possunt obtinere beneficia, licet eorum ministerium sit prophanum, & possit exequi à Laicis, ut quotidie fieri videmus & experimur; Sed ideò fit, quia jam sacris initiati, & ad sacram functionem delecti ac destinati sunt, & institutionis cujusdam caussa in leviori-bus muneribus occupantur & exercentur: nec eis assignantur potissimum reditus Ecclesiastici, ut ostia claudant, &c. sed ut interim in eo ministerio alantur ac instituantur, atque inde Sacerdotum & Episcoporum extet seminarium perpetuum. *Duaren. d. loc. Dartis d. loco.*

Ex dictis sequitur non esse Beneficia, *Pensiones*, (de quibus infra 9
lib. 4. *tit.* 9.) ut vulgò putant Interpretes; *ex c.* 4. *de præbend. in* 6. *c. ad audientiam.* 31. *de rescript.* Conceduntur enim plerunque Laicis propter bene merita, *can.* 61. *qu.* 1. & possunt extingui: Nec *Xenodochia, brephotrophia, orphanotrophia, gerontocomia, ptochotrophia,* & cætera hujusmodi, quæ hodie solemus appellare hospitalia; *ex c.* 2. *de præbend. c. qui contingit.* 2. *de religios. domib. in Clement.* quia eorum redituum procuratio & administratio non solet mandari Clericis, sed quibuscunque viris probis & idoneis, qui ad exemplum tutorum & curatorum administrationis suæ reddere coguntur rationem: & dictis textibus ea loca prohibentur dari in titulum Beneficiariis, nisi in institutione ipsa, aut,

ut loquimur hodie; fundatione, aliter ſit dictum: aut ſit de Rectore loci per electionem providendum, quibus caſibus ſi fuerint unita eiſmodi pia loca Eccleſiis, reputabuntur Beneficia: *Clem. quia contingit. verſ. ut autem. de religioſ. domib. Clem. per literas. de prabend. l. orphanotrophos. 32. Cod. de Epiſc. & Cleric. Felin. in c. ſi quarta. de præſcript. & c. in noſtra. de reſcript. Duar. & Dartis dd. locis.* Nam & contingere poteſt, ut Beneficium attributum ſit Sacerdoti, ut præter functionem ſacerdotalem, & ſubeat onus alendi pauperes. Certè in Nicephori hiſtoria Eccleſiaſtica fit mentio Euphemii cujuſdam, qui ſimul & Prochorus & Presbyter fuit. Nec *Militum Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani alterius*, ſive Ordinis Sacri *præceptoriæ*, licet ſint perpetuæ, reputantur Beneficia: Quia ii qui conferunt, vel quibus conferuntur ejuſmodi Commendæ, non ſunt Sacerdotes vel Clerici, ſed Laici Converſi & Religioſi viventes in ſæculo. Quarationeeaquoque *quæ dantur Laicis* ænearum nolarum pulſationem, vel quia ſunt Æditui, aut Symphoniaci beneficia non ſunt. Nec beneficia ſunt, *Vicariatus Generalis, Officialatus*, & ſimilia: *Clem. 1. de reſcript.* Quia non dantur Clerico in titulum, nec jus ullum dant in Eccleſiarum reditibus; & propriè ſunt Officia, non Beneficia. *Dartis d. loco.*

10 Dicimus, *ob miniſterium ſacrum*; Quia ſicut Beneficia miſſarum ac prophana militibus ac hominibus prophanis dantur ob fidem & obſequium, ita hæc ſacra Beneficia conceduntur Deo conſecratis obſequium ſpiritalemque functionem. *c. fin. de reſcript. in 6. Duaren. d. loc.* Quæ in laudibus divinis &c. conſiſtit. *ut per Tyraquel. in tract. Cauſa cauſſa. part. 1. limit. 23. num. 10. Cabed. Luſit. deciſ. 9. num. 4. part. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 5. num. 8. Garc. d. part. cap. 2. num. 6.*

Itaque hæc Beneficia ſacra ſpiritaliaque quodammodo dicuntur eſſe; Quia tametſi proventus non ſint ſacri, ſed prophani, tamen ſacra ita cohærent muneri, ut non recipiant ſeparationem. *can. 1. can. ſi quis objecerit. 1. qu. 3. c. ad noſtram. 21. de Simonia. c. ult. de reſcript. in 6.* Nec conceduntur Ei, qui ad functionem eamjobeundam idoneus non ſit.

E dictis ſequitur, Beneficia eſſe, Quæ dantur *aſſiduis, quiinſerviunt Eccleſiæ*, licet non ſint Canonici, & qui tenentur ad reſidentiam: *c. pen. de Cleric. non reſident.* Item *portiones*, quæ dantur *Clericis* vel *Monachis*

& Pro-

& *Præstimonia*, instituta pro Studentibus, & pro subsidio contra infideles, licet habeant nullum vel parvum servitium: *c. fin. de conces. præbend. in 6.* dummodo adjunctum habeant onus spirituale: Contra non esse Beneficia *Coadjutorias*; licet Coadjutor sit alendus ex Ecclesiæ facultatibus; *c. de Rectoribus. cum seqq. de Clerico ægrotante vel debil.* Nam is, cui datur Coadjutor, remanet Titularius & possessor Beneficii; & Is qui datur Coadjutor, est tantum inde alendus, & potest amoveri. *cap. nemo deinceps. de elect. in 6. Dartis d. loc. in fin.* Nec obstat, quod dicitur in d. c. *de Rectoribus* Coadjutorem habere curam animarum: Nam *secund. Panormit.* ea verba sunt intelligenda sic, ut habeat exercitium curæ in actu, in habitu verò cura residеat penes infirmum. *c. un. de clerico ægrot. in 6.*

Dicimus, *Ecclesiastica auctoritate constitutum*; Quia Beneficium 11
Ecclesiasticum fundari debet Episcopi auctoritate. *Gloss. in Clem. 2. verb. Beneficiorum. de decim. de Grassis. decis. 131. num. 9. de præbend. Rebuff. de benef. part. 1. qu. 5. num. 29. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 5. num. 40. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 70. num. 35.* Et dum ea exspectatur auctoritas, non est beneficium, sed res stat in pendenti, nec fundatori quæritur Jus aliquod patronatus. *Felin. in c. ex parte. 2. num. 2. de rescript. cum aliis per Rot. decis. 361. num. 3. part. 2. Lotter. d. qu. 5. cap. 55.*

Præsumitur Episcopi auctoritas in institutione Beneficii ab initio, si Ecclesia ædificata reperiatur in forma debita, habeat dotem & Rectorem. *Cardin. cons. 11. sub num. 6. vers. tum caveat. Barbat. consil. 33. num. 1. lib. 1. Barbos. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 14. num. 23.*

Ut ergo cognosci possit Beneficium Ecclesiasticum; concurre- 12
rebent quatuor: 1. Providens debet esse Ecclesiasticus, non Laicus: *can. si quis deinceps. can. si quis nullus. 16. qu. 7. Abb. cons. 47. Illud de jure. lib. 2. Garc. d. part. 1. cap. 2. num. 32. & 61. Lambertin. de Jure patronat. lib. 1. qu. 9. art. 3. num. 10.* 2. Provisus Clericus: *c. cum ad. de rescript. c. ex litteris. de transact. c. 2. de institut. Gigas de pension. qu. 22. num. 12. Boer. decis. 171. Garcias d. part. lib. & cap. ex num. 28.* 3. Beneficium habere aliquid spirituale annexum: *c. fin. de rescript. in 6. Abb. d. cons. 47. Garc. d. loc. num. 7. & 61. Ancharan. ad reg. Beneficium.*

num. 4. de reg. jur. in 6. 4. Provideri purè, ſine pacto, modo, vel conditione. *can. ſi quis dator. 2. cum ſeq. can. 7. ſi quis objecerit. 1. qu. 3. c. ex parte. 12. de offic. deleg. c. 2. de elect. in 6. Rebuff. in d. praxi. tit. requiſita ad collation. bonam. num. 2. & 3. Garc. d. loc. num. 61. & d. tract. part. 1. cap. 2. ex num. 1.*

13 Qualitas Beneficii judicatur ex ejus inſtitutione, ſeu fundatione. *c. porrò. de privileg. Felin. in c. ex parte. 12. de reſcript. Barboſ. d. loc. num. 31.*

TITULUS V.

De Beneficiorum Diviſione & Qualitate in Genere.

SUMMARIA.

1. *Beneficia aut ſunt Propria aut Impropria.*
2. *Quæ propria.*
3. *Quotuplicia.*

1 EXplicatâ Beneficii diviſione; *Beneficiorum* ut diviſionem tradamus, ordo deſiderat.

Dividuntur ea à Doctoribus variè: *ut videre eſt apud Rebuff. in praxi. tit. Quotuplex ſit Beneficium. cum ſeqq. Corvin. de benefic. 1. part. cap. 5. Grinon. in Enchirid. benefic. tit. 1. cap. 3. & 4. Duaren. de Benefic. lib. 2. cap. 5. & 9. Petr. Gregor. de benefic. cap. 5. Marſil. Columna de Eccleſiaſtic. reditib. cap. 11. cum ſeqq. uſq; ad 15. Lirola in praxi Epiſcop. 1. part. verbo Beneficium. §. 1. Fr. Eman. Rodrig. quæſtion. regular. 1. tomi qu. 34. art. 1. Selva de benefic. 1. part. qu. 2. à num. 26. Barboſ. in Jur. Eccleſiaſt. univ. lib. 3. cap. 4. num. 33. Strein. in Summa Jur. Canonici. part. 1. tit. 2. §. 1. Vallenſis in part. Zæſ. in comment. ad tit. Decretal. de præbend. & dignitat. Dart. d. tract. de benefic. ſect. 1. cap. 3.*

Nos dividimus

In Beneficia *propria* & *impropria*. *Petr. Gregor. d. loc. & in Syntagm. Jur. univ. lib. 17. cap. 9.*

Ita

Illa sunt, quibus & Beneficii definitio competit, quæ notas supra traditas habent. *Hæc* quæ prædictas non admittunt. De quibus postea. 2

Propria multiplicia: 1. Vel sunt *Majora*, vel *Minora*. *c. pen. de verbor. signif.* 2. Vel Curata vel Non. *c. majoribus. de præbend.* 3. *Duplicia*, vel *Simplicia*. *c. singula. de præbend. in* 6. *c. de multa. eod.* 4. *Sæcularia*, vel *Regularia*. *c. cum de beneficio. c. cum singula. de eod. in* 6. 5. *Collegiata*, vel *Non*; seu *Simplicia*. 6. Alia Collegiata, alia Elective. 7. Quædam *patronata*, quædam *libera*. 8. Quædam habent *dignitatem*, quædam *Personatum*, quædam *Officium*, *quæ posituram. c. 1. de consuet. in* 6. *de multa. c. execrabilis. ext. eod.* Denique alia sunt *Nominata*, alia *Innominata*. De singulis ordine videbimus. Et quidem primò *de Beneficiis propriè acceptis*, iisque *Majoribus* & *Minoribus*. 3

TITULUS VI.

De Beneficiis Majoribus & Minoribus.

SUMMARIUM.

1. *Majora Beneficia: Pontificatus.*
2. *Cardinalatus.*
3. *Cardinales qui.*
4. *Quomodo inserviant Ecclesiæ Romanæ.*
5. *Quis eorum Titulus.*
6. *Patriarchatus seu Primatus.*
7. *Metropolitanatus.*
8. *Episcopatus.*
9. *Chorepiscopatus.*
10. *An communi Beneficiorum appellatione veniant.*
11. *Minora Beneficia quæ.*

Majora Beneficia dicuntur, vel *Dignitatis*, vel *Proventuum* ratione. Ex collatione distinguuntur:

Ratione Dignitatis & Ordinationis omnium majus Beneficium est *Pontificatus Summus*. *c.* 1. *in verb. in depressionem* 1

nem officii & beneficii noſtri. de maledicis. can. Cleros. §. Pontifex. diſt. 21. can. nemo, Sacroſancta. diſt. 22. Corraſ. de Sacerd. part. 1. c. 1. num. 3. Boëff. in praxi benef. p. 1. tot. ſæculare beneficium quotuplex. num. 3. Fabr. de re benefic. tit. de major. & minor. Ab ea enim poteſtate omnes reliquæ Eccleſiaſticæ tanquam ejus adjutrices & ſuffraganeæ pendent. *c. ad hæc rem. 4. de auctor. & uſu pallii.* Deus enim, ut loquitur D. Thomas *lib. 1. contra errores Græcorum. cap. 32.* Petro ſoli dedit plenitudinem ſuæ poteſtatis. Cujus effectus præcipuus, præter alios, *de quibus tractatum de perſon. Eccleſiaſtic. tit. de Summo Pontif. copiosè egimus;* quod ad illum trum omnium Eccleſiarum cura pertineat. D. Bernardus *lib. 4. ad Eugenium.* inquit; *Apoſtolis cæteris ſunt commiſſæ Eccleſiæ particulares; S. Johanni in Aſia, Matthæo in Æthiopia, Bartholomæo in India, ſuus Hieroſolyma; & ſic de aliis; at verò S. Petro totus mundus.* Sed Romanſtolica, prima Sedes, poſt illam aliæ Patriarchales. *can. urbis. diſt. 22.* In perſona Petri omnis Eccleſia eſt ſignificata; ait D. Auguſtinus *ſuper Joan. tract. 50. ad cap. 12. can. 6. quodcunq; ligaveris. 34. qu. 1.* Et Papa Leo *ad Epiſcopos Viennenſes epiſt. 87.* ſic ſcribit; *Hujus muneris, hujus* cet publicationis æternæ ſacramentum, *ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium Summo principaliter collocaret: ut ab Ipſo, quaſi quodam capite; dona ſua velut in corpus omne diffunderet: ut exſortem ſe myſterii intelligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Refert. in can. Dominus noſter. 7. verſ. Hujus muneris. diſt. 19.* Et quemadmodum ait *7. Etymol. Iſidori cap. 12.* refertur *in can. Cleros. §. Pontifex. diſt. 21.* Pontifex Princeps Sacerdotum, eſt quaſi via ſequentium. Appellatus & Maximus. Ipſe enim efficit Sacerdotes & Levitas; Ipſe omnes Ecclefiaſticos ordines diſponit; Ipſe quod unuſquiſque facere debeat, edidit. *can. in novo. 2. d. diſt. in can. omnes. 1. diſt. 22.*

2 Secundum inter majora Beneficia eſt *Cardinalatus, Fabr. d. tract. & tit. Hojed. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 2. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 4. num. 39. verſ. ſecundo. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 1. qu. 5. verſ. ſecundo beneficium.* ratione adhærentis parochiæ ſeu diœceſis; Nam non creatur Cardinalis ſine titulo, in quo reſidentiam debet *c. 2. de Cleric. non reſidentibus.*

Pro

Proinde Episcopus, factus Cardinalis, non videtur posse retinere dignitatem Episcopalem. *propter c. de multa. 28. de præbend. & dignit. vide Panormit. in c. 3. de postulat. & Gomes. in proœm. Regular. Cancell. qu. 1.*

Sunt *Cardinales* pars quædam corporis Pontificis: *can. quisquis.* 3
6. qu. 1. Clem. felicis. de pœnit. sicut Senatores sunt pars Principis: *l. quisquis. 15. pr. Cod. ad leg. Jul. Majest.* Sunt Fratres & adjutores Pontificis: *c. per venerabilem. §. rationibus igitur. qui filii sint legit. c. fundamenta. 10. §. decet. de elect. in 6. can. Constantinus. dist. 96.* Dicuntur Ecclesiæ columnæ; *Clement. si quis suadente. de pœnis.* & Papæ Collaterales, *d. can. Constantinus.* & Coadjutores. D. Bernardus *lib. 4. de consider. cap. 4.* inquit; *Veniamus ad Collaterales & Coadjutores tuos; hi seduli, hi intimitui;* & postea; *an non eligendi de toto orbe orbem judicaturi?* & in *epist. 188. ad Cardinales.* multa alia refert, quibus nullum majorem gradum esse ait post Romanum Pontificem.

Inserviunt Ecclesiæ Romanæ vel tanquam Episcopi, vel tan- 4
quam Presbyteri, vel tanquam Diaconi, vel tanquam Subdiaconi: & Eorum Ecclesia vel Ecclesiæ administratio Titulus dicitur: Inde & olim Clerici, qui in aliqua Ecclesia, ut ei inservirent, nomen dabant, dicebantur ibi constitui Cardinales, *can. fraternitatem. dist. 71.* & incardinari. *can. quorundam. dist. 74. can. pastoralis. 7. qu. 1.*

De Ecclesiarum Titulo est illud Papæ Pii, *epist. ad Justum Vien-* 5
nensem Episcopum. Soror nostra Euprepia, Titulum domus suo pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus: Et in epist. 2. presbyter. Pastor Titulum condidit. Est Tituli nomen desumptum à Jure Civili: Nam Tituli impositione res vindicata fisco, consecrabatur Principi. *l. si quando. 3. Cod. de bonis vacantib.* Titulus Ecclesiasticus erat vexillum vel signum crucis. *l. ult. Cod. Theod. de paganis. Vide de Cardinalib. tit. special. in d. tract. nostro.*

Tertium inter majora Beneficia est *Patriarchatus* seu *Primatus;* 6
Dico *seu;* quia Patriarchalis Dignitas à Primatu non differt. *can. Cleros. dist. 21. can. Urbes. dist. 80. c. 1. & 2. dist. 99. can. in illis. d. dist. 80.* Apud Leonem 9. *epist. 3. ad Petrum & Joannem Africæ Episcopos;* & apud S. Anacletum. I. *epist. 3. ad omnes Episcopos.* habetur: *Episcoporum ordo*

unus, licet ſint Primates, qui primas Civitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur.

Patriarchæ verò omnes ſunt Archiepiſcopi, *ex Novellis Juſtiniani 11. & 123. & can. conqueſtus. 9. qu. 3.* etiam Ipſe Papa. *in dictis Novel. ex Concilio Chalcedonenſi aliiſq; locis.*

7 Quartum inter majora beneficia eſt *Metropolitanatus* ſeu *Archiepiſcopatus;* Dico *ſeu;* Quia Metropolitani & Archiepiſcopi dicuntur *can. provinciæ. diſt. 99. can. 1. diſt. 21. Sylveſter in ſum. verb. Archiepiſcopus. in princ. Rebuff. ad §. 1. de Inſtitut. in Concordatis.* Archiepiſcopi namque vel Primates ſunt, vel Metropolitani. *can. nonnulli. diſt. 93. Vide quæ de his dicto tractat. ſcripſimus; &c. Salvator. Extrav. com. de præbend.*

8 Quintum inter majora Beneficia eſt *Epiſcopatus. c. felicis. §. qui ſi quis. de pœnis. in 6.* Epiſcopi vocati ſunt in partem ſollicitudinis Archiepiſcopi. *can. 1. & ſeq. 9. qu. 3.* Eſt intitulatio Beneficii Epiſcopalis *in can. 1. cauſ. 18. qu. 1. De Epiſcopis multa diximus ſingular. titulo in dict. Tractatu noſtro.*

9 Sextum, *Chorepiſcopatus;* Beneficium dignitatem etiam annexam habens; Quid interfuerit inter Epiſcopos & Chorepiſcopos, (qui hodie ſublati, ut inutiles,) & quodnam horum fuerit munus declarat *can. Eccleſiis. 3. §. inter. cum can. ſeqq. diſt. 68.* Erant Chorepiſcopi veluti Epiſcopi Regionarii; & ideo Archidiaconi aliquando fuere dicti. Sigebertus *in Chronico* ait; *Damaſus Papa decrevit, ne quid contra Epiſcopos Archidiaconi præſumant, qui dicuntur Chorepiſcopi, id eſt, Regionum, vel villarum Epiſcopi.*

10 Notandum dictos Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, communi beneficiorum appellatione, præſertim in pœnalibus, aliiſque interpretationis ſtrictæ canonibus non comprehendi, ſolere. *Selva de benef. part. 1. qu. 3. num. 35.* cum ſint beneficiorum & dignitatum culmina. *c. pen. de præbend. Gloſſ. verb. dignitatum in c. 2. eod. in 6. Columna d. tr. de reddit. Eccleſ. part. 11. cap. 21. num. 7.* Et ideo diſpenſatio ad omnia beneficia, & quaſcunque dignitates, non extenditur ad Epiſcopalem, propter excellentiam & culmen illius. *ſec. Peregr. de fideicom. art. 23. num. 8. Hojed. d. tr. part. 2. cap. ult. num. 77. Garc. de benef. part. 1. cap.*

cap. 8. num. 66. Barbos. Jur. Eccl. univ. lib. 3. cap. 4. num. 50. & 52.

Dictis Beneficiis exceptis *cætera sunt Minora.* Sunt tamen & alia, quæ majora & minora dici possunt, relatione factâ ad alia: quæ ex aliis divisionibus colligi possunt. 11

TITULUS VII.

De Beneficiis Curatis, vel non.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Curata quæ.*
2. *Considerantur Propriè & Impropriè.*
3. *Quomodo Propriè.*
4. *Quomodo Impropriè.*
5. *Non Curata Beneficia quæ.*
6. *In dubio, qualia censeantur.*

Beneficia Curata dicuntur, quæ animarum curam habent annexam; *de quib. vid. c. cum singula. de præbend. in 6. c. de multa. eod. c. cum satis. de offic. Archidiac.* seu parochiam. 1

Ea considerantur dupliciter; *Propriè & Impropriè. Innoc. ind. c. cum satis. Petr. Gregor. in Inst. rei benef. cap. 10. num. 11. Garcias de benef. part. 1. cap. 6. num. 6. Vallens. in par. decret. tit. de præbend. & dignit. §. 2.* 2

Proprius quoad forum interius; quia ei qui beneficio præficitur, datur potestas Sacramenta præbendi personis certis; nempe parochianis ejus loci: item prædicandi Dei proponendi verbum, audiendi confessiones. *Clem. dudum. §. verum. de sepult. c. 2. de paroch. c. omnis utriusq; sexus. de pœnitent. can. placuit. de pœnitent. dist. 6.* 3

Impropriè, seu quoad forum exterius seu contentiosum; quia scilicet Beneficiatus exerceat ea, quæ sunt Jurisdictionis spiritualis; quæ quibusdam annectitur beneficiis. *c. exsecrabilis. §. fin. de præbend. c. dudum. de elect. in 6.* Talia sunt visitare, inquirere, procurationes recipere, 4

ſuſpendere, abſolvere, excommunicare, interdicere. *d.c. dudum. ubi Dd. & in d. Extr. Execrabilis. verſ. quantum. & de Gloſſ.* Dec. *in c. ad aures de reſcript. Garc. d. loc. num. 7. vid. Concil. Trident. ſeſſ. 32. de reform. cap. 2.* Et hac ratione dicimus, Archidiaconos & Archipresbyteros curam habere animarum: *c. 1. de offic. Archid. c. 1. de offic. Archipresb.* Priori Presbyteros & Parochos. De quibus tit. egimus ſingulariter in tractatu noſtro de Perſonis Eccleſiaſticis. Ubi vide.

5 *Non curata Beneficia* ſunt, quorum Præfecti prædicta munera non habent, ſed horis dicendis tantum ſunt obſtricti. *c. 2. de inſtit.* Dicuntur iam Beneficia Simplicia. *c. fin. de præbend.*

6 In dubio Beneficia non cenſentur Curatæ; proinde aſſerenti eſſe talia incumbit probatio. *Bellamer. deciſ. 673. Staphil. de literis gratiæ tit. de ſtatu benefic. §. & num. 1. Rebuff. in praxi. tit. ſæculare beneficium. quotuplex. num. 11. Gonzal. ad reg. Cancell. de menſib. Gloſſ. 6. num. 91.*

Contingit aliquando, ut aliquis ſit Rector primitivus in Eccleſia, vel Prior, qui habitu quidem habeat animarum curam, ſed alius ſit, qui eam exerceat & ſit actu Rector, quem Vicarium perpetuum vulgo appellamus. *c. ſuper eo. 6. de præbend. & dignit. in 6. can. extirpanda. 30. qui verò. eod.*

TITULUS IIX.

De Beneficiis Duplicibus vel Simplicibus.

SUMMARIA.

1. *Quæ Beneficia dicantur Duplicia.*
2. *Quæ Simplicia.*
3. *Præbenda quid.*
4. *Quomodo diſtinguatur à Canonicatu.*
5. *Quæ Canonialis.*
6. *Quæ Simplex.*
7. *Quæ Laicalis.*

§. Tres

8. *Præbendæ Canonicæ quotuplices.*
9. *Quæ Sacerdotales.*
10. *Quæ non Sacerdotales.*
11. *Quæ Theologales.*
12. *Quæ Magistrales.*
13. *Simplicia Beneficia sunt & Prioratus, &c.*

BEneficia *quæ curam animarum* annexam habent dicuntur *duplicia*; ut & Illa quæ vel *dignitatem*, vel *personatum*, vel *officium* adjunctum habent. De quib. infra. 1

Simplicia sunt, quæ nec administrationem, nec Clerum vel populum habent, sed sufficit, ut qui ea habent, divinis intersint. 2

Inter ea primò numerantur *Canonicorum Præbendæ.* id est, portiones. *c. vacante. 26. c. dilectus. 27. de præb. & dignit. c. ea multis. §. constituimus. 1. qu. 3. c. tua nobis. de verb. signif. c. fin. §. in illis. vers. præbendas. conces. præbend. in 6.* 3

Distinguitur Præbenda à Canonicatu. *c. cum in Ecclesia. 25. de præbend. & dignit. in 6.* Canonicatus est Beneficium, quod datur Canonico; quoniam non statim atque quis recipitur Canonicus, Præbenda ei datur, sed postea cum se facultas obtulerit & vacaverit aliqua Præbenda: *c. inter cætera. 17. d. c. dilecto. 25. c. collatum. 9. de præbend.* Interim verò in choro, & Capitulo, & aliis quorum usus est communis, potestatem habet; veluti divinorum participatione, in lectionum & Evangelii recitatione, atque in quotidianis distributionibus. *c. relatum. 9. c. dilectus. 19. eod.* Et postquam Præbendam adeptus quis est, non Sacramenta administrat propter præbendam quam habet, sed Deo servit horis recitandis, & alio officio injuncto. *Dartis de Benef. sect. 1. cap. 3. vers. Simplicia.* 4

Præbenda autem est triplex; *Canonialis, Simplex, Laicalis.*

Canonialis, est spiritualis ratione Canoniæ seu Canonicatus cui annectitur. *d. c. dilectus. 27.* 5

Eam habens, Canonicus Præbendarius dicitur: *can. Sanctorum. dist. 70.* & jus habet suffragii in Comitiis & Conciliis, & insuper sedem habet in choro; vulgo vocem in Capitulo, & stallum in choro. *c. prælatorum. 22. c. dilecto. 25. eod.*

Verum illa habet non tanquam præbendatus, ſed tanquam Canonicus; Habet enim ea, ut dictum, antequam Præbendam eſt adeptus.

6 *Simplex* Præbenda eſt, Jus recipiendi certos proventus in Eccleſia Collegiali & competentes ex officio divino, cui deſervit, à Canonicatu ſeu canonia ſejunctum. *c. cum ſecundum. 16. eod. c. cum in Eccleſia. eod. in 6.*

7 *Laicalis* præbenda, eſt fructuum perceptio ex bonis Eccleſiæ Laico pro labore aliquo temporali; puta Advocato, Syndico, Secretario, Procuratori, & ſimilibus aliis perſonis de Eccleſia benè meritis attributa. *c. fin. de Magiſtris. c. poſſeſſiones. 161. cauſſ. 16. qu. 1. c. majoribus. 21. dilectus. 27. de præbend. can. quicunq;. 12. qu. 2. notant. in c. cum M. 13. de conſtitut.*

8 Sunt autem Præbendæ Canonicæ *Sacerdotales, Non Sacerdotales, Theologales, Magiſtrales.*

9 *Sacerdotales* ſunt; quarum nemo capax eſt, niſi ſit Sacerdos.

10 *Non ſacerdotales* ſunt, quæ inferioris ordinis Clericis dantur. *c. qui de non Sacerdotali. 27. c. ei cui. 29. de præbend. in 6.*

11 *Theologales* ſunt, quæ Theologiæ Doctoribus tantum in Cathedralibus Eccleſiis aſſignantur.

12 *Magiſtrales*, quæ litterarum Magiſtris & Præceptoribus attribuuntur. *c. quia nonnullis. de Magiſtris. in pragm. ſanct.*

13 *Simplicia* quoque Beneficia ſunt *Prioratus*, quos ideo Prioratus Simplices appellamus; *Capellæ* vel *Capellaniæ*, quibus cura animarum non imminet; (Imminere autem quibuſdam notum eſt *ex c. 1. de Capell. Monachor.*) *Præſtimonia* quoque: *c. ult. de conceſſ. præbend. in 6. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 9. & ſeſſ. 23. de reform.* de quibus infra dicemus; *Altaria* quæ ſunt in aliqua Eccleſia cum auctoritate Epiſcopi conſtructa. *c. recolentes. de ſtatu Monach. Dart. d. loco. verſ. Sanguinia quoq;.*

Sed hæc omnia diſputabuntur infra accuratius. Sufficit hic ſcire *Simplicia* dici Beneficia ideò, quia Beneficia tantum ſunt, nec ea ulla qualitas ineſt ex iis quæ dicta & dicenda.

TITU-

TITULUS IX.

De Beneficiis Regularibus, & Sæcularibus.

SUMMARIA.

1. *Beneficia aut sunt Regularia, aut Sæcularia.*
2. *Qualia sint, unde cognoscatur.*
3. *Censentur omnia esse Sæcularia,*
4. *Libera,*
5. *Nisi contrarium probetur.*
6. *Præscriptionis annorum quadraginta quæ vis hic.*
7. *Beneficium Regulare an conferri possit Clerico Sæculari.*
8. *An è converso.*
9. *Qui dicantur Beneficia obtinere Sæcularia.*
10. *Qui Regularia.*
11. *Beneficium Regulare quomodo fiat.*
12. *Ut Beneficium naturam mutet, quæ requirantur.*
13. *Beneficiorum Regularium nomina quæ.*
14. *Quibus conferenda Beneficia Sæcularia Regularia.*
15. *An non præter illa, & tertium genus Beneficiorum.*

BEneficia *omnia* largè sumpta, vel sunt *Regularia*, vel *Sæcularia*. *Illa* quæ personis regulam aliquam religionis professis; *Hæc*, quæ Clericis non religiosis conferuntur. *c. cum de beneficio. 5. c. cum singula. 32. de præbend. in 6. Clem. 1. de sup-* 1

ſupplend. negl. Prælat. Clem. 1. de elect. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 20. Barboſ. jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 4. num. 34.

2 Quæ ſint, cognoſcitur vel ex fundatione, vel conſuetudine, vel præſcriptione; *d. c. cum de beneficio;* præſcriptione, inquam, quadraginta annorum, cum bona fide & titulo. *c. cum Eccleſia. de cauſſ poſſ. & propriet. junctо. c. vigilanti de præſcription. Rebuff. in concordat. tit. de collat. §. volumus. verb. regularia. Selva tract. de beneficio. in 1. part. qu. 1. num. 13.*

3 *Beneficia* verò *omnia cenſentur* eſſe *ſæcularia;* niſi contrarium probetur. Præſumptionis ratio eſt; Quia cum S. Dionyſius Papa Beneficiorum omnium inſtituerit titulos, Ipſeque non Regularis, ſed Sæcularis fuerit, omnia Beneficia præſumantur talia, qualis eorum fuerit Auctor: & deinde quia Beneficia de Sæcularibus convertuntur in Regularia, non è converſo, licet aliquando poſt ſæcularizentur. *Maſcard. de probat. concl. 172. Zerola in praxi Epiſc. p. 1. verb. Beneficium. verſ. 12. Covar. reg. poſſeſſor. part. 2. §. 1. num. 1. Garc. de benef. part. 7. cap. 2. princ. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. 20. num. 4. Barboſ. d. loc. num. 41.*

4 Nam & *Beneficia omnia præſumuntur* eſſe *libera: Verall. deciſ. 139. num. 2. part. 2. Mantica deciſ. 358. num. 3.* ac Simplicia, *Gregor. 177. deciſ. 175. num. 3.* niſi ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio contrarium caveatur. *Rota deciſ. 375. ſub num. 2. part. 2. recent. Rubeus. in ſyl. Rotæ part. 2. verb. Beneficium. §. 3. Barboſ. d. loc. num. 42.*

5 Probatur contrarium vel quia in fundatione ita reperiatur cautum, vel quia præſumuntur eſſe regularia ex annorum quadraginta decurſu, quo per Regulares eis pacificè fuit deſervitum. *Navar. conſ. 51. de præbend. à num. 1. Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. qu. 69. art. 1. vers. ſecundum requiſitum. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 7. in princ. & num. 8. cum ſeqq. Zerola d. verbo Beneficium. part. 2. num. 11.*

6 Et ſic beneficia quæ per quadraginta annos conſueta ſunt regi per Viros Regulares dicuntur Regularia: *Rebuff. de nominat. qu. 15. num. 23. & in praxi benefic. tit. regularia beneficia. num. 1. Gonzal. d. Gloſſ. 8. num. 31. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. diſp. 9. qu. 6. num. 6. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 8. num. 180.* & è converſo beneficium regulare obtentum per quadraginta annos, & ultra per ſæculares efficitur ſæculare.

Felin.

Felin. in c. in nostra. 43. de rescript. Grassis. decis. 8. num. 3. de restitut. Mascard. d. concl. 171. num. 2. 10. & 20. Antonin. var. resolut. lib. 1. res. 20. num. 5. Sanch. in præc. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 17.

Tempus enim quadraginta annorum requiritur ad præscribendum Beneficii statum. *Ancharan. in d. c. cum de beneficio. in princ. & ibi Franch. num. 5. Staphil. de formis exspectantib. §. octava forma. num. 4.* & ad imprimendum novum statum regularitatis. *Barbos. d. loc. num. 46.*

Potest tamen Beneficium regulare, & Regularibus professis in titulum dari solitum, etiam Clerico conferri sæculari; modò is quoque emittat professionem: *c. cum causam. 27. c. officii. 38. de elect. & ibi Abb. num. 5.* Idque non à Papa duntaxat, sed & ab aliis Ordinariis Collatoribus: *juxta declarat. Cardinal. die 12. Decemb. 1585. juxt. Concilii Trident. cap. 10. sess. 14. de reform. quam referunt. Gonzal. ad d. reg. Gloss. 8. num. 78. Piasec. in prax. Episc. part. 2. cap. 5. artic. 3. num. 27. Campan. in diversor. Jur. Canon. rubr. 13. cap. 7. num. 16. Garc. d. part. 7. cap. 10. num. 10. Rota decis. 463. num. 1.* Excipiuntur, *juxta eandem declarationem*, Abbatiæ & Beneficia administrationem habentia, quæ non nisi professis, secundum Canones, per inferiores Ordinarios conferri possunt. *fac. c. cum in magistrum. de elect. Piasec. aliiq; d. Dd. dd. locis.* 7

Similiter Regularis quoque præficitur Ecclesiæ Sæculari, causâ necessitatis id exigente, deque consensu Superioris. *c. inter quatuor. de relig. domib. Clem. 1. junct. Gloss. verb. sæcularis. de elect. Abb. in c. 1. de capell. Monachor. Gonzal. ad d. reg. d. Gloss. num. 43. Garc. d. p. cap. 10. num. 16.* 8

Non tamen licet Regularibus, etiam de scientia sui Superioris, absque dispensatione Summi Pontificis, curatum obtinere beneficium, etiam ad tempus. *juxt. declarat. Cardin. quam refert. Gonzal. ad d. reg. Gloss. 7. num. 25. Piasec. d. loc. num. 30.*

Præsumitur etiam Beneficium Regulare, si Capella sit erecta in monasterio, per Regularem regi solito. Aliàs si per Sæcularem: tum erit sæculare. *Gonzal. d. loc. num. 1.*

Sæcularia Beneficia obtinere dicuntur, primò; omnes dignitates tam majores, quàm minores habentes; *Gloss. 1. in reg. c. de reg. jur. in 6. Rebuff. in praxi. tit. sæculare beneficium. num. 4. cum seqq. Gloss. in Clem.* 9

Auditor. de reſcript. Barboſ. d. loco num. 53. & 54. ut Pontifices, *Dd. per c. 1. de maledic. Selva de benefic. part. 1. qu. 2. num. 8. Marta de Juriſd. p. 2. cap. 39. num. 1. Barb. d. loc. num. 47.* Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, *c. fœlicis. §. quod ſi quis. de pœnis. in 6. Selva d. loco num. 14 & 17. vide Barboſ. d. loc. num. 49.* Cardinales, *Selva d. loc. num. 3. Petr. Gregor. de benef. cap. 10. num. 3.* In Eccleſiis Cathedralibus, Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, Theſaurarii, Cantores, Præcentores, Præpoſiti, Scholarum Magiſtri, Priores, Cantonici; Extra Eccleſias Cathedrales, Priores; *c. ult. de major. & obed. Gloſſ. in Clem. 2. de reſcript.* & Abbates ſæculares; *c. ex tranſmiſſa. de renuntiat.* Plebani; Deinde Parochi, Rectores, *Extr. Execrabilis. verſ. quantum. de præbend. c. ult. eo.* Vicarii perpetui, *Petr. Gregor. ſyntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 24.* Commendatarii perpetui, *Garc. de benef. part. 5. cap. 14. num. 48. Petr. Greg. d. lib. cap. 38. num. 1.* Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum Canonici præbendati, *Abb. Felin. Ripa in c. cum M. num. 26. de conſtit. Barboſ. tract. de Canon. & dignit. cap. 12.* Capellani perpetui, *Gloſſ. in Clem. 2. de decim. Rebuff. d. tit. ſæculare beneficium quotuplex. num. 14. Petr. Greg. d. lib. cap. 29.* Præſtimoniales perpetui, *c. ult. de conceſſ. præben. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 9. Hojed. de incompatib. benef. part. 2. cap. 8. num. 8.* Hoſpitalium Rectores perpetui. *Garc. de benef. part. 5. cap. 4. num. 4. Fabric. de re benef. tit. de Xenodochiis & c. num. 16.*

10 *Regularia Beneficia obtinere* dicuntur, poſſidentes illa, quæ ex fundatione, dotatione, aut Ordinarii ſeu Superioris inſtitutione, vel ſaltem ea præſcriptione Regularibus tantum conferuntur. *Dd. in c. 1. de capit. Monach. & c. cum de beneficio. 5. & c. cum in ſingula. 82. de præbend. in 6. Garc. d. tract. d. part. 1. cap. 6. num. 13. Rebuff. in praxi. tit. regularia beneficia. à num. 1. Zamburin. d. tract. de Jure Abbat. tom. 3. diſp. 9. qu. 34. num. 1. Sanchez. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 29. à num. 1.*

11 Beneficium ergò *Regulare ſit duplici modo; Primò*, quando in ejus fundatione, per Epiſcopum, non Abbatem, niſi juriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem; *Sanch. d. cap. 29. num. 14. poſt Domin. & Franc. in d. c. cum de beneficio. num. 9. Hieron. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſolut. 15. num. 27.* ſtatuitur, id per Regulares adminiſtrandum. *Domin. & Franc. d. loc. Rebuff. in praxi. in proœm. tit. quotuplex*

sit beneficium. num. 5. & in concord. tit. de collation. §. volumus. verb. regularia. Hojed. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. ult. num. 9. Altero, quando beneficium tempore ad legitimam præscriptionem sufficienti abuno vel pluribus regularibus institutis in eo Rectoribus pacificè & continuo est gubernatum, etiamsi antea vel post in eo ministraverint aliquando sæculares, ut & jam supra diximus.

Ut beneficium *regulare*, vel *sæculare, naturam mutet*, requiruntur 12
sex; *Sanch. d. cap. 29. ex num. 15. Hieron. Roder. d. tract. resol. 16. num.* 28. Nempe; 1. Ut tempore ad legitimam præscriptionem jure definito (puta quadraginta annis; ut dictum) administratum sit per sæculares, ut fiat sæculare; vel per regulares, ut fiat regulare; 2. Ut possidentes id beneficium, sint in eo instituti. *Hojed. in d. cap. ult. num. 92. Sanch. d. cap. 29. num. 21. Hieron. Roderic. d. num. 28. vers. secunda.* 3. Ut tanquam Rectores, non Vicarii, vel conductitii Clerici administraverint: *Tamburin. d. tom. 3. disp. 9. qu. 3. num. 6.* 4. Ut Administretur beneficium à Regularibus tanquam regulare, ad hoc, ut transeat in regulare: *Sanch. ibid. num. 23. Roderic. d. num. 28. vers. quarta. Tambur. d. qu. 3. num. 7.* secus si gubernantes tanquam sæculares ad instar Clericorum sæcularium; ut si regularis Ecclesiæ præficiatur Curatæ; vel si beneficium regulare sæculari, vel sæculare regulari conferatur ex dispensatione, etsi possideatur per tempus quadragenarium: *Selva de benef. part. 53. qu. 11. num. 125. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 26. qu. 3. vers. & animadvertendum.* 5. Ut conferens, animo & intentione conferat imprimendi beneficio statum illum quem exprimit: *Sanch. d. loco. num. 25. Roderic. d. num. 27. vers. quinta.* 6. Ut adsit in possidente bona fides. *Sanch. d. loc. num. 26. Roderic. d. num. 28. vers. sexta. Barbos. d. lib. & cap. jur. Eccles. univ. à num. 68.*

Nomina Beneficiorum Regularium sex ut plurimum traduntur à 13
Doctoribus: Nempe; 1. Abbatia regularis: *de qua in c. quantò. de offic. Ordin. c. cum ad monasterium. de statu Monach.* 2. Prioratus Conventualis: *Clem. 2. de rescript.* 3. Prioratus Claustralis: *d. c. cum ad monasterium. & Clem. ne in agro. eod.* 4. Prioratus Regularis: 5. Capellaniæ fundatæ in Monasterio Regularium: *Rebuff. d. tr. in proœm. tit. quotuplex sit beneficium. num. 6. Sanch. d. cap. 29. num. 27.* 6. Mo-

nachatus. *poſt Gloſſ. verbo beneficiis. in princ. in Clem. 2. de judic. Scotus d. tr. part. 1. qu. 2. num. 76. Rebuff. d. tit. regularia benefi.a. num. 20. Barboſa d. loc. num. 69.*

14 Regulariter Sæcularia Beneficia Sæcularibus, & Regularia Regularibus conferri debent. *c. cum ad noſtram. 37. c. officii. 38. de elect. l. c. cum de beneficio. 5. de præbend. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 10.* Niſi Papa diſpenſet. *Barboſ. d. loco. num. 76.*

15 Beneficiis enim dictis addi poteſt *tertium genus Beneficii* quod extra præſcriptionem qualitatis, à perſona alterius qualitatis, quam Beneficii exigat natura, poſſidetur, ſed ſine naturæ beneficii præjudicio, ſi per diſpenſationem, eo *commendato* olim ad tempus certum, perſonæ certæ hodie, ut plerunque quamdiu Commendatarius vixerit. Quod Beneficium commendatum *Commendam* vocant: ut ſi beneficium regulare conferat Papa ſæculari nomine commendæ: nam ideò non mutatur beneficii natura, nec fit ideò ſæculare. *vid. can. qui plures. 21. q. 1. c. nemo deinceps. de elect. in 6. ubi Gloſſ. ad verb. commenda.*

TITULUS X.

De Beneficiis Collegiatis & Simplicibus.

SUMMARIA.

1. *Collegiata Beneficia quæ.*
2. *Quæ Non Collegiata.*
3. *Quæ inter Illa differentia.*

1 *Collegiata Beneficia* ſunt, in quibus tres vel plures ſimul per Superiorem, probandi auctoritatem habentem, *fac. l. 1. Item Senatus. 20. ff. de colleg. illic.* inſtituuntur, ut cultui inſerviant divino, faciant corpus, habeantque commune & unum Collegii ſigillum, *c. ſignificavit de appell.* Syndicum arcamque communem *l. 1. §. quibus. ff. quod cujuſq; univerſ. nom. c. dilecta. de exceſſ. Prælat.* commune refectorium, dormitorium: *Guid. Papa. deciſ. 158. not. in d. c. dilecta. c. à nobis. de Jure patronat.*

Quæ

Quæ tamen non semper simul desiderantur. *secund. Francisc. de Zabarellis in d. c. dilecta. & c. hi qui. de ætate & qualit. ordinand.*

Beneficia non Collegiata, & Simplices dicuntur Ecclesiæ; sunt, in quibus prædicta non sunt; & quibus Clerici non sunt facientes corpus unum, quamvis ex illis qui in eis sunt, alii subjiciantur aliis: Quod in omnibus ferè Ecclesiis habet locum; maximè animarum curam habentibus: in quibus vix esse potest Presbyter seu Sacerdos sine uno vel duobus Clericis, qui secum psallant & in altari administrent, filiosque Parœcianorum erudiant. *c. ut quisq. de vita & honest. Clericor.* Quitamen Collegium non faciunt: quia in Collegio faciendo forma exigitur & Superioris licentia. *d. l. 1. ff. de colleg. illic. d. lic. §. quibus. ff. quod cujusq. univers.* Nec id constituit personarum numerus; cum in eo constituendo sufficiant tres: *c. 1. de elect. l. Neratius. 85. §. de verbor. signific.* & jus collegii retineri possit per unum. *d. l. 1. §. sicut. ff. quod cujusq. univers.* 2

Interest valde inter ista Beneficia, potissimum in Jure patronatus, quod non in *Collegiatis* perinde liberum, ac in *Simplicibus* Beneficiis. *c. nobis. de jure patronat.* & in aliis quæ ex dictis & dicendis colligi possunt. 3

Porrò Ecclesiæ Collegiatæ regularium personarum dicuntur. *Conventuales, d. c. nobis.* cœnobia: aliæ Capitula. *Panorm. in c. edoceri. & c. capitulum. de rescript.* Omnis Ecclesia Cathedralis est Collegiata: quia Episcopus caput, membra, & consilium ejus capitulum; quod debet in institutione & destitutione Clericorum adhibere secum. *cap. nonit. 4. c. quanto. 5. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit. Cardin. in Clement. ut ii. coll. 3. & 2. qu. de ætate & qualit. ord.* quanquam omnes Ecclesiæ Collegiatæ Cathedrales non sint. *Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 3. num. 14. & 15.*

TITULUS XI.

De Beneficiis Collativis & Electivis.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia Collativa quæ.* 2. *Quæ Electiva.*

3. *An in iis ſervanda forma c. quia propter. de elect.*
4. *An indigeant Superioris confirmatione.*
5. *An in Mandatis de providendo faciendæ Electionis mentio expreſsè.*
6. *Cur non.*

1 BEneficia *Collativa* ſunt, quæ collatione, aut alio quam electionis modo obtinentur.

2 *Electiva*, quibus providetur per Electionem à Superiore confirmandam, potiſſimum quando in Electione ſervatur forma c. quia propter. de elect. *Rota deciſ.* 1. *de electione in antiq. Gloſſa in Clem. quia contingit. §. ut autem. verbo Electionem. de religioſ. dom. quam ibi ſequitur Cardin. & in Clem.* 1. *de præbend. qu.* 4. *Franc. in c. cum in illis. §.* 1. *num.* 3. *de præbend. in* 6. *Felin. in c. in noſtra de reſcript.*

3 Non tamen *præcisè*, ut vult Corraſius *de benefic.* 2. *parte cap.* 1. *num.* 12. *cum Coſmo in pragmat. ſanctione, tit. de electione. c. ſicut. §. & cum in manæ. & c. licet. §. ſtatuit. Staphilo de literis gratiæ. tit. de modo & forma impetr. §. de qualitate dignit. num.* 1.

Servanda enim quidem ea forma in electionibus eorum Prælatorum, per quorum mortem remanet Eccleſia viduata & ſine Paſtore; ut Epiſcoporum, Abbatum, & Eccleſiarum Collegiatarum Prælatorum; *d. c. quia propter. in verb. Eccleſiæ viduatæ. & ibi Gloſſ. & Alii num.* 70. *Garcias d. tr. de benef. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. ſed non in aliarum Dignitatum ſeu Beneficiorum. Utpote in quibus ſufficit Capitularium conſenſus præſtitus collegialiter in Capitulo ipſo; omnium aut ſaltem majoris partis. *Abbas d. loc. num.* 9. *Coſmas d. loco.* Niſi conſuetudo ſit in contrarium: *Garcias. d. loco, num.* 20.

4 Dixi *per Electionem à Superiore confirmandam;* Quia Beneficia, quæ quidem providentur per Electionem, ſed confirmatione non egent Superioris, non Electiva ſunt, ſed potius Collativa, aut mixta; eaque Electio *Proviſio* appellatur. *Gloſſ. in d. Clem. quia contingit. §. ut autem. verb. electionem. de religioſ. dom. & ibi Cardin. Franc. d. loco. Felin. d. loco. Selva de benef. part.* 3. *qu.* 1. *num.* 4. *Duaren. de Sacris miniſter. lib.* 5. *cap.*

cap. 1. Garc. d. loco, num. 23. Rebuff. in proœm. concordat. §. 1. vers. mixtain praxi. tit. de electione. num. 4. Duaren. d. loco. Corras. de benef. part. 1. can. 5. num. 9.

Ut in mandatis de providendo veniant Beneficia Electiva, non est necesse, ut volunt, Dd. per. c. cum in illis. §. illis. de prabend. in 6. & Clem. 1. eod. in fine. Decius in c. 1. num. 4. de electione. Corras. d. cap. 5. num. 8. Gambar. de officio Legati. lib. 3. num. 114. Paris. cons. 31. part. 4. num. 21. Duaren. d. lib. 5. cap. 1. ad fin. fieri Electionis mentionem expresse; sed sufficit simpliciter mandari provideri de beneficio. Gloss. in d. Clem. 1. vers. fin. & ibi Imola. Abbas. Cardin. qu. 5. & cons. 103. Archidiacon. Joan. Andr. Domin. num. 8. Franc. num. 2. in d. §. illis. Felin. in d. c. in nostra. & in c. sedes. num. 30. Rebuff. de pacific. possess. num. 31. Nec adversantur d. c. cum in illis. 17. §. illis. & d. Clem. 1. in fin. Locum enim tantum habent, cum alii providendi exprimuntur. Dd. can. teste. Franc. in d. c. cum in illis. §. illis. in princ. 5

Nam licet vox *provisio*, & vox *dispositio* latè sumpta in materia favorabili, omnem providendi modum, & sic & electionem comprehendat; Gloss. in Clem. fin. verb. provisioni. de election. & in Clem. 1. verb. dispositionem. de suppl. neglig. Prælat. Domin. in d. §. illis. num. 6. & 7. Staphil. de variis provisionis. num. 14. Rebuff. in concordat. tit. de collat. §. præfatiq; ordinarii. verb. provisionem. Ut & vox *Collatio*, comprehendat alios modos; Rebuff. in praxi. tit. de dispensat. rat. æt. verb. conferantur. & devolut. num. 70. Mandos. reg. 34. qu. 4. num. 2. tamen in materia odiosa, & restringibili, ut est mandatum de providendo, tanquam ambitiosum; hoc non procedit. ut in d. c. cum in illis. 17. §. in illis. cum seq. & d. Clem. 1. vers. fin. Dominic. & Franc. num. 6. & 7. in d. §. in illis. Abbas in d. Clement. fin. de electione. num. 1. Cardin. d. Clem. 1. de suppl. neglig. Prælator. num. 2. Rebuff. d. loco. Garcias d. loco. num. 31. cum seqq. Caputaquens. decis. 36. part. 3. Gonzal. ad reg. Cancell. triennal. Gloss. 16. num. 9. 6

TITU-

TITULUS XII.

De Beneficiis Patronatis, & non Patronatis.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Patronata quæ.* 2. *Quæ non.*

1 *Beneficia Patronata* dicuntur, quæ ad idoneæ perſonæ præſentationem per patronum, fundatorem videlicet, vel ejus tatorem, vel eorum heredes, Epiſcopi conferunt, inſtitu one factâ præſentati per Patronum Laicum aut Clericum.

Quippe ſine præſentatione non fit inſtitutio; niſi in mora præſen tandi fuerit patronus Laicus per menſes quatuor, Clericus per menſes ſex. *c. 1. §. fin. de jure patron. in 6. c. 3. §. fin. c. eam te. c. ſi vero. eod. t. in de ſupplend. negl. Prælat.*

Juri præſentandi Patroni non cenſetur Papa derogare, per gra am de beneficio conferendo emiſſam. *c. cum in illis. 17. §. in illis de pre bend. in 6.*

2 *Beneficia non patronata* collationi relinquuntur liberæ, ſine ul vel præſentatione aliqua cujuſquam Patroni. *Petr. Gregor. in Inſtitu rer. Benef. cap. 10. num. 16.*

TITULUS XIII.

De Beneficiis habentibus Dignitatem, Perſonatum aut Officium.

SUMMARIA.

1. *Quæ Beneficia habeant Dignitatem.* 2. *Dignitas quid.*

3. *Quæ Beneficia habeant Personatum.*
4. *Personatus quid.*
5. *Quæ Beneficia habeant Officium.*
6. *Dicta Beneficia; aliquando confunduntur.*
7. *In Belgio Personatus inter Beneficia Simplicia censentur.*

Dignitatem habent, quæ præeminentiam seu administrationem rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione. *Gloss. & Archidiac. in c. 1. de consuet.* Ut Præposituræ, *c. quamvis. 9. de verb. signif. can. Salvator. 1. qu. 3. c. 1. de ætate & qualit. ord. c. constitutus. 2. de appellat. c. ex parte. de Cleric. non resid. c. ex ore. de his quæ fiunt à Præl. sine consensu Capit.* Prælaturæ; ut Episcopatus & Abbatiæ: *c. 2. de judic. tit. de Regia ad Prælaturas nomination. in Concordat. Gall. c. ne pro defectu. c. nihil. de election. c. ubi periculum. §. & ne. ord. in 6.* Prioratus perpetui: *Clem. 1. de suppl. neglig. Prælat.* Decanatus, Archidiaconatus, Præcentoriæ: *Ciron. in par. Chabot. in select. Vallen. in par. ad tit. de præbend. & dignit.* 1

Et *dignitas* nihil aliud est quam hujusmodi præeminentia & administratio. 2

Personatum habent, quæ præeminentiam Sedis & aliorum, sine jurisdictione; verbi gratia, honorificum locum in choro, processionibus, suffragiis: ut Cantoria, Thesauraria, Pœnitentiaria, & similia. *c. dudum. in 2. de elect. Collectan. ad c. de multa. de præbend. Archidiacon. ad d. c. 1. de Consuet.* 3

Et *Personatus* dicitur hujusmodi præeminentia. *Vallens. d. loco. §. 2. num. 9.* 4

Officium habent, quæ administrationem rerum Ecclesiasticarum, sine Jurisdictione, præeminentia atque honore; ut Sacristiaria Custodia: *c. 1. de offic. Sacrist.* Cellaria, Cameraria, Vectiaria, Eleemosynaria; & similia, in quibus aliquid fieri debet. *Gloss. in d. c. 1. de consuet. voce administrationis.* Officium enim ab officiendo est dictum, & est quod quisque facere debet, locorum, temporum, personarum ratione observata. 5

Adminiſtratio tamen & generalia nomine, comprehendit præratus & alia beneficia. *Clem.* 1. *& ibi Cardin. qu.* 6. *de reſcript. c.* 2. *de ætat. & qual. ord. in C.*

6 Cæterum licet hæc tria, *Dignitas*, *Perſonatus* & *Officium*, Juris Canonum ſubinde ita diſtinguantur, id tamen non eſt perpetuum; verum interdum eodem in jure pro uno & eodem accipiuntur; ut primiceriatus pro dignitate, perſonatu & officio; *in c. cum acceſſiſſent. 8. de conſtitut.* Ideoque erit tutius quoad eorum nominum vim cujuſque Eccleſiæ ſpectare conſuetudinem; *Petrus Gregor. de re benef. tit. cap. 10. num.* 18. *& in Syntagm. jur. univ. lib.* 17. *cap.* 3. *num.* 17. ſicut beneficium illud cenſetur habere dignitatem, vel eſſe dignitas, quod ex conſuetudine pro tali habetur; maximè quando in creatione illius non reperitur aſſignata Beneficio dignitas. *Gloſſ. ad Extrav. execrabilis. verb. perpetuus. de præbend. Vallenſ. d. loco, num.* 7.

7 Hodie de conſuetudine Belgii plerique perſonatus inter Beneficia Simplicia cenſentur; adeò ut etiam minoribus ætate conferantur. *Zypæus in Anal. Jur. Pontif. Noviſſ. tit. de Cleric. non reſident. num.* 5.

TITULUS XIV.

De Beneficiis Nominatis & Innominatis.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Nominata quæ.* 2. *Quæ Innominata.* 3. *Quæ iis annumerentur.*

1 *Beneficia Nominata*, ſunt ea quæ ultra generalem beneficii appellationem proprio intelliguntur nomine: ut Pontificatus Summus, Patriarchatus, Primatiæ, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primiceriatus, Curatæ ſeu Vicariæ perpetuæ, *c. de multa. de præbend. c. extirpande qui. 8. quæ verò. eod. c. poſtulaſti. de reſcript.* ſeu parochiæ, *tit. de parochiis.* Rectoriæ,

riæ, *cap. fin. de præbend.* Plebaniæ, *c. fin. Ne Cleric. vel Monachi. sec. negot. se immisc.* succursus seu auxiliatrices vel additæ Ecclesiæ Matrici; *c. ad audientiam. de Eccles. ædific.* Item Monachatus in Ecclesia Collegiata; *Gloss. ad c. 2. de judic. in Clem. Panorm. ad c. ex parte. de rescript.* Præbendæ, quando portiones præbendales sunt divisæ & certæ. *c. ex parte. de conces. præbend.* Canonicatus, sed non ubique. *Gloss. ad d. Clem. 2. de Judic.*

Innominata Beneficia dicuntur, quæ tantum generali nomine beneficii significantur, vel canoniæ, vel præbendæ. *can. ex multis. §. constitutum. 1. qu. 3.* 2

Inter ea numerantur & ea, quæ possident Assisii seu Assidui dicti in Ecclesiis; *c. pen. de Cleric. non resident.* & qui in minoribus ordinibus constituti vocantur Tituli; *c. 2. de præbend.* & Coadjutoriæ. *c. grandi. de suppl. negl. Prælat. in 6.* 3

Vidimus de Beneficiis *Propriis*; Videamus de *Impropriis*.

TITULUS XV.

De Beneficiis Impropriis.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Impropria quæ.*
2. *Enumerantur.*
3. *An veniant in materia odiosa beneficii appellatione.*

Beneficia Impropria sunt, quæ quandam affinitatem & similitudinem habent cum *Propriis* & *Veris*; & tamen cum horum non habeant notas, non sunt. 1

Qualia sunt: I. Coadjutoriæ, non habentes subrogationem in locum Coadjuti: *c. de Rectoribus. cum seqq. de Clerico ægrot. & tot. caus. 7. qu. 1.* II. Feuda Ecclesiastica: §. 1. *tit. in quib. caus. feud. amitt. & tit. Quæ sit prima caus. Benef. amitt.* III. Patrimonia Clericorum, quæ pro Beneficiis supponuntur, & Ordinandi dicuntur Tituli: 2

c. tuis quæſtionibus. c. Epiſcopus. de præbend. IV. Penſiones ſuper Be neficiis: *c. quamvis pleniſſima. 4. eod. in 6. c. ad audientiam. in 2. de reſcript.* V. Religioſæ domus: *Clem. quia contingit. de religioſ. domib. Clem. pr literar. 2. & ibi Gloſſ. de præbend.* VI. Operariæ; ſeu Officia curatæ Eccleſiæ fabricam: *Dec. in c. definimus. num. 11. de judic.* VII. Præ ſtimonia: *Joan. Andr. in c. un. d. rer. permut. in 6. Oldrad. conſil. 8. & 140 Dominic. conſ. 89. Gomes ad Reg. Cancell. de publicand. reſignat. qu. 2. in fin.* IIX. Capellaniæ: *can. Apoſtolica. 8. qu. 1. Gonzalez. ad reg. 8 Cancell. 5. Gloſſ. num. 5. Perez. de Lara de anniverſ. & Capellan. lib. 2. tit 1. num. 59.* IX. Præceptoriæ dictæ Sacrorum Militum Commend *Barbatia ad Clem. cauſſam. col. 51. de elect.* X. Beneficia Manualia: *un. de Capell. Monach. in 6. c. cum ad monaſterium. §. tales. de ſtatu Mon chor. c. 1. §. fin. de privileg. junct. cum præcepta. diſt. 55.* XI. Benefic orum Commendæ: *c. nemo de inceps. de elect. in 6. Rota deciſ. 244.* XII Beneficia quæ jure Regaliæ dantur: *Molinæus ad regul. de infirm. resi tiant. num. 186.* XIII. Quæ Aſſignata pro labore: *c. pen. de præbend. c. 1. c. quia nonnulli de magiſtr. c. cum Martinus. de conſtitut. c. un. de Syndi can. poſſeſſiones. & can. fin. 16. qu. 1.* XIV. Vicariatus & Officium *Gloſſ. in d. Clem. 2. de reſcript. & tot. tit. de offic. Vicarii.* XV. Offic Eccleſiaſtica non collata in titulum: ut conventualia, eleemoſynar cellariariæ, ſacriſtiæ, *Gloſſ. in d. c. 1. §. ad hæc. verb. officiis. de ſtatu Mo nach.* cuſtodiæ; *c. 1. de offic. Cuſtod. c. 1. de officio Sacriſtæ.* theſaurariæ, ſimilia.

3 In materia odioſa hæc appellatione Beneficii non venium. Int aliquando nequidem præbendæ, *Barboſa poſt alios tract. de appellat. cum utriuſq; Juris ſignificat. appellat. 32. num. 51.* nec Officia aut Dignitates *Idem Ibid. num. 10.* nec Curata, *Gigas de Penſion. qu. 28. num. 9. Pon Gregor. tract. de Benefic. cap. 6. num. 4. Barboſa Jur. Eccleſ. Univ. lib. cap. 4. num. 87.*

LIBER

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

De iis qui Beneficia, conferre possunt; & primo: De Romano Pontifice.

SUMMARIA.

1. *Qui Beneficia conferre possunt.*
2. *Romanus Pontifex in sua Diœcesi.*
3. *Quæ pertineant ad illam.*
4. *Non contulerunt olim extra illam.*
5. *Fecerunt postea.*
6. *Quo jure.*
7. *Quæ praxis Ecclesiæ veteris.*
8. *Nec illa juri Communi contraria.*
9. *An possit Papa conferre Beneficia majora, ut Episcopatus extra Diœcesin.*
10. *Quando.*
11. *Ordinaverunt olim & Populus & Clerus.*
12. *Quid hodie.*
13. *Quis conferat Beneficia inferiora.*
14. *Quæ Pontificis circa illa potestas hodierna.*
15. *Quæ antiqua.*
16. *Unde ea potestas Pontifici.*

POſt Originem, Diffinitiones Diviſioneſque Beneficiorum Eccleſiaſticorum explicatas, eſt conſequens, ut de iis *qui Beneficia conferre* ac *diſtribuere* poſſunt, tractemus.

1 Hoc jus ſibi vendicant multi: *Pontifex*, *Epiſcopi*, *Antiſtites*, *Sacerdotes*: Imò & homines *Prophani*. De ſingulis videbimus. Et quidem primò de *Romano Pontifice*. Qui Epiſcoporum primus, primamque Sedem occupat.

2 *Is* in ſua Diœceſi Romana, ut alii Metropolitani in ſuis, *Innoc. c. 2. epiſt. 18. cap. 1.* beneficia conferre poteſt. Dicit Adrianus I. *epiſt. 3. Si ubiq; Chriſtianorum Eccleſiæ canonicè intactas poſſident Eccleſias ſuæ Diœceſes, quantò ampliùs Sancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, ſuam Diœceſin, videlicet Archiepiſcoporum & Epiſcoporum &c. irrefragabili jure tenere & poſſidere omnibus debet.*

3 Ad Diœceſin Romanam pertinet Italia tota cum Inſulis adjacentibus. Et Ideo S. Leo *epiſt. 4.* mandat univerſis Siculorum Epiſcopis, ut ex inſula ſua ternos quotannis ad Synodum 3. Kalendis Octobris celebrandam de more mittant Romam.

4 Priſcis temporibus extra dictam diœceſin beneficia nulla contulerunt Pontifices Romani. *faciunt diſt. 63. 64. 66.* Reliquerunt Epiſcopis Eccleſiarum ipſis commiſſarum adminiſtrationem liberam.

5 Poſtea univerſalis Eccleſiæ gubernationem ſibi arrogarunt. Unde dicitur: Pontificem Romanum habere plenam, liberam, nullisque legum vinculis adſtrictam beneficiorum omnium diſpoſitionem: cui Epiſcopis omnibus, quotieſcunque libuerit Ei, concurrere; eos omnes beneficium vacuum conferendo prævenire: poſſe antevertere, *cuncta permundum. 11. qu. 3. c. propoſuit. de conceſſ. præbend. c. ad hæc. rem. de auth. & uſu Pallii. c. 2. c. dudum. de præbend. in 6. Clem. 1. ut pendent. Gloſſ. pragm. tit. de electione. in verb. reſervation.* Breve; Et non quaſi Urbis Romæ ejuſque Diœceſeos tantum, ſed totius Orbis Epiſcopum, beneficia in aliorum Diœceſi & Patriarchatu ſita recte conferre. Sed ut hæc intelligantur rectè, recurrendum ad Eccleſiæ originem.

Secun-

Sciendum ergò; & esse & fuisse ab initio Ecclesiam unam, & ab 6
uno Petro. *teste Optato Milevitano. lib. 2. contra Parmenian.* Qui in distributione & Ecclesiarum divisione, Ecclesiam rexit in præcipuis Sedibus Romæ & Antiochiæ per seipsum, per Marcum Alexandriæ. *D. Gregorius. lib. 6. epist. 37. ad Eulog. Episc. Alexandr.* Dicit Hincmarus. *opusc. 55. cap. 16. Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis Unum est; Ipse enim sublimavit Sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est; Ipse decoravit Sedem in quam Evangelium Discipulum misit; Ipse firmavit Sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit; Cum ergo Unius, atq; una sit Sedes, cui ex authoritate divina tres nunc Episcopi præsident, quicquid ego de vobis audio, hoc mihi impero.* Ita ut quodammodo ad Trinitatis instar fuerit una primum Ecclesia in tribus Sedibus, & per tres Antistites, *ex Symmacho, epist. 1. ad Eunium Arelatens. Episc. & Carolo Calvo Francor. Rege ad Adrian. 2. & Joannem 8. cap. 25. ad Trinitatis*, ait, *instar, cui una est atq; individua potestas, unum est per diversos Antistites Sacerdotium.*

Quare Antiochena Sedes in Concilio Chalcedonensi *art. 7.* dicitur Thronus Petri, ab Innocentio I. *epist. 8. ad Alexandrum Episcop. Antioch.* Sedes Primi Apostoli. Alexandrinum dicit Anacletus *epist. 3.* Petri nomine à Marco ejus Discipulo consecratam. D. Gregorius *lib. 11. epist. 48. ad Eulogium Episcop. Alexandrin.* Sedem suam vocat.

Deinde aliis Sedibus institutis, Petrus etiam instituit & consecravit unumquemque in eis: ut B. Jacobum in Hierosolymitana. *Chrysostom. homil. 87. in S. Johan. Euseb. in Chronico & lib. 2. Histor. cap. 2.* Dicit canon omnes. *dist. 22. Omnes sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropoleon, Primatus, aut Episcopatuum Cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet Ordinis Dignitates, instituit Romana Ecclesia: Illam verè solus ille fundavit, & supra Petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ claviger o terreni simul & cœlestis Imperii jura commisit.*

Quapropter à D. Cypriano *libro de unitate Ecclesiæ* appellatur mater & radix Ecclesiarum. Tertullianus *lib. de præscript. contra Hæretic.* dicit; Ecclesias quotidie, ut Ecclesiæ fiant, à Matrice Ecclesia mutuari fidem:

fidem: Nam ſicut Eccleſia Metropolitana eſt mater aliarum ſub ſe, ita Romana mater etiam Metropolitanarum.

Tempore D. Petri, Patriarchæ unici, nullæ Eccleſiæ fuere Patriarchales. Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, infimorum nem poſtea diſciplinæ exegit conſervatio. *D. Leo. in epiſt. ad Anaſt. Theſſalon. Archiepiſcop.*

Facta illa, ut & provinciarum & locorum, in quibus conſtituerentur Primates, diviſio, per Clementem & Anacletum, D. Petri ſucceſſores. *can. provinciæ. diſt. 99. can. urbes. diſt. 80.* Dicit Optatus Milevitanus. *lib. 2. de Schiſmate Donatiſtar.* Cathedram primùm Epiſcopalem fuiſſe collatam Romæ, & deinde cum Apoſtoli in aliis ſedilſent Civitatibus; hæc quoque primum factæ ſunt Epiſcopales. Quas Tertullianus *d. lib. de præſcript.* Eccleſias Matrices & Originales Fidei appellat.

Conſtitutis Patriarchis, & aliis Primatibus, Metropolitanis, & Epiſcopis, in Eccleſia, non amplius D. Petrus, ejuſque Succeſſor ordinavit alios, fecerunt Ipſi. Dicit Nicolaus I. *ad Bulgarorum conſulta. c. 73. reſpondens: A quo autem ſit Patriarcha ordinandus interrogasti idcirco ſcitote, quia in loco, in quo nunquam Patriarcha vel Archiepiſcopus conſtitutus eſt, à Majori primitus eſt inſtituendus; Deinde verò acceptis centia, & Pſallii uſu, ordinat Ipſe ſibi Epiſcopos, qui Succeſſorem ſuum valeant ordinare: &c.* & paulò poſt: *Hic eſt ordo ſervandus, ut videlicet à Sedis Apoſtolicæ Præſule ſit nunc vobis Epiſcopus conſecrandus, per Chriſti plebs ipſo præſtante creſcit, Archiepiſcopatus privilegia per Nos accipiat, & ita demum Epiſcopos ſibi conſtituat, qui Ei decedenti Succeſſorem. &c.*

7 Et hæc ſanè fuit Eccleſiæ praxis & conſuetudo, ut Patriarcha quidem in ſua Diœceſi ordinaret, vel confirmaret electiones, aut Epiſcoporum tanquam Metropolitanus; vel Metropolitanorum tanquam Patriarcha; *vid. l. ſancimus. ut nemo. 29. §. fin. Cod. de Epiſcop. audien.* vel ut Epiſcopi Provinciales in Provincia ſub Metropolitanis conſtituti eligerent Epiſcopum: *Concil. Nicen. can. 1.* Non abſque conſenſu Metropolitani. Niſi alia eſſet conſuetudo. *can. 6.* Aut ſibi primus Patriarcha ordinandi & inſtituendi jus reſervaſſet. *Cedrenus in Zenone.*

Inno-

Innocentius I. *epist.* 18. *cap.* 1. Patriarchæ Antiocheno hunc præscribit modum; ut eos qui longe à se absunt, per Episcopos Vicinos ordinari mandet. Loquitur sic: *Itaq. Frater Charissime, ut sicut Metropolitanos authoritate ordinas singulari, sic & cæteros non sine permissu, conscientiáq. tua sinas Episcopos procreari: in quibus hunc modum rectè servabis, ut longè positos literis datis ordinari censeas ab his qui nunc eos suo ordinant arbitratu: Vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuæ pervenire: Videatur etiam Concilium Chalcedonense act.* 14.

Dicit S. Leo *epist.* 84. *ad Anastasium Thessalonicens. cap.* 6. id fieri ideò, ne gregibus Domini diu desit cura Pastorum.

Unde & Vicariorum vel Papæ vel aliorum Patriarcharum origo. Cum enim viderent se Ecclesiæ necessitatibus commodè in Regionibus longinquis providere non posse, ibi ex Primatibus vel Metropolitanis constituerunt Vicarios; ut de Thessalonicensi Episcopo testatur S. Leo. d. *epist.* 84. de Arelatensi S. Gregorius *epist.* 52. *lib.* 1. de Toletano Concilium Toletanum. 12. *cap.* 6. Ubi tamen vices suas dat Papa salvo Metropolitanorum privilegio.

Sunt ergò, post primas ordinationes factas à Christo & Petro, factæ aliæ, vel ab Ipsis Patriarchis, vel ab Eorum Vicariis, vel à Metropolitanis, vel à Primatibus, vel saltem eæ ab Eis confirmatæ: *vid. d. Innoc. I. in epist.* 18. *cap.* 1. *Synes. epist.* 76. & 77. *Theodoret. lib.* 1. *Historiæ. Eccles. cap.* 9. & *Histor. Tripartitæ. lib.* 2. *cap.* 12. *Hincmar. in opusc.* 55. *Capitul. cap.* 16. Concilium Africanum inquit *cap.* 22. loquens De Primatu Carthagenensi; *Fuit semper hæc licentia huic Sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusq. Ecclesiæ ordinaret Episcopum. Videatur d. l. sancimus.* 29. §. *fin. Cod. de Episc. aud.*

Nec dicta juri Communi sunt contraria. Quælibet enim Ecclesia sua habere potest privilegia, rationem habentia, & ratione nitentia; 8
teste *Arnulpho Lexoviensi Episcopo epist. ad Papam Alexandrum. videantur S. Leo in epist. ad Viennenses. Bonifacius I. epist.* 3. *Adrianus I. scribens ad Tilpinum Remens. Archiepiscop. apud Flodoardum. lib.* 2. *cap.* 17. *Zozimus epist. ad Viennens. Archiepisc. apud Baron. ad annum* 417. *num.* 52. Dicit Nicæni Synodi I. *can.* 6. apertè; *Antiqui mores serventur &c.* S. Leo *adversus Anatolium Patriarch. Constantinopolit.* ait; *Seriem an-*

norum eſſe attendendam in juribus Metropolitanorum & aliorum. Adrianus I. *epiſt.* 3. ait; *Eccleſias ubiq; Chriſtianorum canonicè intactas poſſidere ſuas diœceſes:* Nicolaus I. *epiſt.* 1. *ad Imperat.* non vult traditionem ab Apoſtolis inſtitutam violari.

Quod autem dixerit Siricius *epiſt.* 4. *in Concilio Romano* dixit, ut extra conſcientiam Apoſtolicæ Sedis, hoc eſt, Primatis, nemo ordinare audeat, eſt intelligendum Jure communi & ordinario, niſi aliſ conſuetudo. Nam regulariter ejus eſt ordinare, cujus eſt judicare, *Julii I. epiſt.* 3. *Balſam. can.* 12. *Concil. Chalcedon.*

Unde in Legatorum, vel Vicariorum Papæ, literis inſeri ſoler, ſervatis Metropolitanorum privilegiis. *Hormiſda epiſt.* 14. *ad Turran. Epiſc. & epiſt.* 26. *ad Saluſt. Hiſpalenſ. Archiepiſc. & epiſt. ad Remigium Remenſ. Archiepiſc. Videantur & Niceni Concilii canon.* 7. *Chalcedonen. art.* 6. & 13. & 12.

Cum ergò præcipuum Jus Electionum & Ordinationum Epiſcoporum ante Concilium Nicænum I. conſtiterit in praxi & conſuetudine (Illud enim *can.* 6. hac præcipua nititur ratione; ut & omnia fere alia Concilia, & S. Patres: ut S. Epiphanius *hæreſ* 68.) ut decidamus quæſtionem hanc; *Utrum Papa conferre poſſit Beneficia majora, ut Epiſcopatus, in aliena Diœceſi:* Videndum eſt, qui fuerint antiqui mores Ordinationibus.

Scribit Euſebius *lib.* 2. *Eccleſiaſt. Hiſtor. cap.* 1. & *lib.* 3. *cap.* 10. Jacobum fratrem Domini, à Petro Johanne & Jacobo Apoſtolis Episcopum Hieroſolymitanum ordinatum fuiſſe: Eo vitâ defuncto, omnes Apoſtolos & Diſcipulos communicato conſilio Simeonem electum Epiſcopum. *vid. can. porro. diſt.* 66. Quare vult *can.* 4. *d. Concilii Nicæni.* Epiſcopum ab omnibus qui ſunt in provincia conſtitui, vel ſi hoc ſit difficile à tribus: Sub authoritate, intelligite, Superioris.

Nam Ordinatio Jacobi facta fuit à Petro, & Simeonis etiam ab Eo. Ideoque *in d. can.* 4. additur confirmatio fiat à Metropolitano: ut & repetitur *in can.* 6. Et confirmat fusè S. Leo *epiſt.* 84. *ad Anaſtaſ. Theſſalonicenſ. cap.* 6. Multo magis à Pontifice Summo; ut in eadem epiſt. dicit Idem S. Leo. Confirmatur *can. ordinationes. diſt.* 64. Et Novell. Theod.

[H]

Theod. & Valent. *tit. de ordinat. Episcop.* 24. prohibentur fieri Ordinationes Romano Pontifice inconsulto.

Dicendum tamen, cum Dartis *tract. de Benefic. sect.* 9. *cap.* 1. primam quidem Ecclesiarum Institutionem fuisse à D. Petro; Deinde Ejus Successoribus: sed cum Jus Religionum, utpote Juris Gentium, sequatur rationem, eaque (puta ne propter defectum Pastorum gregem Dominicam invaderet lupus *c. ne pro defect.* 41. *de elect.*) Cum Papa Episcopatus remotiores commodè conferre non posset, suaserit ut Provinciarum Episcopi vel Metropolitani ordinaverint in iis Episcopos, ususque & consuetudo confirmaverit, intelligendum esse Papam vel amisisse, jus eligendi & ordinandi, vel cessisse. *juxta sentent. Nicolai I. in supra cit. respons. ad consulta Bulgarorum cap.* 78. Illaque illud præscripsisse. Nisi in omni casu jus sibi retinuerit. *Dartis d. loco.*

Retinet etiam adhuc illud, quando Provinciales Episcopi in ordi- 10
nando sunt negligentes: sed pro illa vice tantum. *c. bonæ memoriæ.* 23. *de elect.* Devolvitur enim primo ad Archiepiscopum *c. ne pro defectu.* 41. *eod.* idque intra menses sex. Episcopatus enim ultra tres menses vacare non possunt. *d. c. ne pro defectu. can. postquam. dist.* 50. *can. obeuntibus. dist.* 63.

Factæ etiam, sive ex concessione, sive ex consuetudine, sive ratio- 11
ne id suadente, Episcoporum Electiones & Ordinationes à Populo & Clero, & confirmatæ à Superiori. *can. nulla.* 1. *dist.* 62. *can. plebs.* 11. *can. Episcopos* 13. *cum seq. dist.* 63. *S. Leo epist.* 89. *ad Episcop. Viennens. Celestin. epist. ad eosd. cap.* 5. *Theodoret. lib.* 1. *Histor. cap.* 9. *& Histor. Tripart. lib.* 2. *cap.* 12. In Concilio Aurelianensi II. *can.* 7. & Aurelianensi III. *can.* 3. *& can. Metropolitano.* 19. *d. dist.* 63. dicitur eandem in electione Metropolitani fuisse servatam formam. Imò & quondam in electione Papæ. teste D. Cypriano *lib.* 4. *epist.* 2.

Hodie removentur Laici: & obtinet, ut confirmatio Episcopo- 12
rum sit Pontificis Romani, aut ut ejus fiat auctoritate. *can. ordinationes. dist.* 64. Et hæc de Episcopatu & aliis majoribus Beneficiis.

Cætera inferiora Beneficia non Romanus Pontifex, sed Episco- 13
pus proprius cum consensu Civium confert. *tot. dist.* 67. De quo in sequentibus latius.

Potest tamen *Pontifex* ut supra diximus, omnia beneficia confer- 14

re, & cum omnibus Epiſcopis concurrere, quoties ei libuerit, eoſque in beneficiorum vacantium collationibus prævenire. *c. 1. ut lite pend. innov. in Clem. & c. 2. de præbend. in 6.*

15 Imò invaluerat olim, ut beneficia nondum vacantia, mandarentur cum eorum contingeret vacatio, certis perſonis conferri. Quoniam Ipſe ſolus vacaturis jus tribuere poterat. *d. c. 2. de præbend. in 6.* Dicebatur fieri ea Collatio per literas exſpectativas. Sed eorum uſus primum quidem in Concilio Baſileenſi. *§. placuit. tit. de Collation. Pragmat. Sanct.* Deinde à Leone X. *in tit. de reſervat. in Concord.* ſublatus. Sed de his videndum infra tit. ſpeciali.

Moris etiam fuit ut Pontifex collationi reſervaret ſuæ quædam Beneficia, quæ Ipſe cui vellet, conferret, quoties ea contingeret vacare. *c. præſenti. de præbend. in 6.* Et is mos ſimiliter dicto Concilio *§. ipſum. de reſervation. in pragm. ſanct.* & dicta Leonis X. conſtitutione eſt ſuppreſſus.

Intelligendum tamen hoc de reſervationibus à Pontifice factis. Quas enim Jus Et ſpecialiter reſervavit, eæ adhuc durant: ut ſunt eorum Beneficiorum quæ in Curia Romana vacant. *d. c. 2. & c. præſent. de præbend. in 6.*

Quæ ſint iſtæ, explicatur in *d. c. præſenti. & c. ad Regimen. de Extr. com.*

De iis, ſi intra menſem à die vacationis à Pontifice non eſſent collata, diſponebat Ordinarius liberè, *ſec. 3. eod. in 6.* Poſtea prohibitum *c. 1. Ext. eod. c. ex debito. verſ. non obſtantibus. de elect.*

16 Unde autem *dicta Beneficiorum conferendorum poteſtas Pontifici competat* non conveniunt Doctores: Sunt qui eam accerſant ex primis Eccleſiarum inſtitutione facta à Pontifice Romano: ut ſupra retulimus, & confirmat Innocentius III. *epiſt. ad Concilium Montis Regalis Epiſcop.* & S. Leo *ſermone 3. ſuæ ordinationis.* Alii derivant eam ex repræſentatione Eccleſiæ, quam geſſit D. Petrus, tempore Apoſtolorum: Quam adhuc gerant Ejus Succeſſores. *alleg. D. Auguſtin. in tract. 124. in S. Johannem.* Alii ex eo, quod cæteri Epiſcopi ſint tantum Cooperatores Papæ. *ſec. S. Leon. homil. 4. per omnes miſſa provincias ad Epiſcop. Fratres.* Moderni *cum S. Thoma in lib. 4. ſent. diſt. 4. qu. un. art. 4. & opuſc. contra*

contra Error. Græc. cap. 69. S. Antonino. 3. summæ, tit. 22. cap. 4 5. 2. ex plenitudine potestatis. *can. 11. decreto. cum seq. 2. qu. 6.* Dicit Innocent. III. *serm. 1. in festo S. Georgii: Sicut in corpore humano solum caput habet plenitudinem sensuum, cætera verò membra partem recipiunt plenitudinis; sic & in Ecclesiastico corpore, cæteri vocati sunt in partem solicitudinis, sed Supremus Pontifex assumptus est in plenitudinem potestatis: & ita Petrus fuit veluti hæres ex asse, alii verò tantum velut Legatarii. Vide Tit. de Summo Pontifice. in Tract. nostro de person. Ecclesiast.*

TITULUS II.

De Concilio Oecumenico, seu Generali.

SUMMARIA.

1. *Concilium Generale an possit conferre Beneficia.*
2. *An Pontifex Ei subsit.*
3. *Quale hic Concilii Constantiensis Decretum.*
4. *Adhibenda hic distinctio.*
5. *Qualis.*

CConcilium Oecumenicum seu *Generale* an Beneficia conferre possit, quæritur. Eam quæstionem tractant Abbas *qu. 1. ad 4. dubium ex num. 29.* Selva *de benef. 2. part. quæst. 2. Corras. de benef. 2. part. cap. 2. Durand. d. tract. lib. 3. cap. 3. Garciad. tract. 5. part. cap. 2.* Duar. *tract. de Sacris Eccles. Minist. lib. 3. cap. 2.* Dartis *de Benefic. sect. 3. cap. 2.* 1

Quæstionem facit, quod Pontifex Romanus, cui hoc jus competit subesse à multis dicitur Concilio; & eo esse inferior. Quod an verum sit, discutiendum.

Refert Rochellus *Decretor. Ecclesiæ Gallicanæ. lib. 5. cap. 35. ex Cod. Libert. Eccles. Gallicanæ.* hæc verba; *Quamvis ex norma Ecclesiastica, vel, ut inquit Cyrillus epist. ad Cælestinum Papam, ex veteri Ecclesiarum omnium consuetudine, cogi vel haberi Concilia Generalia absq; Pontifice,* 2

tiſce, qui clave non errante, militantis Eccleſiæ caput, & Primas, nec non Chriſtianorum omnium communis Pater agnoſcitur, neq; in iis quicquam ſtatui vel concludi, niſi ex Ejus auctoritate debeat; Hoc nihilominus Eccleſia Gallicana ratum ſemper fuit: Quod Papa non cenſetur eſſe ſupra Concilium Univerſale, ſed ad illius Decreta & ſtatuta, non minus quam ad Eccleſiæ, quæ Domini noſtri Jeſu Chriſti Sponſa eſt, & quæ maximè per Concilium iſtud repræſentatur, ſervanda præcepta obligatur.

Quæ Eccleſiæ Gallicanæ obſervantia Juri Divino videtur eſſe conſentanea. Non enim uni Petro, cujus Succeſſor dicitur Pontifex Romanus, data eſt à Chriſto poteſtas ligandi & ſolvendi, ſed & toti Eccleſiæ. *Matthæi 28. can. 6. quodcunq; 24. qu. 1.* Licet cæteris Apoſtolis ſit erit præpoſitus.

Hinc, quoties Apoſtolorum temporibus aliquis, ſive Epiſcopus, ſive Diaconus, fuit ordinandus, vel aliquid, quod pertineret ad Eccleſiam, fuit decernendum; nunquam id ſibi ſumpſit Petrus, ſed toti permiſit Eccleſiæ. Solebat tamen tanquam Apoſtolorum Princeps convocare cæteros, & de his quæ agenda forent, apud Eos orationem habere. *Actor. cap. 1, 6. 15.*

Poſtea Pontifici ſummum in Chriſtianos Imperium, neſcio quo modo, tributum; Legibus Canonibuſque Synodalibus, Imperatorum exemplo, ſolutus fuit. Dicit Papa Paſchalis *in c. ſignificaſti. 4. de elect.* Nulla Concilia Romanæ Eccleſiæ legem præfigere poſſe. Et in Decretis quibuſdam Synodalibus Romani Pontificis excepta reperitur authoritas. *can. ideo. 25. qu. 1.*

Quæ ſanè varietas in Eccleſia magnam peperit perturbationem & diſſenſionem. *Panormit. in 1. ſuar. quæſt. & in tract. de Concil. Baſil.* Quam dirimere volens Concilium Conſtantienſe, ſtatuit, In iis quæ ad fidem & religionem pertinent, aut Eccleſiæ tam in capite, quam in membris, conſtitutionem & reformationem, Pontificem ſubeſſe & obtemperare Concilio. Quod veteribus quibuſdam Canonibus convenit, *ut can. Anaſtaſius. diſt. 19. can. ſi Papa. diſt. 40.* & poſtea Concilio Baſileenſi *tit. de pot. ſac. Congr. in Pragm.* confirmatum.

Sed hæc diſquiſitio, An Oecumenico Concilio ſubſit Pontifex, an contra, alterius eſt loci. Redeamus ad quæſtionem propoſitam.

Diſtin-

Distinguendum. Aut *Sedes Patriarchalis vacat;* aut *non vacat.* 4
Hoc casu judicamus hanc quæstionem esse otiosam: Quoniam 5
cum non convocentur Oecumenica Concilia, nisi Romani Pontificis auctoritate. *can. multis. dist.* 17. Quod & ex Eusebio, Socrate, Theodoreto, cæterisque Scriptoribus Ecclesiasticis discere licet: non se abjurabit illa potestate Beneficiorum conferendorum Romanus Pontifex, quando Concilium convocabit. Nec dubium est, Concilium, cui Papa præsidet, posse Beneficia conferre. *Selva de Benefic. 2. part. qu. 2. Corras. Durand. d. locis.* juxta illud *Actor. Apostol. cap.* 1. ubi Matthæus fuit electus in Concilio seu congregatione, in qua erat Petrus. Et quia, *ut inquit Corrasius;* sicut solus Papa potest Beneficia conferre, ita Concilium Papæ præsentia & auctoritate suffultum. *vid. & Zechus. de benefic. & pension. Ecclesiast. cap. 2.*

Garcias tamen *tract. de Benef. part. 5. cap. 2. num. 4.* putat Concilium Generale quamvis legitimè congregatum; non posse conferre Beneficia, nisi ei id Papa specialiter permittat: *Non* enim *ad id*, inquit, *congregantur Concilia: nec de Jure habent talem potestatem.* Posset quidem Papa, si vellet, in Concilio Beneficiorum facere provisionem, sicut fecit B. Petrus in illa electione B. Matthiæ. Quæ & sententia Panormitani. *d. qu. 1. ad quæst. dub. num.* 34.

Vacante verò *Sede* ut Synodus Universalis Beneficiorum conferendorum potestatem sibi vindicet, nec jus, quo nunc utimur, nec mores, *qui*, ut ait Plautus, *optimos Leges perducunt aliquando in potestatem suam*, videatur permittere: cum Episcopatus sint distincti, & personis certis hæc potestas attributa. *Duaren. d. loco.*

Conferent ergò Beneficia *Ordinarii in sua Diœcesi;* In Romana verò Diœcesi conferentur vel à Capitulo Ecclesiæ Romanæ vel reservabuntur futuro Episcopo Romano: *Dart. tract. de benefic. sect. 4. cap. 2.* Nec enim Collegium Cardinalium Beneficia conferendi potestatem habet: *c. ubi periculum. de elect. in 6.* Quod si de majoribus Beneficiis, ut Episcopatibus, agatur, tunc Episcopi Provinciales, juxta canonicas constitutiones, Episcopos eligerent, si diu Sedes vacaret. *Dartis d. loco.*

TITU-

TITULUS III.

De Legato Romani Pontificis.

SUMMARIA.

1. *Legatus Pontificius an poſsit conferre Beneficia: & quando.*
2. *Qualia.*
3. *An non vacantia Collationi ſuæ poteſt reſervare.*
4. *An extra provinciam commiſſam.*
5. *An non ſunt Beneficia, in quæ jus habet nullum.*
6. *Quæ ſunt illa.*
7. *Conferunt Legati auctoritate extraordinaria.*
8. *Ut & Pontifex.*

1 QUamvis Romanus Pontifex, ut ſupra diximus, in Beneficiorum collatione concurrat cum omnibus Ordinariis, *Legatus* tamen Ipſius in Provincia ſibi commiſſa, non utitur eodem jure, niſi ſit *Cardinalis*. Nam ſi Pontifex e collegio Cardinalium aliquem ſibi legaverit, (qui vulgò dicitur *Legatus à latere*) poteſt beneficia conferre, *c. 1. de offic. Legati. in 6.* Idque Jure Ordinario, hoc eſt, jure Legationis, non in genere, ſed in ſpecie, id eſt, jure talis Legationis à latere. Aliis enim Legatis Beneficia conferendi poteſtas non competit: Niſi ſpecialiter Eis fuerit mandata *Gloſſ. in d. c. 1.*

2 In tantum dicta procedunt, ut *Legatus à latere* etiam poſſit conferre beneficia ad Patroni Eccleſiaſtici, præſentationem pertinentia: *dilectus. de off. Legati. c. cum dilectus. de jure patron. Roch. de jure patron. verb. honorif. num. 4. & 11. Paul. de Citadin. eod. tract. 7. part. num. 16.* etiam nullâ mentione aut derogatione Juris patronatus factâ. *d. c. cum dilectus. Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicæ. limit. 3. Covarr. prac. quæſt. cap. 36. num. 2. Garc. d. tract. part. 5. cap. 1. num. 17. & 18.*

Item

Item Exempta; *Gambar. de offic. & potest. Legati. lib. 3. num. 94.* ad collationem Exemptorum spectantia: *Cosmas in pragmat. sanct. tit. de collation. §. item circa. verb. Legatorum. Selva tract. de Benefic. part. 3. quæst. 66.* Ea quorum collatio ad Summum Pontificem devoluta: *c. pen. de præbend. Gloss. fin. in d. c. 1. de offic. Legati in 6. & in Clem. Si de Beneficio. verb. sive ad nos. de præbend. in fin. & ibid. Archidiacon. Dominic. Franc. Cardinal. Imola. Bonifac.*

Potest etiam Beneficia nondum vacantia reservare collationi suæ 3
in favorem certarum personarum, ita ut secutâ inde vacatione Ordinarius ea conferre non possit. *c. præsenti. de offic. Legati in 6. Corras. tract. de benefic. 2. part. cap. 3. num. 4. Æneas de Falcon. de reservation. 2. part. Gambar. de potest. Legati in reservando.* Licet non possit Jus in vacatu tribuere. *c. 1. de præbend. in 6. Corras. d. loco. Zechus. de benefic. & pension. Ecclesiast. cap. 2. Duar. de benef. lib. 3. cap. 3.* Ratio cur hoc non possit, illud verò possit, est; quod reservatio ei, in cujus favorem facta est, nullum tribuat jus, nec impediat, quo minus alteri beneficium Legatus conferre possit. *Dartis d. sect. cap. 4.*

Potest ista Legatus facere etiam existens extra provinciam sibi 4
commissam. *Gloss. in c. nemo. de offic. Legati. Archidiacon. in c. fin. eod. in 6. Benef. in Clem. 2. de offic. Ordin. seu 1. de offic. Legati. num. 24. & 25. Selva. d. part. 3. qu. 63. num. 1. Garc. d. part. & cap. num. 39.*

Et ex iis patet *Legatum de Latere* in sua provincia concurrere cum quolibet Ordinario, & inter eos esse præventioni locum. *c. si à Sede Apostolica. de præbend. in 6. & ibi Gloss. 1. & Gloss. fin. in c. 1. de offic. Legati. in 6. & ibi Franc. num. 8. & alii.* etiam in mensibus Ordinariis concessis. *Gomezius de exspectativis. num. 16. Gambar. d. tract. lib. 3. Zerola in praxi Episcop. 1. part. verb. Derogatio. Garc. d. loco. num. 40. cum seqq.*

Sunt tamen *Beneficia* quædam, *in quæ Legatus*, quamvis *de Latere* 5
sit, jus habet nullum.

Cujusmodi sunt: 1. Ecclesiæ Cathedrales, vel Regulares, aut 6
Collegiatæ, seu ipsarum Cathedralium Dignitates majores post Pontificem electivæ: *c. deliberationem. de offic. Legati. in 6. Gloss. fin. in d. c. 1. Corras. d. c. 3. num. 30.* 2. Beneficia reservata; *d. Gloss. fin. in d. c. 1. Pontifici: c. quod translationem. eod. Gonzalez. ad reg. mensium. Cancell.*

Gloſſ. 24. num. 21. ſive generaliter, ſive ſpecialiter; licet ipſi conceſſa ſit facultas conferendi beneficia qualitercunque vacantia: *Rota deciſ. 9. de officio Legati in novis & in addit. Capella Tholoſana. deciſ. 435. & ibi Aufrer. Æneas de Falcon. d. tr. de reſervat. 4. quæſt. princip. effectu. 3.* Beneficia litigioſa: *ex c. 1. & 2. ut lite pend. nihil innov. Lancellot. de attentat. 2. part. in præfat. num. 617. Rota deciſ. 198. lib. 3. part. 3. divers.* 4. Beneficia Juris Patronatus Laicorum; purè: *Gloſſ. in Clem. per literas, de præbend. verb. Apoſtolicis. Felin. in tract. quando litera Apoſtolicæ. Probus ad Monach. in d. c. 1. de offic. Legati. in 6. num. 16. Rochus de Jure patron. verb. honorificum. num. 8. Paut. de Citadinis. eod. tract. 5. part. num. 16. Lambert. eod. 3. par. 2. lib. qu. 8. art. 1. & 2.* aut mixtè: *Abb. in c. fin. de jure patron. c. dilectus. de offic. Leg. Felin. in c. multorum. num. 3. de Judæis. Rochus d. tr. verb. Jus num. 15. Lambert. d. qu. 8. art. 4. & qu. 9. num. 28. & alii quos alleg. Garc. d. loc. num. 67.* Niſi ſint talia ex privilegii aut præſcriptione. *Abb. in d. c. dilectus. in fin. Card. in Clem. per literas. 3. qu. Felin. in d. tract. quando literæ Apoſtolicæ. limit. 11. Staphil. de literis gratiæ. tit. de modo & forma impetr. §. 4. principaliter num. 5. Prob. ad Monach. d. loco. num. 16. Roch. d. verb. honorificum num. 16. Garc. d. loc. num. 72.* Niſi per negligentiam Laicorum ad Epiſcopum ſint devoluta: *Selva de benef. 2. parte qu. 3. num. 41. & alii.* Nec Beneficia vacantia in Curia, niſi ſpecialiter & expreſsè ei ſint conceſſum. *c. 2. de præbend. in 6. & ibi Dd. Gigas conſil. 7. num. 6. & conſ. 10. num. 2.*

7 Conferunt *Legati* Beneficia auctoritate Apoſtolica, ſicè eorum ſunt, ut quidam volunt. *Decius conſil. 128. Villad. quæſt. Gigas de poſſeſſion. qu. 6. num. 18. & 21. Gambar. de offic. & poteſt. Legati. lib. 3. num. 31. fac. c. 2. de offic. Legati in 6.* Ordinarii Collatores ſec. *Gloſſ. in Clem. 2. de offic. Ordin. in verb. volumus. & ibi* Abbas: *num. 4.* dicens; quod licet poteſtas Legatorum reſpectu Juriſdictionis, ſit ordinaria; *in d. c. & c. ſi quis contra. num. 4. de foro competente.* tamen reſpectu Collationis Beneficiorum eſt extraordinaria; *Decius. d. cap. in fin.* Quia conferendi poteſtas non venit ex proprio officio Legationis; Ideoque Legati non Cardinales hanc poteſtatem non habent: *ut d. c. 2. ſequunt. Felin. d. tract. 2. part. num. 34. & 3. part. qu. 66. num. 4. Prob. ad Monach. in c.*

Corvi
De Ferr
et Benef. E
G
32

fin. de constitut. num. 39. & in d. c. 2. de offic. Legati aliiq; Diff. Garc. cum aliis d. loco. num. 4. & 8.

Nisi ea ipsis specialiter sit indulta; *d. c. literas. de supplend. negl. Prælat. d. c. 1. de offic. Legati. in 6.* aut sint missi cum potestate seu authoritate Legati de Latere. *Decius cons. 128, Villad. d. tract. de off. Legato. qu. 9. num. 2. Gigas d. tract. qu. 6. num. 19. Zechus de Republ. Eccles. cap. de statu Legati, sub num. 4. vers. 5. Mandos. reg. 13. Cancell. qu. 6. num. 4. Garc. d. part. 5. cap. 3. in princ.*

Ut Beneficiorum Collatio Legatis non competit, nisi extra ordi- 8
nem, ita nec Ipsi Pontifici: *Dartis d. loc. & Duaren. d. lib. cap. 4. in princ.* Quamvis Interpretes vulgò dicant Eum esse Ordinariorum Ordinarium.

Nec refert quod Glossa *in c. quanquam. verb. devolvatur. de elect. in 6.* dicat, de antiquo jure & Ecclesiæ dispositione potestatem conferendi Episcopatus, ad Romanum Pontificem pertinere, conferendi verò inferiores Ecclesias ad Episcopos; citat *can. 1. dist. 22.* Respondemus dupliciter: Primò; Institutionem Ecclesiarum processisse hoc modo. Cathedra primum Episcopalis fuit collata Romæ: *teste Optato Milevitano lib. 2. de Schismate Donatistar.* Deinde cum cæteri Apostoloin aliis sedissent Civitatibus hæ quoque factæ sunt Episcopales: Quas Ecclesias Matrices & Originales fidei appellat Tertullianus *in lib. de præscript. adverf. Hæretic.* Institutionem Patriarchatum, Primatum, Archiepiscopatum, exegit postea disciplinæ conservatio: *ut* scribit Leo *epist. ad Anastas. Thessalon.* & nos diximus supra: & pro locorum & Urbium ratione institutæ sunt in Ecclesia secundum divisionem politicam. *can. provinciæ. dist. 99.* Secundò respondemus hæc quidem spectare institutionem, non Collationem. De qua nos hic agimus & diximus eam factam fuisse modò supra, *d. titulo hujus libri primo*, dicto. *Vid. tit. De Legat. Apostol. in tract. nostro de Person. Ecclesiast.*

TITULUS IV.

De Ordinariis Collatoribus.

SUMMARIA.

1. *Qui ſunt Ordinarii Collatores de jure Communi.*
2. *Qui ſic appellari poſſunt.*
3. *Qui hac in materia Ordinariorum appellatione veniunt.*

1 DE Jure Communi *Ordinarii Collatores* ſunt: *Epiſcopi*, & *Archiepiſcopi*, qui in collatione Beneficiorum (quæ ex eorum quædam libera conceſſio,) ſuæ Diœceſeos ſunt tam habent intentionem. *Garc. tract. de Benefic. part. 9. cap. 4. num. 4.*

2 Appellari tamen *Ordinarii Collatores* poſſunt, qui ſuo jure creati ſunt, ſive id habeant à Jure, ſive à Pontifice, ſive à Conſuetudine; licet non habeant Juriſdictionem Ordinariam. *c. poſtulaſtis, c. accedens. c. cum noſtris. de conceſſ. præbend. not. in c. Ordinis. de Offic. Ordin. & c. ſicut de conceſſ. præbend. in 6. Gloſſ. in Clem. 1. ut lite pend. verb. Ordinarium & ibi Imola & Cardin. qu. 14. & Gloſſ. in Extr. Execrabilis. §. ſtatuimus verb. Ordinario.*

3 Unde in materia hac Collationis appellatione Ordinariorum veniunt, non ſolum Epiſcopi, ſed & Capitulum, aliique Prælati Inferiores, ſive ſint Sæculares, ſive Regulares, facultatem præbendas conferendi habentes: *d. c. poſtulaſtis. 15. d. c. accedens. 14. d. c. cum noſtris. Decius. c. poſt ceſſionem. num. 7. de probation. Rebuff. in concord. tit. de collat. n. 1. verbo Ordinarius Collatores. Flamin. Pariſius de reſignat. Benefic. lib. 1. qu. 9.*

Sed quia Beneficia, uſu, non jure, vel ſunt *præbenda* & *Dignitates*, ſive Eccleſiarum *Cathedralium*, ſive *Eccleſiarum Inferiorum*, quas vulgo vocamus *Collegiatas*; vel ſunt *Beneficia*, quæ Collegii nomine non ecclæ-

sentur, sed sonant, ut dicunt, in nomen *Rectoriæ* vel *Capellæ*, vel *Prioratus*; distinguendorum judicamus. Et quidem tribus positis casibus. Quorum *primus* erit de *Præbendis* & *Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium*; *Alter* de *Collegiatarum Præbendis*; *Tertius* de cæteris *Beneficiis*, seu *Præbendis*, quæ nomine Collegii non veniunt: Idque *vivo Episcopo*, vel *mortuo*.

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium.

SUMMARIA.

1. *Ad quem Præbendarum Ecclesiarum Cathedralium pertineat provisio, controversum.*
2. *An ad Episcopum, & quomodo.*
3. *An hoc etiam obtineat in earum Ecclesiarum Dignitatibus.*
4. *Quid si Episcopus & Capitulum concordes sint.*
5. *Quid si discordes.*
6. *Allegans discordiam quomodo debeat probare.*
7. *Quando valeat Collatio facta à solo Episcopo &c.*
8. *Quid servetur moribus.*

DE *Beneficiis*, & *Præbendis*, & *Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium* est *casus primus*

Controversus: Variæ enim circa earum provisionem sunt opiniones. 1

Prima est; Eam pertinere ad Episcopum cum consensu Capituli. *Compostellan. ad c. cum Ecclesia. 3. de causs. possess. per c. ea noscitur. de*

his quæ fiunt à Prælat. Selva de benefic. part. 2. quæſt. 22. caſu. 4. num. 12. Duarenus *de benef. lib. 3. cap. 4.* dicit; *Receptius eſt præbendas Eccleſiæ Cathedralis, ac Dignitates Ejuſdem ab Epiſcopo conferri, ſed totius Collegii Eccleſiaſtici conſenſu accedente; Niſi contraria oſtendatur conſuetudo d. c. ea noſcitur. not. in d. c. cum Eccleſia.*

Ab ea recedit Hoſtienſis *in d. c. cum Eccleſia.* & vult proviſionem ſpectare ad Epiſcopum cum conſilio Capituli. *per c. novit. 4. cum ſeq. de his quæ fiunt à Prælat.* Quem ſequuntur Ægidius *deciſ. 69.* Corvin. *tract. de benef. cap. 4. num. 5.* Zechus *de benef. & penſion. Eccleſ. cap. 2. num. 3. Ordinarii etiam. per c. illa. 2. Ne Sede vacante.* Dartis *tract. ſum. ſeu. cap. 6.*

Gloſſa *in d. c. cum Eccleſia. & c. fin. verb. communiter. De ſupplenda neglig. Prælat. & in c. irrefragabili. verb. per Capitulum. De offic. Ordin. & can. 1. §. 1. verb. diſponit. diſt. 21.* Abbas *in d. c. cum Eccleſia. num. 3.* Francus *num. 1.* aliique *in c. à collatione. de appellat. in 6.* Quos ſequuntur alii, allegati per Garciam *tract. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 11.* putant eam ad Epiſcopum & Capitulum ſimul pertinere. Quam opinionem communiorem eſſe dicit Mandoſ. *in regul. Cancell. 18. quæſt. 12.* Et Rota hodie ſequitur *Caſſad. deciſ. 22. de præbend. Pute. deciſ. 117. num. ſeq. lib. 3. Achill. deciſ. 267. ſeu 4. de præbend. Garc. d. loc. num. 14.* Fundatur *in d. c. cum Eccleſia. in fin. in d. c. fin. & c. ea noſcitur. & c. poſtulatis. de conceſſ. præbend. in d. c. à collatione. & c. quod quibuſdam. de fide inſtr. quia nonnullis. §. verum. de Magiſtris.* & in Regula. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *in 6.*

2 Garcias *d. loc. num. 16. vult ex c. un. Ne Sede vacante. in 6.* multorum dictarum opinionum jure probari ſatis. Magis tamen probat ultimam. Quam Nos rejicimus; & probamus ſecundum, *cum Dartis d. loc. citato.* Quamque in conferendis præbendis, Eccleſiarum Cathedralium procedere debere Epiſcopum cum Capituli ſui non conſenſu, ſed conſilio. *d. novit. 4. & c. quanto de his quæ fiunt à Præl. &c.* Longè namque diſtat conſilium à conſenſu. Qui enim tenetur cum conſilio alicujus aliquid agere ſatisfacit ſe ejus requirat conſilium; non neceſſe, ut illud ſequatur. Proptereaque poteſt Epiſcopus, poſt conſilium ſui Capituli requiſitum, liberè conferre beneficium cui voluerit, ſed non niſi idoneo

eam

cum olim. de arbitr. Nec repugnat huic sententiæ. Quod sæpius præbendæ reperiantur institutæ de bonis communibus Ecclesiæ, quæ & Episcopi & Capituli sunt, & propterea; Quod omnes tangit ab omnibus videatur deberi approbari: *d. c. ad hæc. 7. in fin. de offic. Archid.* 1. Quia bonorum Ecclesia dispositio & ordinatio, de veteri & communi jure, ad solum pertinet Episcopum. *can. omnes. can. nullus. 16. qu. 7.* 2. Quia in *d. c. ad hæc. 7. in fin.* Decani Rurales ideò ad Episcopi & Archidiaconi mandatum simul & institui & destitui debere dicuntur; quoniam utriusque est officium hoc commune; propterea que dicitur; *Quod omnes tangit, &c.* Et sic cessat & Garciæ *d. loc.* & Cassad. aliorumque quos sequitur; opinio.

An, quæ diximus, obtinere in collatione præbendarum *Ecclesiæ* 3
Cathedralis; etiam obtineant in Ejus *Dignitatibus;* est inter Canonistas controversum. Earum collationem de Jure esse communem Episcopo & Capitulo volunt Abbas *in d. c. cum Ecclesia. num. 8.* Franc. *in d. c. ex collatione. 1. notab.* Duaren. *d. tract. & cap.* Selva *d. loco.* aliique relati per Garciam *d. loc. n. 20.* Alii volunt eas esse per Capitulum electivas, electionis confirmationem pertinere ad Episcopum. *Oldrad. cons. 146. Domin. inc. deliberatione. 6. de offic. Legati in 6. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 30. num. 7. aliiq; per eundem Garciam d. loc. num. 22. allegati.* Ipse Garcias *d. loc. cum* 23. putat, probari jure nullo posse Ecclesiarum Cathedralium Dignitates omnes esse electivas; multò minus in eis *juxta quia propter. de elect. ut vult ibi Oldrad.* fieri debere electionem solemnem. Fatetur, & rectè; aliquas esse tales, sed ex consuetudine: vel privilegio; &c. ut patet *ex c. dudum. rer. eod. d. c. deliberatione.* & dicit in multis Cathedralibus Ecclesiis in Hispania, vigere eam consuetudinem, ut Collatio Canonicatuum & Portionum, communis sit Episcopi & Capituli; Dignitatum verò solius Episcopi. *num. 26.* Meritò. Alioquin enim Capitulum majus jus in eis haberet, quam in Præbendis, cum tamen deberet habere minus: Cum de Jure non sint de Capitulo; imo nec habeant partem in mensa in Ecclesiis aliquibus. *Idem num. 25.*

Casu, quo Collatio pertinet ad Episcopum & Capitulum simul; 4
Hoc totum vocem habet unam, alteram Episcopus solus. *Probus in Rubr. de jure patron. n. 14. Rota decis. 783. lib. 3. part. 3. Garz. d. loc. n. 27.*

Quod

5 Quod ſi fuerint diſcordes; ita ut Capitulum, aut Ejus pars maior, contulerit uni, alteri verò Epiſcopus, neutra erit valida Collatio. *Ioan. Andr. Domin. num. 4. Franc. num. 2. in d. c. ex collatione Abbas in d. c. cum Eccleſia. num. 11. Pavin. de offic. & poteſt. Capit. Sede vacante, 5. præludio. Selva. d. tract. de benef. 2. part. qu. 17. num. 4. & 5. & 3. part. qu. 71. Prob. d. loc. num. 9. & 19. c. cum in illis. de præbend. num. 15. & c. fin. de regular. in 6. num. aliiq; alleg. per Garciam d. loc. num. 29.* Eaque opinio eſt communis. *Felin. in c. paſtoralis. num. 9. de reſcript. Rochus de jure patronat. verb. Ipſe vel Is. num. 7. Caſſador. deciſ. 2. de Jure patron.*

Poſſunt tamen intra ſemeſtre datum ad conferendum, in unum ex proviſis in diſcordia, vel in alium convenire; Niſi interim proviſum erit, ut poteſt, etiam ſequenti die à diſcordi collatione; *Probus in d. Rubr. ex num. 8. Rebuff. conſ. 60. 2. queſt.* alteri Papa.

Quod ſi nequidem Hic prævident, nec Illi intra ſemeſtre concordaverint, devolvetur proviſio ad Superiorem: *d. c. poſtulaſtis. Abb. in d. c. cum Eccleſia. num. 12. Prob. in d. c. cum in illis. de præbend. in 6.*

6 Qui, ut impetret præbendam à Papa, (allegans inter Epiſcopum & Capitulum eſſe in providendo diſcordiam,) an eam ſufficienter probare debeat, an vero ſufficiat juſtificare ſemiplene; quæritur. Variatum hic in Rota. Primum fuit reſolutum inquit Idem Garcias *d. loc. num. 36. cum ſeqq.* in Hiſpalenſi Portionis, 20. *Junii* 1594. Alterum in Eadem 17. *Martii* 1595. & 18. *Martii* 1596.

7 Collatio Præbendæ ad Epiſcopi & Capituli ſimul collationem ſpectantes, ſi facta ab Epiſcopo ſolo, vel à ſolo Capitulo, & non contradicente vel Epiſcopo, vel Capitulo infra ſemeſtre, valet. Fieri enim poteſt ſeparatim. *Puteus deciſ. 117. & 125. lib. 3. Achilles deciſ. 267. ſeu 4. de præbend. Mandoſ. ad reg. Cancell. 17. qu. 14.* Ut & fuit reſolutum in Rota. *teſte Garcia. d. loc. num. 42. cum ſeq.* Adeò ut Papæ proviſio alteri poſtea facta non ſubſiſtat. *Achilles. d. deciſ. ex num. 11. & Mandoſ. d. qu. 14. reg. 17.*

Quæ ſubſiſtit, ſi facta infra ſemeſtre contradictio. *Garc. d. loc. num. 46.*

8 Sed in hoc & Canonum, & Canoniſtarum, & Dominorum de Rota, conflictu animadvertendum, quandoque *Lege, conſuetudine, &* præ-

privilegio, reperiri cautum, ad quem Præbendarum pertineat Collatio; quandoque *non reperiri*. *Hoc casu* procedet, quod diximus, ut conferat Episcopus cum Capituli sui consilio. *c. cum ex injuncto. in fin. de hæret. & c. 3. de excess. Prælat. Illo*, servabitur Lex aut Consuetudo; Veluti, si consuetudo sit, ut Capitulum eligat Canonicos Episcopo irrequisito, qualem consuetudinem esse in Thuscia dicit *c. cum Ecclesia. de elect.* & intellexi esse in Germania; solum conferet Capitulum; si ut Archidiaconus, solus conferet Archidiaconus; *c. cum venissent. de institution.* sut Abbas vel Prælatus alterius Ecclesiæ, is solus Præbendarum habebit Collationem: *ut in c. fin. eod.* si ut tam Episcopus, quam Capitulum; utrumque conferre necesse est: *c. postulastis. de concess. præbend. & c. fin. de suppl. negl. Prælat.* si ut ipsa Ecclesia Cathedralis, Episcopus cum consensu sui Capituli conferet; *c. ea noscitur. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.* Quia cum Ecclesiæ illud jus specialiter sit datum, intelligitur tam Ecclesiæ quam Episcopo datum: *arg. c. requisisti.* 15. *de testam.* propterea que si non consenserit Capituli pars major, irritæ erunt Collationes ab Episcopo factæ: *Dart. d. loco.*

Notandum, quando collatio Beneficiorum pertinet ad Capitulum; consuetudinem nonnunquam esse talem, ut conferat non totum Capitulum, sed ejus vice ac authoritate singulares Canonici. *c. fin. de præbend. in 6.*

TITULUS VI.

De Præbendis Ecclesiarum Collegiatarum.

SUMMARIA.

1. *Quoad Præbendarum & Dignitatum Ecclesiarũ Collegiatarum collationem sententiæ variæ.*
2. *Quæ receptior.*
3. *Quæ ejus limitatio.*
4. *Quæ inveterata præscriptio.*

SEcundus caſus eſt, de *Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Inferiorum*, quas *Collegiatas* dicimus.

1 Circa earum proviſionem opiniones etiam ſunt variæ. Et varii Rotæ Romanæ Domini. *teſte Garcia tract. de Benef. parte 5. cap. 3. num. 52. all. deciſ. 4. de conceſſ. præbend. Ægid. deciſ. 717. ſeu 718.*

Statuunt nonnulli Canoniſtæ, *ut Calder. in c. cum Eccleſia Vilterana. de elect. Hoſtienſ. in c. 2. de inſtit. Abbas. in d. c. cum Eccleſia Vilterana. num. 8. Probus ad Monach. in c. fin. de Regular. in 6. num. 3.* nixi tibus *in c. ex tranſmiſſa. in fin. de renunc. c. ſignificatione. de præbend. c. inſinuatione. de Simonia. & c. cum in Eccleſiis. de præbend. in 6.* ſed nuntivè tantum loquentibus; *Ægid. d. deciſ. 717. num. 3. & 32.* eam collationem de Jure ſpectare ad Prælatum & Capitulum, non ad Epiſcopum. Nec enim eſt tanta communio inter Epiſcopum & Eccleſiam inferiorem ſibi ſubjectam, quanta inter Ipſum & Eccleſiam ſuam Cathedralem. *ut in c. requiſiti. de teſtam.*

Alii quos ſecuti Domini de Rota *deciſ. 4. de præbend. & d. deciſ. Ægidii 717.* attribuunt eam Epiſcopo, tanquam habenti omnium beneficiorum ſuæ diœceſeos diſpoſitionem & collationem ex antiquo re. *ſec. can. regenda. 10. qu. 1. & can. omnes Baſilicas. 16. qu. 7. can. ſimil.* A quo, niſi in caſibus poſtmodum jure expreſſis, putant non recedendum; *ut ait Gloſſ. in c. quanquam. de elect. in 6. verb. devotus. Ægid. d. loc. num. 3.* nec eſſe receſſum; niſi quoad ipſorum Collegiorum capita. *Ægid. ibid. num. 4.*

2 Receptior, & quæ magis placet, opinio eſt in Eccleſiis Collegiatis præſentationem ſeu electionem ſpectare ad Prælatum & Capitulum ſeu Collegium Earum inſtitutionem verò ſeu confirmationem ad Epiſcopum. *c. nullus. 16. qu. 7. Joan. de Lignano in d. c. cum Eccleſia Vilterana. Abb. in d. c. cum Eccleſia. num. 8. & c. cum venerabilis. de excep. num. 45. & 161. Felin. à num. 37. Duar. tract. de Sacris Eccleſ. Min. lib. 3. cap. 5. Corraſ. de benef. 2. part. cap. 4. num. 6. Dart. ſimil. tract. ſect. 3. cap. 7.*

Quod ſi Eccleſiæ Collegiatæ non habeant Prælatum inferiorem,

sed Episcopo sint subjectæ immediatè; præsentatio, nominatio seu electio, pertinet ad solum Capitulum seu Collegium; institutio ad Episcopum. *fac. c. 1. de elect. c. ex insinuatione. de Simonia. c. ad audientiam. 1. de Capell. Monach. in 6. c. nullus. c. cum ex injuncto. in fin. de hæret.*

Sed hæc demum obtinent, si non diuturna & inveterata consuetudo, seu præscriptio, potius, *Abb. in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num. 6. & c. fin. de consuet. num. 6. & ibi Joan. Andr. & alii Balb. de præscript. part. 1. qu. ult. num. 3. & 4. & 5. part. 5. qu. 12. num. 5.* sit contraria, aut privilegium, ut aliquando provisio pertineat ad Episcopum, aut Capitulum solum, vel ad Canonicum hebdomadarium, vel ad Episcopum & Capitulum alternatim, seu per turnos, &c. *d. c. cum Ecclesia Vulturana. & ibi Gloss. & Abbas. num. 10. & alii. Rebuff. de nomination. qu. 8. à num. 3. Corras. d. loc. num. 7. aliiq; citati per Garciam d. tract. part. & cap. num. 72.* 3

Inveterata præscriptio, hic est quadragintenaria sine titulo. *Puteus deciss. 241. lib. 3. num. 4. Achilles. decis. 140. Garc. d. loc. num. 76. & 84. cum seqq. multis.*

TITULUS VII.

De Beneficiis, quæ Collegii nomine non veniunt.

SUMMARIA.

1. *Inferiorum Beneficiorum Collatio ad Episcopum spectat.*
2. *Requirit ex consuetudine Capituli consensum.*
3. *Quando conferendi nanciscatur jus.*
4. *Quid, si sit Reus criminis?*
5. *Quid si non verus Episcopus.*
6. *Quæ hic limitationes.*

1 TErtius caſus eſt de *Beneficiis Inferioribus*, quæ Collegiũmine non veniunt. Qualia ſunt, ut eſt communis Interpretum ſententia; *ut notat. in c. quanto. de his quæ fiunt a Præl. ſine conſ. Cap.* Rectoriæ, Prioratus, Capella, Præſimonia.

In quo dicendum; Eorum in Eccleſiis inferioribus collationem de Jure pertinere ad ſolum Epiſcopum, etiam ſine Capituli conſilio, ſalvo patronatus jure. *Abbas in c. cum Eccleſia Vulturana. de elect. num. 3. verſ. 3. & caſu ult. & in c. novit. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. Capa. in Selva tract. de benef. 2. parte. qu. 22. caſu 6. num. 6.*

Idemque vult obtinere d. Abbas *in d. c. cum Eccleſia Vulturana. num. 3. verſ. in tertio membro.* in Beneficiis inferioribus Eccleſiæ Cathedralis.

Majora verò Eccleſiarum Inferiorum Beneficia de jure conſent Epiſcopus cum Capituli conſilio. *c. novit. c. quanto. ubi Abb. num. 2. de his quæ fiunt à Præl. ſine conſ. Cap. Abbas idem in d. c. cum Eccleſia Vulturana. num. 3. verſ. 3. & caſu ult.* ſive ut vult Duarenus *de Benefic. lib. 3. cap. 4.* conſenſu. *per d. c. novit. & c. quanto.* Quem ſequitur Quintanadvennas *lib. 1. Eccleſiaſticon, cap. 5. num. 4. in fin.* teſte Garcia. *tract. de benef. part. 5. cap. 4. §. 2. num. 238.*

2 Epiſcopi tamen, ex generali conſuetudine, in nullis Beneficiis intra Cathedralem Eccleſiam ſitis, Capituli requirunt conſilium: cujus conſuetudo valet. *ut in c. 3. de conſuet. in 6. & ibi Dd. Abb. in d. c. novit. num. 5. Lambert. de jure patronat. part. 3. lib. 2. qu. 1. art. 4.*

3 Habent Epiſcopi Beneficiorum conferendorum Jus ſimulachrint confirmati, licet nondum ſint conſecrati. *c. tranſmiſſa. c. generaliter. de elect.* Quod ut ait Gloſſa *in can. quanto. diſt. 63.* per electionem conſequantur jus adminiſtrandi, & per Confirmationem ejus juris exercitium. *Dartis tract. de benef. ſect. 3. cap. 8.*

Dictum adeò verum, ut ne inductio quidem ulla in poſſeſſionem ſit neceſſaria, niſi beneficium ab alio ſit prius occupatum. *c. cum quis. de præbend. in 6. Duaren. d. loco.*

Sed & ſine confirmatione ulla interdum jure hoc uti poteſt; vel-

uti,

nti, si Episcopus aliquis cis Alpes sit electus, cujus pendeat confirmatio à Pontifice Romano. Nam interim ei non est deneganda administratio, si meruerit totius Collegii suffragia. *c. nihil. de elect. Duar. d. loc. Dartis d. loco.*

Hinc receptum est, ut Monialium Antistita post electionem statim administrare possit. *c. indemnitatibus. §. si vero. eod. in 6. Duar. & Dartis dd. locis.*

Habet quoque Episcopus conferendorum Beneficiorum potestatem, etsi sit gravissimi criminis reus; Ratio: Non debet accusatus privari Sacerdotii sui possessione. *can. nonne. 8. qu. 4. d. c. 2. Ut lite pend. nihil innovet. Abb. supra Bertach. in repetit. verb. error communis. cons. 2. Garc. d. tr. part. & cap. 4. num. 333. cum seqq.* 4

Imò & depositus, dummodo provocaverit: *Gloss. in d. sæpe contingit. verb. rata. 44. de appellat.* Quia non censetur damnatus, qui provocavit. *l. 2. §. fin. ff. de pœnis. Abbas in d. c. sæpe contingit. num. 1. §. & ibi Francus. à num. 32. Idem Abb. in c. omnipotens. de accusation. num. 3. & ibi Felin. 1.* Alias non: *Garc. d. loco num. 339.*

Imò etsi ei Coadjutor propter corporis infirmitatem aut senectutem sit datus: non si propter mentis alienationem. *Gloss. in verb. Jurisdictio. de Collation. in pragm. sanct.* Tunc enim Coadjutor Episcopo daret conferet beneficia, ne patiatur Ecclesia Pastorum defectum. *Gloss. d. loco. Domin. num. 4. Franc. 3. in c. un. §. fin. de Clerico ægrotante. in 6. Petr. Gregor. de benef. cap. 38. num. fin. Flamin. Parisius de resignat. Benefic. lib. 7. qu. 20. à num. 25.* Nec refert quod Coadjutori sit interdicta bonorum Ecclesiæ alienatio; *d. c. un.* Quoniam beneficiorum collatio non est alienationis species, sed administrationis, quam Coadjutor habet. *can. quamvis. 7. qu. 1. Dartis d. tract. & sect. cap. 7.*

Valet etiam Beneficiorum Collatio facta, ratione publici, non privati, *Innoc. in c. cum dilectus. de consuet. c. consultationibus. de jure patron. & ibi Abb. num. 6. & 7. & in c. veritatis. de dolo. & cont. num. 47. Felin. in c. Rudolphus. circa fin. de rescript. Domin. in c. 1. eod. in 6. Garc. d. loc. num. 313.* officii; per Episcopum seu Prælatum se pro Prælato gerentem, sed ex aliquo defectu non verum. *Dd. arg. l. Barbarius. ff. de offic. Præt. l. 2. C. de sent. & interlocut. can. infamis. 3. qu. 7. Rota decis. 14.* 5

de jure patron. in antiqu. Abbas in c. nihil. de elect. num. 12. *Selva de benefic. 2. part. qu.* 12. *Maſcard. de probat. concluſ.* 649. *num.* 23. *& alii.*

6 Niſi:

Primò; Intruſus fuerit in Dignitate ſeu Beneficio reſervato, ratione cujus jus conferendi competit: *Rota deciſ.* 20. *de præbend. in antiq. & 4. eod. tit. in antiquior. Æneas de Falcon. de reſervat.* 4. *qu. effectu.* 3. *Simoneta. eod. tract. qu.* 44. *& ibi Paulus Granutius, quos alleg. Garc. d. loc. num.* 278.

Secundò; Niſi careat auctoritate Superioris & titulo ab eo collato, licet ex aliquo latenti vitio, ſeu occulto defectu, invalido: *Innoc. in d. c. nihil. num.* 3. *& 4. & ibi Imola. num.* 7. *Abb. num.* 11. *& 12. & alii. Navarr. in can. placuit. de pœnit. diſt.* 6. *num.* 177. *& 178. & plurimi alleg. per Garc. d. loco. num.* 281. Superioris putate Legitimi, alias poteſtatem illum conferendi habentis. *Bertrand. conſil.* 128. *vol.* 1. *Andr. Gabriel. de probat. concluſ.* 8. *num.* 20. *& ult. Maſcard. d. loco num.* 86. 92. *& 95. aliiq. alleg. per Garc. d. loco num.* 284. *cum ſeqq.*

Tertiò; Niſi is cui Collatio facta, impedimentum ſiverit; *Felinus in c. Rodulphus. num.* 40. *de reſcript. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 7. *qu.* 74. *num.* 48. *Ugolin. de cenſur. tab.* 1. *cap.* 11. *§.* 2. *num.* 2. *Garc. d. loco num.* 309. aliterque id ad quod petendum jus habebat, conſequi potuerit, *Thom. Sanchez. diſp.* 20. *qu.* 4. *num.* 45. *in fin. Garc. d. loco num.* 311.

TITULUS IIX.

Epiſcopo mortuo, ad quem pertineat Beneficiorum Collatio.

SUMMARIA.

1. *Quis conferat Sede vacante.*
2. *Diſtinguendum inter Collationem Neceſſariam & Gratioſam.*
3. *An poſſit Capitulum præficere Oeconomum.*

Dici-

DIximus supra Beneficiorum Collationem spectare jure quodam ordinario ad Episcopum, nisi mentis compos non fuerit, &c. nunc videndum quis, Episcopo mortuo & vacante Sede, ea conferre possit.

Jure cautum est, *Collegium* Ipsius Ecclesiæ, (quod, ut notum, vulgo *Capitulum* appellatur;) interim Beneficia conferre non posse, sed collationem integram debere relinquere Episcopo futuro. Licet enim succedat in omnibus Episcopo, quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, *c. his quæ. c. cum olim de major. & obed. c. un. eod. in 6. c. ad abolendam. de hæret. c. pen. & ult. de suppl. negl. Prælat. in 6. Garcias. tract. de Benefic. part. 5. cap. 5. num. 4.* non tamen in Beneficiorum collatione. *c. 2. Ne Sede vacante. c. un. eod. in 6. c. 1. de institit. eod. Gloss. & Abb. in d. c. 2. num. 6. & d. c. cum olim. num. 2. Gloss. & Dd. in d. c. 1. de institit. in 6. Garc. d. loc. num. 51.* Licet collatio ad Episcopum pertineat jure devoluto. *Abb. in c. cum olim. 1. dubit. & ibi Felin. num. 3. Joan. Monach. in c. quanquam. de elect. in 6. Bald. in c. pro defectu. de elect. Garc. d. loc. num. 53. qui allegat. Dissent. Joan. Andr. in d. c. quanquam. & ibi Domin. & Franc. num. 4. alios q.* ut quando ad eum transit Collatio ex Inferioris negligentia. *c. 2. de concess. præbendæ. Dartis tract. de benef. sect. 3. cap. 9.* 1

Sed considerandum, nos loqui de collatione libera; Nam in confirmatione & institutione, quæ sunt & necessariæ & debitæ, potest Capitulum Vacante Sede de jure electos confirmare, *d. c. cum olim.* præsentatos instituere: *d. c. 1. de institut. in 6. Abb. in d. c. cum olim. num. 2. Archid. Domin. Franc. in d. c. 1. aliiq; citati per Garc. d. loc. n. 54.* & præsentatos instituere, *d. c. 1. de instit. in 6. Abbas in d. c. cum olim. sub num. 2. Archid. & Domin. Franc. in d. c. 1. Garc. d. loc. & num. 5.* Imò etiam Beneficiorum collationes necessarias facere. *Prob. ad Monach. in c. fin. de offic. vicar. in 6. num. 5. Hippol. Bonacosa. lib. 1. com. opin. tit. 9. de præbend. num. 13. Joseph. Ludovic. lib. 3. com. opin. tit. de benefic. collat. conclus. un. vers. ampliatur. 12. Rebuff. in concordat. tit. de collation. §. si quis verò. verb. disposuerit. vers. 5. si collator. & in tract. Nominat. qu. 8. & 14. Dartis tract. de benefic. sect. 3. cap. 9.* Ut sunt quæ fiunt nominatis. *Zechus tract. de benef. & pension. cap. 5. num. 3. Wamesius cons. 259. num. 24. & 267.*

267. & 260. *aliiq; quos alleg. Garc. d. loc. num.* 54. *cum ſeqq.* Non liberat *Covarruv. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 7. *Dd. ſupra allegati;* Nec enim Capitulum ſuccedit Epiſcopo in his quæ procedunt ex mera liberalitate & donatione Epiſcopi, inter quas eſt collatio beneficii; Licet enim ea neceſſario ſit facienda ab Epiſcopo; id eſt; neceſſe habeat Epiſcopus conferre beneficium; non tamen magis huic quam illi; Unde & Collatio ſæpiſſimè appellatur donatio. *c. relatum. de præbend. c. poſt electionem. de conceſſ. præbend. Dartis d. loco.*

A præcedenti ſententia recedit Corraſius *tract. de benef. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 5. & *part.* 4. *cap.* 4. *n.* 37. Dicit caſum noſtrum lege non eſſe expreſſum, & in Beneficiorum collatione, nunquam Sede Vacante ſuccedere Capitulum; niſi ubi hoc Lege cavetur nominatim. *alleg. c.* 2. *Ne ſe de vacante verba; cum nuſquam inveniatur cautum in jure, quod Capitulum vacante Sede fungatur vice Epiſcopi in collationibus præbendarum.* Reſpondemus Nos cum aliis, *ut Archidiac. in c.* 1. *de major. & obed. in. Bellam. conſ.* 20. *num.* 13. *aliiſq; alleg. ſupra.* ſatis conſtare jure eſſe cautum, Sede Vacante ſuccedere Capitulum Epiſcopo in beneficiorum collatione neceſſaria & debita. Primò; Quia ſuccedit in omnibus neceſſariis *Gloſſ. in Clement.* 1. §. 1. *verb. Capituli. de hæret. comm. approbata: Garc. d. loco. num.* 60. *Rota deciſ.* 6. *de rer. permut. in novis. num.* 1 & in omnibus quæ ſunt de juſtitia. *Archid. d. loc. Bellam. d. conſ.* Secundò; dicitur *in d. c. cum olim.* 1. *de major. & obed.* ſuccedere Capitulum in confirmatione electi, eâ ratione, quia eſt neceſſaria & debita. Eadem militat in collatione neceſſaria & debita. Ergo jus debet eſſe idem. *ſec. l. illud quæſitum.* 32. *in princ. ff. ad Reg. Aquil. Dd. citati ſupra.* Tertiò; dicit *d. c.* 1. *de inſtit. in* 6. poſſe Capitulum præſentatos inſtituere, licet non conferre beneficia; facit ergo diſtinctionem inter collationem liberam, & neceſſariam ſeu non liberam; qualis eſt, quæ fit præſentatis. Inſtitutio enim dicitur collatio non libera. *Decius conſ.* 121. *num.* 1. *Garc. d. loc. num.* 63. & 65. & *Gloſſ. ad d. c.* 1. *verb. ſi capitulum.*

2 Ex dictis patet neceſſariam quidem Beneficiorum Collationem pertinere Sede Vacante ad Capitulum; non verò gratioſam: Ea enim futuro Succeſſori eſt reſervanda. Quo reſpectu dicitur vulgo Beneficiorum collationes eſſe in fructu. *ut notat. in c. cum vos. de offic. jud. ord.*

Porrò

Potest etiam Capitulum Sede vacante Ecclesiæ præficere Oeconomum & Administratorem, eamque commendare, donec fuerit ei de Pastore provisum. *d. c. cum vos.* Nec tamen propterea futuro Episcopo quid generatur incommodi. Poterit enim Is, post sui confirmationem revocare eum Oeconomum vel Commendatarium. Nec is potest beneficia vacantia conferre. *c. ult. in fin. de suppl. neglig. Prælat. in 6. Dartis d. loco in fin. vid. tit. de offic. & potest. Capit. Sede vacante in Tract. nostro de person. Ecclesiast.* 3

TITULUS IX.

De Propontifice, seu Vicario, an Vice Episcopi conferat.

SUMMARIA.

1. *Vicarius Generalis Episcopi non confert Beneficia nisi ex mandato speciali.*
2. *Cur non.*
3. *Datâ Ei conferendi potestate an potest præsentare.*
4. *Potest confirmare Electos.*
5. *Facere collationem necessariam.*
6. *Et liberam.*
7. *Data specialiter conferendi facultas debet esse generalis.*
8. *Quæ illa.*
9. *Vicarius Generalis qualis esse debeat, ut ipsi concedi possit conferendi facultas.*
10. *An conferre possit extra diœcesin.*
11. *An extra diœcesin potest fieri præsentati institutio.*
12. *Quibus rectè conferat Vicarius Generalis.*

13. *Quid dicendum de Ejus Subſtituto.*
14. *Quid ſi fuerit Vicarius revocatus.*
15. *Quid dicendum de Vicario Papæ.*
16. *An certi beneficii conferendi facultas concedi poſſit.*

VIdendum nunc, an *Vicarius Epiſcopi Generalis*, vice Epiſcopi habeat jus Beneficiorum conferendorum.

1 Dicimus eſſe certi juris Illum Beneficiorum conferendorum Jus habere nullum. *c. ult. de off. Vicarii.* Niſi ea facultas ſpecialiter ab Epiſcopo ſit conceſſa *c. ult. & ibi Dd. eod. in 6. Dua tract. de benef. lib. 3. cap. 7. Dartis. d. tract. ſect. 3. cap. 10. Selva. Sim. trib. part. 2. cap. 12. aliiq;.*

2 Cum enim ea quæ meræ ſunt gratiæ expedire, non poſſit Vicarius & beneficiorum collatio, ſit donatio quædam, *c. relatum. de præbend. poſt electionem. de conceſſ. præbend.* quæ non venit in conceſſione generali, ſeu mandato; nec generaliter mandare valeat is cui bonorum administratio, etiam libera, eſt conceſſa; *l. contra juris. 28. §. ſi filius. 3. de pactis. l. filiusfamilias. ff. de donation. d. c. ult.* ideo, niſi beneficiorum collatio conceſſa ſit ſpecialiter, Vicarii ſeu Officiales conferre non poſſunt: *d. c. fin.* Ut nec præſentare beneficium, ad præſentationem Epiſcopi pertinens. *Lambert. de jure patronat. 2. part. 2. lib. 2. qu. 4. art. 1. num. 2.*

3 Imò data conferendi poteſtate, non poteſt præſentare; Aliud enim eſt conferre, aliud præſentare. *c. cum in illis. de præbend. in 6.* Nec clauſula ſit adjecta generalis. *Imola in c. fin. de conceſſ. præbend. in 6. in p. Garcias. tract. de benef. part. 5. cap. 8. num. 81.*

4 Poteſt tamen Vicarius, (cum ea expediat quæ neceſſitatis & frequentiæ ſunt) confirmare electos, & inſtituere præſentatos. *c. ex frequentius. de inſtitut. Gloſſ. in d. c. ult. de offic. Vicarii. in 6. verb. non poſſunt. Roman. ſing. 601. Prob. ad Monach. ad d. c. ult. num. 4. Zerola in praxi Epiſc. verb. Vicarius. num. 14. Zechus de benefic. cap. 2. verſ. Vicarius etiam. coram ſine ſpeciali mandato. ut refert. Garc. d. loc. num. 87. cum ſeq.*

Poteſt

Potest etiam Vicarius ex generali mandato beneficia conferre no- 5
minatis, aliamque facere qualemcunque collationem necessariam. *Prob. ad Monach. in d. c. fin. num.* 5. *Garc. d. loc. num.* 109.

Potest, & facere gratiosam seu liberam. *ut in c. fin. de offic. Vicarii* 6
in 6. *ubi Dd. Garc. d. loc. num.* 112.

Speciale tamen illud mandatum non ita est intelligendum, ut de- 7
beat restringi ad certa aliqua beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis: Non enim valeret hoc, sed solum in eo exprimi debet specialiter, quod ei detur beneficia conferendi facultas specialiter. Quæ tamen debet esse generalis. *Rota decis.* 5. *de offic. Vicarii. in novis. Gloss. in c. præsenti.* §. *prohibemus. verb. cujuscunq;. de offic. Legati. in* 6. *& ibi Dd. Rosiniac. tract. de benefic. cap.* 10. *num.* 5. *Garc. d. loc. num.* 113.

Generalis censebitur, si data ad conferenda beneficia certi loci, 8
seu certæ diœceseos parte; dummodo sint ibi beneficia plura: *sec. Rebuff. tit. de Vicariis Episcopor. num.* 23. aut ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia; *Cuchus in Instit. major. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 203. aut simplicia tantum; aut curata tantum; aut certi valoris, aut vacantia per mortem vel resignationem. *Rebuff. d. loc. Garc. d. loc. num.* 114. Non sufficit mandatum cum libera. *c. fin. de offic. Vicar. in* 6. *Garc. d. loc. num.* 118.

Debet *Vicarius*, cui hanc facultatem concedere vult Episcopus, 9
esse, ut dictum, *Generalis*, *Franc. in d. c. fin. de offic. Vicarii. Rebuff. d. tit. ex num.* 15. *Covarruv. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 20. non tantum in spiritualibus, sed & temporalibus, secundum *Rotam d. decis.* 5. *num.* 2. *Millium. in repert. verbo Vicarius Episcopi. Rebuff. d. tit. num.* 18. *Bonifac. in Clem. & si principalis. de rescript. num.* 26. Secundum Garciam *d. loc. num.* 112. sufficit ut sit Vicarius Generalis in spiritualibus; cum beneficiorum collatio sit spiritualis: & Vicarii etiam Generales in spiritualibus appellentur in Concilio Tridentino *sess.* 13. *de reform. cap.* 1. 2. 3. & 4 & Brevibus: *teste Marchesano de commission. par.* 2. *cap.* 6. *de commiss. appell. num.* 38. & Bullis Pontificiis. *teste Flamin. Parisio, de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 107.

Qui Vicarius poterit, perinde ut Episcopus, conferre beneficia et- 10

iam extra diœceſin. *arg. c. ſtatutum. 3. de præbend. in 6. Rota deciſ. 5. & ult. de offic. Vicarii. in antiqu. Rebuff. in forma Vicariatus. num. 227. Rot. fin. d. de benef. cap. 18. num. 6. Covarruv. d. lib. 3. cap. 20. num. 8. Cur. d. tit. 8. num. 98. Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Beneficia. §. 9. & part. 2. eod. verb. §. ult.* Eſt enim Beneficiorum Collatio juriſdictionis voluntariæ, quæ exerceri poteſt extra territorium; *l. 2. ff. de offic. Proconſ. Dd. in c. novit. de offic. legat. Jaſon. in l. ſi per errorem. 15. num. 6. ff. de juriſdict.* licet ſit delegata; *Garc. d. loc. num. 129.*

11 Sed dubium; An ſicut Beneficiorum collatio tam per Epiſcopum, quam per Vicarium fieri poteſt extra diœceſin, poſſet etiam extra eam fieri præſentati inſtitutio ſeu electi confirmatio. Variæ hoc in ſu Canoniſtarum ſunt ſententiæ. Negant fieri poſſe, Joan. Andr. *in fin. de offic. Vicarii in 6. Cardin. & Abbas in d. c. novit. de offic. Legat.* Quia hæc cauſſæ deſiderant cognitionem. *ut in c. fin. de elect. in 6.* Affirmat Bald. *in d. l. 2. ff.* Boer. *deciſ. 30.* Sbrotius *tract. de Vicario Epiſcopi. lib. 3. qu. 113.* quia inſtitutio & confirmatio, etiam ſunt juriſdictionis voluntariæ. Diſtinguendum putat Domin. *in c. d. c. fin. de offic. Vicarii in 6. num. 1.* inter confirmationem ſeu inſtitutionem, quæ in contradictorio fit judicio, quia ventilatur judicium inter partes: & eam quæ in tali judicium non fit; ut quia comparuit nullus ad contradicendum. Illam, quia debet fieri in forma definitivæ ſententiæ, *not. Gloſſ. in c. fin. verbi. nam ex. de elect. in 6.* putat fieri non poſſe extra territorium, niſi judicis territorii, & partium litigantium conſenſu: Hanc putat fieri poſſe, extra territorium quia & ſine cauſſæ cognitione. *Conſent. Lapus poſt Joan. Andr. in d. c. fin. Innoc. in c. fin. celebrat. de Clerico excomm. vid. Garc. d. loc. num. 241.*

12 *Vicarius generalis* facultatem beneficia vacantia conferendi habens, rectè ea conferet quibuſcunque perſonis idoneis, præterquam Ipſi Epiſcopo, cujus vice fungitur. *c. 2. de conſuet. in 6. Rebuff. in prax. in forma Vicariatus. num. 82. & ſeq. Duar. d. tract. de benef. lib. 3. cap. 8.* Cum ne una & eadem perſona eſſe intelligantur, inter dantem ac recipientem beneficium nihil intereſſet; Quod videretur abſurdum: *c. ad de inſtit.* Ideoque & de Vicario, conferente inhabili, non fiat, devolutio ad Epiſcopum. *d. c. 2. c. Romana. de appellat. in 6. Rebuff. de nominat. tion. qu. 14. num. 170. Corraſ. d. tract. de benef. part. 2. cap. 8. num. 6.*

Nili

Nisi conferat ut deligatus. *c. si promissarius. de elect. in 6. Garc. d. loc. num. 104.*

Substitutus tamen à Vicario substituendi potestatem habente, 13
substituenti Vicario conferre potest, cum ab Episcopo magis, quam à Vicario intelligatur substitutus. *l. item eorum. 6. §. 1. ff. quod cujusq. univ. nom. c. 1. §. 1. de procurat. in 6. Rebuff. in d. forma Vicariatus. num. 77. & 80. Duar. d. loco Corras. d. cap. 8. num. 7.*

Unde etiam substitutus à Vicario, habente resignationes recipiendi & beneficia conferendi potestatem, cum eadem potestate potest conferre beneficia Substituentis resignantis. *Rebuff. in d. forma Vicariatus. num. 80. & consil. 86. Garc. d. loc. num. 147.*

Nec tamen potest Vicarius Episcopi, alium substituere Vicarium. *c. Clericos. de offic. Vicarii. Gloss. in c. 1. eod. in 6. & ibi Dd. Felin. in c. 3. perpetuus. num. 3. de fide instrum. Zechus de Republ. Eccles. cap. 23. de Vicario Episcopi. §. secundo numero. 4. vers. 8. Garc. d. loc. num. 148. cum seqq.*

Quod si Vicarius conferendi facultatem habens fuerit revocatus, 14
collatio ab Eo, revocationem ignorante, facta, est valida. *Dd. ad l. si forte. 16. ff. de offic. Præsid. Innoc. in c. ex conquæstione. de restit. spoliat. Felin. in c. cæterum. sub num. 11. & c. Abbate. de rescript. Selva de Benef. 2. part. qu. 14. num. 9. aliis alleg. per Garc. d. loc. num. 174.*

Similiter beneficii Collatio facta ab Episcopi Vicario, sed per ejus mortem revocato valet, si eam ignoraverit Vicarius. *Puteus decis. 370. Mobedan. decis. 29. de renunc. Garc. d. loc. num. 175.*

Et tamen inter revocationem factam per Episcopum, & factam per ipsius Episcopi mortem aut aliam Episcopatus vacationem, differentia; In prima requiritur intimatio præcisè; *Rebuff. in d. forma Vicariatus. ex num. 210. Boer. decis. 347. Cuchus Inst. Jur. Can. Major. lib. 2. tit. 8. num. 145.* Non in secunda. Ea enim, licet non intimata, habet suum effectum. *Felin. in c. ex parte Decani de rescript. in 6. num. 19.*

Quod diximus Vicarium Episcopi absque speciali mandato non 15
posse conferre beneficia, etiam procedit in Vicario Papæ. *arg. c. fin. de offic. Vicarii. in 6. Abb. in c. pen. de off. Vicar. num. 5. vers. quæro. 2. Franc. in d. c. fin. num. 6. Garc. d. loc. num. 182.* Licet sit Cardinalis. *Rebuff. in d.*

forma Vicariatus. num. 61. & 63. Gambar. de offic. Legati. lib. 3. num. 70. cum ſeqq. Æneas de Falcon. de reſervation. 2. parte. qu. 1. num. 2.

16 Tractari ſolet, an Epiſcopus certi tantum beneficii conferendi facultatem concedere poſſit ſuo Vicario. Si de beneficio jam vacante loquamur dubitationem habet nullam. Si verò de non vacante, dicimus non poſſe. Idque ne Concilio Lateranenſi fiat fraus. Quippe eo Beneficiorum nondum vacantium collatio prohibita tanquam votum captandæ mortis alienæ inducens. *c. nulla. de conceſſ. prab. Dur. d. loc. in fin. vide Titul. de Vicariis. Tract. noſt. de perſon. Eccleſiaſt.*

TITULUS X.

De Conductore Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Conductor reddituum non confert Beneficia.* 2. *Præſentat.*

1 EX eo quod titulo præcedenti diximus Beneficiorum Collationes cenſeri eſſe in fructu, quæritur: An *reditum ſeu proventionum Epiſcopalium Conductor* conferre poſſit Beneficia. Solent enim inquit Duarenus *tract. de Benef. lib. 3. cap. 1.* (loquens de Gallis) Antiſtites noſtri temporis, novo more ac veteribus incognito, muneris ſui impetratu vacatione, Eccleſiarum ſibi conditarum reditus omnes fruendos locare aliis.

Et videtur non poſſe; cum id ne Vicario quidem Ipſi liceat, niſi ſpecialiter ſit conceſſum: *ut præced. tit. dictum.*

2 Jus tamen præſentandi habet. Quia præſentatio non eſt juriſdictionalis, ut Collatio, ſed prophani. Et præſentare poterit, ſive ſit Conductor ad longum tempus, ſive ad modicum. *c. ex literis. de jure patron.* Quia utroque caſu eadem ſubeſt ratio; Quod nempe conductor fructus ſuos faciat.

Nec adverſatur *c. cum Bertholdus. de ſent. & re judic.* Quia ideo ibi

ibi creditor, qui rem tenet pignori, non habet præsentandi jus; quoniam tenetur restituere fructus omnes ex re pignorata perceptos: Nec enim, ut Conductor; eos facit suos. *c. cum contra. de pignor. & c. 1. de usur. Dartis tract. de benefic. sect. 3. cap. 12.*

TITULUS XI.

De Possessore Iuris conferendi.

SUMMARIA.

1. *Possessor juris conferendi confert.*
2. *Ab eo provisus præfertur proviso à proprietario.*
3. *An omni.*
4. *Quid si facta reservatio.*
5. *Quid dicendum de malæ fidei possessore.*
6. *Quid si hoc casu contulerit proprietarius.*
7. *Quando Collatio proprietarii non possidentis valeat.*
8. *Quid si sint plures in possessione præsentandi.*
9. *Eam non mutat Apostolica provisio.*

QUi jus non habet conferendi, conferre potest, si in ejus sit quasi possessione; licet non habeat proprietatem. *c. cum olim. de causs. possess. c. querelam. de elect. c. consultationibus. de jure patronat.* Nam collatio, præsentatio, electio, pertinet ad eum, qui est in quasi possessione horum jurium; cum sint, ut dictum, eorum fructus; qui ad bonæ fidei spectant possessorem, non ad Dominum. *l. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. rer. dom. §. si quis à non domino. Inst. de rer. divis. & acquir. eor. dom. Abb. Bellam. & alii. in c. gravis. de restit. spoliat. Covarr. lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 6. & 7.* 1

Unde provisus, præsentatus, vel electus à possessore, præfertur provi- 2

proviſo, &c. à proprietario. *c. querelam. de elect. d.c.cum olim. c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſſ. poſſ. d.c. conſultationibus. c. ex literis. de jure patronat. & ibi Dd. maxime Abbas. aliiq. quos alleg. Garcias tract. de benef. part. 5. cap. 5. num. 4. cum ſeqq.*

3 Intellige proprietarium, de cujus proprietate non plene conſtabat. Alias ſecus. Quia proprietas abſorbet poſſeſſionis cauſſam. *c. cum affectus. de cauſſa poſſeſſ. Abb. in c. conſultationibus. de jure patron. num. 5. Ripa in d. c. cum Eccleſia Sutrina. num. 132. Garcias d. loc. num. 45.*

4 Ut & ſecus, ſi facta reſervatio. *Rota deciſ. 4. de prabend. in antiq. Simoneta de reſervation. qu. 44.*

In beneficiis enim reſervatis, poſſidens beneficium, etiam cum bona fide, ex proviſione Ordinarii; fructus non facit ſuos. *Simoneta d. qu. 44. & ibi Granut. Gigas. de intruſo. num. 5.* Et contra Intruſum, niſi à Papa habeat titulum, fit, ab intruſionis die, fructuum condemnatio. *Joan. Paul. deciſ. 37. & 120. Bellam. in c. gravis. de reſtit. ſpol. Pontan. de ſpolio. lib. 4. num. 24. Garc. d. loc. num. 24. cum ſeqq.*

5 Malæ fidei poſſeſſor, ſi contulerit beneficium, irrita eſt collatio. Nec enim facit fructus ſuos. *d. c. gravis. ubi Abb. Bellamerus, Benoſt. alii. & in c. conquerente. cod. l. ſi fundum. l. certum. C. de rei vindic. §. item à non domino. 35. Inſt. de rer. diviſ. & ibi Dd.*

6 Sed, ſi hoc caſu, contulerit proprietarius qui non poſſidet, an collatio valeat quæritur. Verior ſententia eſt, non valere. Cum auctoritate propriâ invaſorem ſpoliare non debuerit. *c. in literis. de reſtit. ſpoliat. & ibi Innoc. Abb. in c. conſultationibus. num. 9. de jure patron. & ibi cum Eccleſia Sutrina. num. 53. & ibi Imola in fin. de cauſſ. poſſ. Dum. de benef. lib. 3. cap. 9.* Diſſent. *Innocent. in c. Cumana. de elect. num. 6. Lambert. de jure patron. in 1. parte. 2. lib. qu. 3. art. 7. & 19. Covarr. pract. reſolut. cap. 36. num. 6. circa fin. Ferret. conſ. 135. num. 2.*

7 Collatio autem, præſentatio, vel electio, facta à proprietario, qui non eſt in poſſeſſione, valet, ſi nullus alius eſt in ea. *fac. c. transmiſſam. cum ſimil. de elect. Innoc. & Abb. in d. c. Cumana. Idem Abbas in d. c. cum Eccleſia Sutrina. num. 53. & in d. c. conſultationibus. num. verſ. item nota. Rochus de jure patron. verb. competens. qu. 20. num. 7. Lambert. de jure patron.*

patron. in 1. parte. 2. lib. 9. qu. 8. art. Rebuff. in d. c. cum Ecclesia Sutrina. ad fin. vers. circa tertiam.

Quod si sint plures in quasi possessione præsentandi, unius præsen- 8
tatio sine aliis, licet sortita effectum, non privat alios quasi possessione præsentandi, sed magis illam conservat. *Ferret. cons.* 132. *Caputaquen. decis.* 292. 366. & 419. *part.* 2. *Rota decis.* 229. *num.* 5. *Refer. Garcia. d. loc. num.* 115.

Nec mutat statum seu quasi possessionem juris patronatus, seu 9
conferendi, Provisio Apostolica. *Ægid. decis.* 107. *Achilles decis.* 326. *Rota decis.* 545. *num.* 3. *part.* 1. *Refer. Garcia d. loc. num.* 118.

TITULUS XII.

De Sequestro, an conferat.

SUMMARIA.

1. *Sequester quis.*
2. *Quis Voluntarius.*
3. *Quis Necessarius.*
4. *An conferant.*
5. *Quid ex consuetudine.*
6. *Ea rejicienda; & Cur.*
7. *Sequester qui vult conferre qualis esse debeat.*

AN *Sequester*, si, pendente Sequestro Ecclesiæ, vacet beneficium pertinens ad electionem vel præsentationem Ecclesiæ sequestratæ, Beneficia conferre possit, Juris etiam est controversi.

Sequestrem vocamus eum, apud quem res controversa deponitur, 1
ut lite & controversia finita, restituatur victori. *l. sequester.* 209. *ff. de verb. signific. l. ei apud quem.* 5. §. 1. *cum l. seq. ff. depositi.*

Est vel *Voluntarius*, vel *Necessarius*.

Is est, apud quem duo de victoria, aut de re aliqua contendentes, 2
mutuo consensu rem certam deponunt, ut eam victori tradat. Est Judex Sponsionis. Appellabatur à Veteribus, Sequester & Siculus. *Macrob. Saturn. lib.* 3. *cap.* 17. *Aul. Gell. lib.* 10. *Noct. Atticar.*

3 *Hic* eſt Index, aquid quem litigantes de re certa eam, volente Ju-
dice; ſive altera parte petente, ſive utraque contradicente, deponun-
4 Quæritur, An uterque conferendi beneficia jus habeat? Dubi-
tionem facit, quod Sequeſter aliquando poſſideat, quandoque non
Poſſidet, quando is qui depoſuit, dimittere apud eum poſſeſſionem vo-
luit; *l. intereſſe. 39. ff. de acquir. vel amittend. poſſeſſ.* Hoc eſt, rem ani-
mo dimittendæ poſſeſſionis, tradidit. *Duaren. tract. de benef. lib. 3. ca.*
10. Quod in dubio non præſumitur; Quia, eo caſu, præſumendum
eſt, cuſtodiæ cauſſa poſſeſſionem eſſe ſequeſtratam: *arg. l. 3. §. fin. C.*
eod. Non poſſidet, ſi ea mente res depoſita non eſt. Cum autem, ut
præcedente titulo dictum, is qui poſſidet Beneficiorum conferen-
rum habeat poteſtatem; ex eo ſequitur, ut eo caſu quo Sequeſter non
poſſidet, conferre non poſſit; *Dartis tract. de benef. ſect. 3. cap. 13. Di-*
Duaren. d. loco. Et totam quæſtionem eſſe in Sequeſtro qui poſſidet.

Hunc nonnulli Interpretes, *ut Selva tract. de benef. 2. parte, cap. 3*
Rebuff. de nomination. qu. 14. num. 127. cum ſeq. Probus ad Monacum
in c. nullus. de probat. in 6. num. 5. Petr. Gregor. de benef. cap. 38. num. 13
ſed male, negant poſſe præſentare & conferre. Cum apertiſſime *Clem.*
un. junct. Gloſſ. in verb. Beneficium. de ſequeſtr. poſſeſſ. deſinat Benefi-
um ſequeſtrari, non ſimpliciter ejus fructus, & Sequeſtrum qui poſſidet
jura beneficii & Beneficiati exercere. *Dart. d. loco.*

Nec obſtat quod Collatio Beneficiorum ſit in fructu: *ut docent*
Innoc. Joan. Andr. Imola. num. 7. in c. examinata. de judic. Card. num.
9. Bonifac. num. 69. in d. Clem. un. Felin. in c. Bertholdus. num. 29. de
judic. aliiq. Et quod Sequeſter fructus non ſuo percipiat nomine, ſed
alieno, *c. cum Bertholdus. de ſent. & re jud.* qui quandoque reſtituen-
di victori: *d. Clem. un. Garcias tract. de benefic. part. 5. cap. 6. num. 3.*
Nam hæc accipienda de fructibus qui ſervari poſſunt: At Beneficio-
rum collationem differre, donec controverſia acceperit finem, non
permittit Eccleſiæ favor; qui non patitur Eccleſiam diu Paſtoris
defectum; *c. ne pro defectu. de elect.* Nec ulla eſt alia horum fructuum
reſtituendorum ratio.

5 Scribit Rebuffus *in tract. Nomination. qu. 14. num. 16.* obtinere
hodie ex conſuetudine, ut lite pendente uterque ex litigantibus conte-
rat,

rat, & deinde obtineat is, cui ab eo qui vicerit, collatum fuerit Beneficium.

Quæ sententia rejicienda. Vigente enim eâ; si lis protraheretur 6
diu, & in Ecclesiæ damnum, differrentur diu Clerici ordinatio.

Nec obstat *d. c. cum Bertholdus.* Quia ideò ibi non tenet ordinatio, à creditore qui tenet rem pignoris nomine facta; quoniam superest persona legitima; verus nempe Dominus & certus, qui præsentare potest: quod non hoc casu pendente lite. *Duar. & Darius d. loco, in fin. Barbatia 68. in d. c. examinata. de judic. Felin. in d. c. cum Bertholdus. Lambert. tract. de jure patron. part. 1. lib. 2. qu. 9. art. 3. Corras. de benef. 2. part. cap. 6. Didac. Perez. in lib. 1. tit. 10. alleg. Garcia d. loc.*

Contra dictam responsionem insurgit Sahagun. *in c. fin. de sequestrat. poss. num. 62.* fidens *c. ex litteris. de jure patronat.* ubi licet, erat verus Dominus, qui præsentare posset; nihilominus præsentat conductor, & in præsentatione non præfertur vero Domino. Respondemus cum Doctoribus. *ad d. c. ex literis.* Ideo *in d. c. ex literis.* præsentare conductorem; quia erat conductor ad longum tempus, seu potius Emphyteuta, qui utile habet dominium, & sic ad eum transit jus patronatus, cum bonorum universitate. *Garc. d. loc. num. 9.*

Unde in conductorem ad tempus modicum non transit jus præsentandi etiam cum universitate; *ut, contra Cardin. & Abb. in d. c. ex literis. docent Paul. de Castro cons. 57. Felin. in d. c. cum Bertholdus num. 29. Rebuff. de nomination. qu. 14. num. 122. Zechus de benefic. cap. 12. num. 12. aliis, alleg. per Garcian. d. loco num. 10.* etiamsi inter conductorem & Dominum aliter fuerit conventum. *Garc. d. loco. num. 11. Rota decis. 709. part. 1. diversor. Diss. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. jus patronatus. §. 8. dub. 18.*

Quod autem diximus Sequestrum conferre posse Beneficia, intel- 7
ligendum de capace, hoc est Clerico, non Laico. Nec enim possunt Laici tractare spiritualia. *c. 2. de judic. c. causam. de præscription. Prob. ad Monachum in c. nullus. num. 5. de tempor. ordin. in 6. num. 6. in fin. Zechus d. c. 2. vers. sequester etiam.*

TITULUS XIII.

De Laicis, an poſſint conferre Beneficia.

SUMMARIA.

1. *Quæ circa Epiſcoporum Electiones Populi poteſtas olim. & num.* 3.
2. *Quid ſtatutum in Francia.*
3. *Interdum ſufficiebat populi conſenſus tantum, aut nuda poſtulatio.*
4. *Prævaluit ſemper ſua Eccleſiaſticorum.*
5. *Cur olim in Epiſcoporum Electionibus intervenerint Laici.*
6. *Poſtea Jus hoc illis ademptum.*
7. *Cur.*

1 CErtum tamen eſt Epiſcoporum Electiones aliquando fuiſſe à Clero & Populo ſimul, vel cum Cleri & Populi conſenſu. *can. Epiſcopos.* 13. *can. quanto.* 10. *can. literas.* 14. *can. plebs.* 11. *can. Cleri.* 26. *diſt.* 60. *can. ſacrorum.* 34. *diſt.* 63. *Nicephor. Calixtus hiſtor. Eccl. lib.* 8. *cap.* 14. Imò paſſim Canones Conciliorum præcipiunt etiam Metropolitanorum electiones fieri Comprovincialibus Epiſcopis cum conſenſu Cleri & Populi: *ut in 7. Concil.* 2. *Aurelianenſis. & can.* 3. *Aurelianenſis. Conſent. can. Metropolitana* 19. *diſt.* 63. *can. Concil. Carthagen.* 14. *can.* 8. *Pariſienſ. can.* 3. *Cabilonenſ.*

2 Unde *cap.* 78. *Legis Francicæ* ſtatuitur, electionem Epiſcopi à Clero & Populo ſecundum ſtatuta Canonum eſſe faciendam. Dicit Gregorius Turonenſis *lib.* 4. *cap.* 6. *& 7. hiſtor. Franc.* hæc verba; *Epiſcopi dicebant Catoni Presbytero, videmus, quia te elegit pars maxima populorum, veni, conſenti Nobis, & benedicentes conſecremus te ad Epiſcopatum.* Quæ & obſervata olim teſtantur, D. Chryſoſtomus *lib.* 3. *de Sacerdotio.*

dtio. D. Cyprianus *lib.* 1. *epist.* 4. Et idem voluisse Bonifacium III. testatur Platina *in ejus vita.*

Et fuit ea populi Electio, Aliquando consensus tantum; *ut patet ex canon. supra allegat. & can. nosse.* 12. *dist.* 63. *Ivo Carnotens. epist.* 181. Aliquando vero Electio; ut apud Socratem *histor. Eccles. lib.* 7. *cap.* 26. Cassiodor. *in histor. Tripart. lib.* 12. *cap.* 3. ubi referunt; Cum Constantinopoli in Electione Sisinnii, qui successit Attico, esset inter Clerum & populum dissensio, Clerum unum, alium Laicos optantes Episcopum, horum prævaluisse studium in Sisinnio, cumque designatum fuisse ab Episcopis: Aliquando tantum nuda postulatio: *ut in can.* 1. *dist.* 62. Sic Populus Mediolanensis petiit sibi designari D. Ambrosium; *Theodoret. histor. Eccles. cap.* 6. *lib.* 4. *Sozomen. hist. Eccles. cap.* 14. *lib.* 6. *Nicephor. Calixt. hist. Eccles. lib.* 11. *cap.* 32. Constantinopolitanus Nectarium: *teste Socrate histor. Eccles. lib.* 5. *cap.* 8. 3

Semper tamen in promotionibus Episcoporum, Laicorum jure, Ecclesiasticorum fuit jus majus: Siquidem facta Electione à Clero, id est, à Presbyteris (non ab Episcopis) à Populo, aut Episcopi accedebant, vel Clero, id est, Presbyteris, vel Populo, id est, Laicis: *can. Valentinianus dist.* 63. Apud Socratem *d. lib.* 7. *cap.* 26. cum Clerici unum eligerent, Laici alium, hunc designarunt Episcopi: Similia apud Eundem *d. lib.* 6. *cap.* 2. Theodoret. *histor. Eccl. cap.* 27. *lib.* 5. Sozomenum *lib.* 8. *cap.* 2. Aut Superiores, id est Metropolitani, *can.* 4. *&* 6. *Concilii Nicæni can. Episcopi, can. illud. dist.* 640. *Item can.* 12. *Synodi Laodicenæ. can.* 8. *Ephesinæ. can. extra. can. quia per ambitionem. d. dist.* 64. *can. non debet. can. Episcopos. dist.* 65. vel Primates, *can.* 12. *Conc. Carthagin. II. can. de persona. can. placet. dist.* 65. *& can.* 6. *&* 7. *Conc. Nicæni I.* confirmabant Electiones jam dictas: Quinimò nonnunquam solus Civitatis Clerus eligebat Episcopum. Teste D. Hieronymo *epist.* 85. *ad Evagrium.* Quod & servatur hodie. A Collegio enim Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ hodie fit electio Episcoporum ritu & ordine ab Innocentio III. *in c. quia propter. de elect.* definito. 4

Ratio autem, cur Laici olim in Electione Episcoporum interverint, non fuit una. 1. Judicabatur hoc rationi consentaneum: *can. nulla* 1. *dist.* 62. 2. Poterant de vita & moribus Episcopi testimonium 5

ferre: 3. Oſtendere hunc ſibi eſſe gratum, ejus propterea electioni conſentire, *can. noſſe. c. cum longe. cum duob. ſeqq. diſt.* 63. 4. Ne Epiſcopum non optatum aut contemnerent; aut odio haberent: *can. ſanctum ult. d. diſt.* Et ſic ille in grege Chriſti nihil aut parum proficeret. 5. Ne qua poſtea retractatio cuipiam, ne quis ſcrupulus reſideret. *can.* 15. *d. cet.* 8. *qu.* 1.

6 Sed, cum ex tali electione multa & maxima conſequerentur commoda, jus illud Populo poſtea eſt ademptum: *c. Sacroſancta.* 15. *c. Meſſana.* 56 *de electione.* & prohibitum per Populum Electiones fieri Epiſcoporum & Sacerdotum: *can.* 2. *Synodi Laodicenæ. can.* 2. *Synodi Nicænæ II. can. non eſt.* 6. *can. nullus.* 1. *can. omnis.* 7. *can. non licet.* 8. *d. diſt.* 63.

7 Et rectè: Cum enim jus iſtud Electionum olim niteretur poſſeſſimum conſuetudine; & Conſuetudo ſervanda ſit deficiente Lege; *l. quibus.* 32. *l. diuturna.* 33. *ff. de Legib.* non ea vigente: *l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuet.* ſequitur eam, cum non deficiat Lex, imò repugnet, non ampliùs eſſe ſervandam.

Maximè, cum Lex illa optimo nitatur jure; Nam cum Perſonæ Eccleſiaſticæ ſint ſacræ; & miniſterium Eorum, propter quod conferuntur beneficia, ſit ſacrum & ſpirituale; conſequens eſt, ut ipſa beneficia ſint ſpiritualia, & eorum quoque diſtributiones ſacræ & ſpirituales & proinde nec per Laicos obtineri debeant Eccleſiæ: *c. decernimus. d. judic. Dartis tract. de benefic. ſect.* 3. *cap.* 14. *vid. Noſtr. Tract. de jure Eccleſ. tit. de elect. Prælat.* nec jus conferendorum Beneficiorum, aut cætera ſpiritualia jura præſcriptione acquirere poſſint Laici. *c. cauſam quæ. de præſcription.* nec adverſatur *c. cura. de jure patron.* Loquitur enim de Eccleſia, quæ à Laicis donatur loco religioſo jure proprietatis, non de ea quæ conceditur adminiſtrationis jure. *Dartis d. loco.*

TITU-

TITULUS XIV.

De Imperatorum & Regum Iure in Beneficiorum Collatione.

SUMMARIA.

1. *Jus conferendi competit Regibus.*
2. *Quid circa Electionem Pontificum servatum olim ab Imperatoribus Romanis.*
3. *A Regibus Italiæ.*
4. *Ab Imperatoribus Francis.*
5. *Galliarum Reges olim constituerunt Episcopos.*
6. *Ut & Reges Angliæ, aliique.*
7. *Cum ratione.*
8. *An jure, & quo.*
9. *Postea Ecclesiis Electiones liberæ concessæ: Et à quibus.*
10. *In Galliis electionibus sublatis, successit jus Nominationis.*
11. *Habent & illud Reges alii.*
12. *Quid statuerint Synodorum canones.*

DIximus in præcedenti titulo Beneficia conferendi jus competiisse Populo. Rationes addidimus. Quæ omninò militant & in *Imperatoribus* & *Regibus*; imò multò magis; (Quorum enim magis interest Episcopos non habere infensos & invisos? Qui de eorum vita & moribus fidelius possunt dare testimonium. Cum *illorum sit virtus maxima nosse suos.*) 1

Ideo & electioni Pontificum & Episcoporum se immiscuerunt Imperatores & Reges. Etiam volentibus Papis, Gregorio *in can. quia igitur.* 2

igitur. 9. diſt. 63. Bonifacio III. *Platina in ejus vita.* Leone IV. *can. Reatina. cum ſeq. d. diſt. 63.*

Referunt Sozomenus *lib. 7. hiſtor. Eccleſiaſt.* Nicephorus Callistus *lib. 12. hiſtor. Eccleſ. cap. 12.* Imperatorem Theodoſium juſſiſſe Sacerdotibus, ut eorum, quos ad ordinationem judicarent dignos, nomina inſcriberent chartæ, reſervatâ ſibi ex iis omnibus unius electione. Theodoſius junior, *teſtib. Socrate lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 29. Nicephoro Calliſto. lib. 14. hiſt. Eccleſ. cap. 31.* Neſtorium quendam ad culmen Patriarchatus evexit, reprobatis Proclo & Philippo, à Clero deſignatis. Imò Imperator Honorius Bonifacio I. electo Pontifice & ab aliis fabulio, Româ abire utrumque coëgit, reſtituit tamen Apoſtolicæ Sedi poſea Bonifacium. *Platina in Bonifacio I.* Docet Nicephorus Gregor. *lib. 8. hiſt. Eccleſ.* in Oriente invaluiſſe, ut quos Imperator vellet Patriarchæ Conſtantinopolitani deſignarentur. Imò ex Blondo, Platina aliiſque Hiſtoricis conſtat, Cleri ac Populi electionem Pontificum Summorum, habitam fuiſſe vanam, in eam Imperatores, aut eorum Exarchæ Italiæ confirmaſſent. Quod duravit uſque ad tempora Conſtantini filii Heraclii, *Platina in vita Benedicti II.*

3 Idem jus uſurparunt Oſtrogothorum Reges Italiæ: Sic S. Silverius electus fuit Pontifex Theodato Oſtrogothorum Rege jubente. *Nicephoro Gregor. d. lib. 8.*

4 De Francis Imperatoribus eſt notum Adrianum Pontificem Carolo Magno ejuſque Succeſſoribus conceſſiſſe, quod & poſtea ab Adriani Succeſſoribus eſt confirmatum, ut nullus Pontifex Romanus ante ab Epiſcopus fieret, niſi quem Carolus & Ejus Succeſſores ſcivillent aut juſſiſſent. *can. Hadrianus. 22. can. in Synodo. 23. can. Reatina. 16. can. ſeqq. diſt. 93.*

5 In Galliis conſtat Reges ſæpe vel in demortuorum locum constituiſſe Epiſcopos. *teſte Gregorio Turonenſe cap. 6. 7. 18. lib. 4.* vel electionibus conſenſum adhibuiſſe. Concilium Aurelianenſe V. *can. 19.* dicit; *Ut nullum Epiſcopatum donis aut comparatione liceat adipiſci; ſed cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri ac Plebis, ſicut in antiquis canonibus ſcriptum reperitur.* Simile continetur in Epiſtola Hincmari, *pro Hugonem Abbatem teſte Flodoardo.* & non diu præſcriptum in Comitia

Aug-

Aurelianensibus Caroli IX. temporibus. *vid. & can. 39. hinc etiam. 16. qu. 1.*

Quod jus etiam sibi tribuerunt Reges Angliæ, *teste Matthæo Pa-* 6
risiense, in Henrico I. Habent Hispaniæ: *ex can. 6. & 12. Concilii Toleta-*
ni: can. cum longe. 25. dist. 63. Hungariæ: *Naucler. generat. 37. Bald.*
in l. præscripta. 2. col. Cod. de precib. Imp. offer. Apuliæ, seu Neapolis.
Gloss. in Summa. 17. qu. 7.

Non sine ratione. Quippe potestati Regiæ subest tota politia Re- 7
gni, cujus pars sunt Ecclesiæ. *can. Principes sæculi. 23. qu. 5.* & Religio
seu Sacerdotum jus. Et Princeps est totius Populi κηρυφαῖος, in eum-
que omne jus, quod populus habet aut habere potest, est transfusum; Er-
go & eligendi, nisi quod habuit populus. Dixit non absurdè Impera-
tor Constantinus Magnus Patribus Nicææ congregatis; *Vos intra, Ego*
extra Ecclesiam à Deo constitutus sum Episcopus.

Sciendum tamen, cum in religione sit quoddam sacrum divinum 8
& spirituale jus, illudque pendeat ab Episcoporum electione vel ordina-
tione; Reges Imperatoresque quod elegerint soli, id fecisse non jure
suo, sed quodammodo extra ordinem, & Ecclesiæ beneficio; Elegisse
vero cum Clero, aliqua ratione jure suo, non extra ordinem; quate-
nus Sacerdotum jus est publicum, & pertinet ad omnes. Ut & quod
confirmarint & approbaverint electionem ante consecrationem & in-
vestiverint de feudis Ecclesiasticis, *can. quia sancta. 28. can. 29. cum Ha-*
drianus. d. dist. 63. Cæterum interdictum ne quis per ordinationem
Regiam ad honoris Episcopalis culmen pervaderet; *can. 8. Conc. Pa-*
risiens. ex quo can. si per ordinationem. 5. dist. 63. can. 10. Conc. Aureli-
anens. 5. Vult tamen *canon. vero. 10. d. Concil. Aurelian. 5.* Cleri & Ple-
bis consensui accedere voluntatem Regiam. Hinc Ivo Carnotensis
epist. 238. ait; *Reges nullum Jus habere aliud in Episcoporum electioni-*
bus, quam ut electos Episcopos de feudis & bonis temporalibus investiant;
& hæreticum esse dicit existimare, tribui aliquod jus spirituale per datione
& acceptationem virgæ.

Ne ergo Reges & Imperatores, sui juris transirent fines, & sacra 9
miscere prophanis, Imperatores Carolus Magnus & Ludovicus Pius
e. lib. Capit. cap. 84. rel. in can. Sacrorum. 34. d. dist. 34. Ecclesiis electi-

ones permiſerunt, liberas. Fecit idem in Galliis Philippus Auguſtus, & Ludovicus Sanctus; *in pragmat. ſanct. anno* 1228. In Germania Fredericus III. In Galliis Carolus VII. recipiens Baſilienſe Concilium. *anno* 1438. Poſtea per concordata inter Papam Leonem X. & Regem Franciſcum I. *anno* 1517. electiones fuerunt ſublatæ, & in Epiſcopatibus, Monaſteriis, & aliis Sacerdotiis, quibuſdam exceptis, *Nominationis* jus Regibus Galliarum fuit attributum. *Dartis tract. de Benefic. ſect. 3. cap. 13. Videatur Bochellus Decretor. Eccleſ. Gallic. lib. 7. tit. 3. par.*

11 Quod jus nominationis, teſte Cromero, *lib. 2. hiſtor. Polon.* habent Poloni ſimiliter: habent Angli, à tempore Edovardi III. teſte Polidoro Virgilio *lib. 9. hiſtor. Angl.*

12 Quapropter *canon. 29. Apoſtolor.* jubet deponi & ſegregari eos qui per Sæculares Magiſtratus adepti fuerunt Eccleſias, & *canone 2. Synodi VII. ſeu II. Nicænæ* omnis electio, quæ fit à Principibus, & Magiſtratibus, judicatur irrita: *can. omnis. 7. diſt. 63.* & *canone 28. Synodi III. Conſtantinopolitanæ IX.* prohibentur Laici Principes vel Potentes electioni Epiſcoporum ſe immiſcere. *can. nullus. 1. d. diſt. 63.*

TITULUS XV.

De Iuribus Regaliorum.

SUMMARIA.

1. *Præter Jus Nominationis quod jus habeant Imperatores hodierni.*
2. *Reges Arragoniæ.*
3. *Angliæ.*
4. *Galliarum.*
5. *Ejus Juris ratio, deſumitur ex fundatione.*
6. *Conſuetudine.*
7. *Quali.*
8. *Ex auctoritate Regum.*
9. *Potius privilegio.*
10. *Competit ſolis Regibus.*
11. *Juri Regaliorum locum Sede vacante.*

12 Ju-

12. *Vacat per promotionem Episcopi ad Cardinalatum.*

13. *Ut Sedes Episcopalis vacare desinat, quæ requirantur.*

14. *An Regi Jus Regalium competat in Ecclesias Episcopales omnes.*

15. *Juris Regaliorum quæ sint singularia.*

16. *Solet Rex Regalia concedere Episcopis futuris: & quid tum observantiæ.*

PRæter dictum jus Nominationis est & aliud Jus, quod Imperatores Germaniæ, Reges Arragoniæ, Angliæ, Galliarum, habent.

Imperatores; quod possint in qualibet Germaniæ Eccle- 1
sia, unicum conferre Beneficium. *Specul. tit. de præbend. §. restat. vers. item nota. Boer. decis. 32. num. 8. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 7. num. 21.*

Reges Arragoniæ; Concessit enim Petro Regi Arragonum Ur- 2
banus II. quod expugnasset & depulisset Mauros, decimas, primitias, & omnia beneficia Jurispatronatus Ecclesiarum & Civitatum omnium, à quibus ejecerat fidei hostes, ut Ipse & Successores, exceptis Episcopatibus, conferre possent in perpetuum quibus vellent. *Francisc. Tara. de Regib. Hispan. in Alphonso 6. Petr. Gregor. d. loc. num. 22.*

Reges Angliæ, habent hoc jus, (Regaliorum vulgo appellant) 3
quod in quibusdam Ecclesiis cathedralibus regni sui, præbendas & alia beneficia earum, parochialibus Ecclesiis exceptis, Sede Vacante conferant; illoque tempore temporalia & fructus percipiant; *Gloss. antiqu. in §. item quod dicta. in verb. regalia. de anna. in Pragm. sanct.* ad eosque pertineant beneficiorum collationes, quæ in fructu sunt; *Gloss. in c. cum olim. de major. & obed.* ut & præsentationes, electiones, & similia. *Prob. in tract. de pension. 4. 28. part. 1. Petr. Gregor. d. loco. num. 20.*

Sed cum Reges Angliæ eo jure abuterentur, inter cætera capitula quæ Petrus Leonis Pontificis Romani Legatus pactus est cum Henri-

co II. Angliæ Rege, hoc fuit; ut Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ non tenerentur in manu Regis ultra annum. *Dartis tract. de bonis ſect. 3. cap. 16. verſ. hoc vero jus.*

4 Reges etiam Galliarum conferunt jure Regaliæ in certis Eccleſiis vacantibus, pendente vacatione, beneficia vacantia, ad earum collationem pertinentia, *Archidiac. in can. Imperium. diſt. 10. Specul. in tit. De Sede vacante. ult. colum. ibi. item etiam Reges. Ruſius in tract. Regalium 1. part. præf. plura de orig. Regal. Corſet. tract. de poteſt. Regal. qu. 11.* omnia; exceptis Eccleſiis Parochialibus, & illis Præbendis exceptis, quarum collatio Vacante Sede devolvitur ad Capitulum. *Papon. Plaſitor. Curiæ lib. 1. tit. 3.* Qui dicit omnes Eccleſias eo jure cenſeri holla. *Dartis d. ſect. & cap. in princ.*

Quod jus agitatum fuit ſub Nicolao III. in Curia Romana. *Joan. Andreas in c. 2. poſt Joh. Monach. ibi num. 3. de præbend. in 6.* Deinde in Concilio Lugdunenſi primum, cui præfuit Bonifacius IIX. *c. generali 13. de elect. in 6.* poſt Baſileenſi probatum atque confirmatum. *§. nunquod dicto. de annat. in Pragm. ſanct.* Et conſervatum in Gallia. Ut conſtat ex conſtitutionibus Regum: Philippi Pulchri, Anno 1312. Philippi Valeſii Anno 1334. Ludovici XII. Anno 1499. Poſtea extenſum ad omnes Eccleſias Epiſcopales. *Arreſto Generali Septemb. Anno 1582.*

Præterea in dictis Eccleſiis vacantibus, Reges quamdiu vacant, earum percipiunt fructus, eis arbitrio ſuo utuntur, fruuntur: eisque propterea manus injiciunt, ponuntque eas ſub tutela ſua; *Boer. dec. 12. num. 9. Duaren. de benefic. lib. 3. cap. ult. Dart. d. loc. verſ. Habet.* & conſtituunt Oeconomum, qui fructus colligat, & eo modo recipiat quo viventes Præpoſiti facerent. *Petr. Gregor. d. loco, num. 19.*

5 Hujus Juris indicendi ratio deſumi poteſt vel ex fundationis cauſa, *d. c. generali. 13. §. qui verò. de elect. in 6.* in qua qui fundat, vel dotat ſibi reſervare hoc poteſt, ut vacatione adveniente fructus faciat ſuos. *can. Eleutherius. 18. qu. 2. c. præterea. 23. c. nobis. 25. de jure patron.* Inque Eccleſiis & Monaſteriis, quæ Regiæ ſunt fundationis, hoc pacto legitima ſunt regalia. Vel ex eo quod feudi regii ſint Eccleſiæ; & idem Præpoſito mortuo, feudum redeat ad Regem, ut & beneficia ex eo eve-

ctu:

ctu: *fac. can. in sacris. 16. cauſ. 16. qu. 1. Felin. in c. cum venerabilis. 12. col. de except. Cardin. conſil. 122. Petr. Gregor. d. loco, num. 23.* Ita fructibus ad Regem devolutis, beneficiorum collatio pertinet ad Regem, *Petr. Gregor. d. loco.* donec Epiſcopus fidelitatis præſtiterit Sacramentum. *Dartis d. loco, verſ. hujus juris.*

Vel ex ratione uſus vel antiquæ conſuetudinis hominum memo- 6
riam excedentis. *d. c. generali. §. qui verò. c. 1. de præſcript. in 6. Petr. Gregor. d. loc. & num.* Poteſt enim præſcriptio illa immemorabilis concedere Laicis, Eccleſiaſtica aliàs prohibita. Exemplum in Decimis. *c. prohibemus. de decimis. junct. c. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit.*

Sunt qui dictam conſuetudinem ex errore magis, quam ratione 7
profectam eſſe contendant. *Archidiac. in can. Imperium. diſt. 10.* Quia beneficiorum collatio res eſſe ſacra ſpiritaliſque dicitur, ideoque à Laicis prophaniſque hominibus aliena. *c. decernimus. de judic.*

Sed Marſilius Patavinus, ante annos ducentos, ad Imperatorem Ludovicum IV. ſcripſit; Beneficiorum diſtributionem rem omninò prophanam temporalemque eſſe judicandam, eamque magis Principibus Prophaniſque Magiſtratibus, quam Epiſcopis convenire.

Quibus fortè moti Galliarum Reges aliqui, proceres ac milites præfecerunt monaſteriis, eiſque eorum opes fruendas fuerunt largiti. *vid. Æmil. lib. 3. & 5. hiſtor. in Carolo Simplice.*

Sunt & qui hic Regum adferunt auctoritatem, eorumque conſe- 8
crationem, quæ eos quodammodo facere videtur ſacrorum participes. *c. 1. de ſacra unct.* Verum hæc auctoritas non ſufficit, alioquin competeret omnibus aliarum Gentium Regibus, quibus tamen id non concedi-tur.

Et proinde dicendum potius, *ſec. Petr. Gregor. d. loco, num. 25.* 9
cum fundatione, feudo, conſuetudine, auctoritate & concurrere privilegium, quod Chriſtianis Galliarum Regibus, utpote in Sedem & Fidem Apoſtolicam devotiſſimis & officioſis eſt conceſſum. *vid. can. Ego Ludovicus. §. idemq;. can. Adrianus. diſt. 63. in can. hinc eſt. verb. regali proviſione. 16. qu. 11. can. Synodo. 16. qu. 1.*

Competit ſolis Regibus non Regni Regentibus, ut dicunt, aut 10

Gubernatoribus: *Dartis d. ſect. & cap. verſ. hujus juris.* ut judicatum à Senatu pro regimine Matris Regis Franciſci I. capti in prælio Ticinenſi; Confirmavit etiam Rex Johannis ab Anglo captus collationes Beneficiorum per filium Carolum V. durante ſua captivitate factus, *ut conſtat ex Codice & Regiſtro Curiæ; cui titul. Ordinationes antiqua. fol. 51. verſo.* Verſantur ergo in errore, Ruzæus *in tract. Regalior. privileg.* 16. Corſetus *tract. de poteſt. Regis.* contrarium ſuſtinentes.

11 Juri Regaliorum aperitur via, vacante Sede tam de jure, quam de facto: *Ruſcus ita judicatum refert. in priv. Reg.* 1. ſive utroque *conſt. Philippina & Arreſto Anni* 1487. 18. *Jan. & Anni* 1481. 27. Dec. Nec enim multum intereſt, quomodo vacet Eccleſia Epiſcopalis, an morte, an promotione ad aliud munus Eccleſiaſticum, aliiſve modis. Quos referemus ſuo loco.

12 Per promotionem ad aliud munus Eccleſiaſticum; ut ſi quis Epiſcopus, cooptetur in Cardinalium Romanæ Eccleſiæ ordinem. *Ruſæus priv.* 13. & 14. Quia Cardinalis Romani officium eſt hujuſmodi, ut alterius Civitatis Epiſcopo id exequi non liceat. *Panorm. in c. bona memoriæ.* 4. *de poſtulat. Prælat.* Utraque enim dignitas requirit reſidentiam. *c.* 2. *de Cleric. non reſident.* & propterea ut utraque retineri poſſit eſt Pontificis Romani diſpenſatio neceſſaria. Proinde is, qui promovetur ad eum Dignitatis gradum, Epiſcopalem dignitatem amittere regulariter dicitur. Ut & ſæpè in Galliis in Curia Centumvirali, cujus propria eſt de Regalibus cognitio, eſt judicatum. *Anno* 1361. 20. *Nov.* 1384. 2. *Jul.* 1363. 20. *Jan. teſt. Duar. d. lib. & cap.* Nec refert utrum Cardinalatus datus ſit cum, an ſine titulo, vel ſub exſpectatione Tituli *ut judicat. in Senatu Anno* 1598. 29. *Auguſti.*

Nec hic nuda diſpenſatio ſufficit, ut Epiſcopus factus Cardinalis Cardinalatum & Epiſcopatum retineat, ſed, ut deſinat Regaliæ eſſe locus, neceſſe, ut adeat Principem, & Sacramentum fidelitatis eidem novum præſtet: Ut ſæpe judicatum. *Dartis d. loc. item certum.*

13 Ut autem vacare deſinat Sedes Epiſcopalis, & fructus percipiat Electus Epiſcopus, requiruntur tria, *expreſſa in conſtit. Philippi Pulchri* 1302. *in Camera Comput. incip. Dum Epiſcopus alicujus Epiſcopatus non Dominus Rex habet Regalia. &c.* Primum, ut rite ac legitimè novus Ele-

ille Episcopus sit electus; Deinde ut sacramentum fidelitatis Regi præstet, & Regias literas ejus jurisjurandi apud Patrociniorum Præfecturam receptas, &, ut loquuntur, verificatas habeat; Tertiò; Ut habeat ab ipsis Ratiociniorum Præfectis literas alias, quibus fundorum Episcopalium Dispensatori Regio mandent, ut novum Episcopum fructibus Episcopatus sui frui sinant. *Duaren. d. loc. Dartis d. loco. vid. Rusæus in privileg.* 58. 59.

14 Non competit Regi Regaliorum jus in omnes Episcopales Ecclesias; Certus catalogus apud Ratiociniorum præfecturam præscriptus, *Ægid. Magister. in decision. & tract. Regal. cap.* 4. *Duar. d. loco. D. Petr. Gregor. d. loc. num.* 18. Et quidem in hunc modum: In tota Provincia Senonensi, exceptâ Diœcesi Antisiodorensi. In tota Provincia Rhemensi, diœcesi Cameracensi exceptâ: In tota Provincia Bituricensi, exceptis Lemovicensi, Caturcensi, Ruthenensi, Abbiensi, Minatensi: In tota Provincia Turonensi, exceptis Macloviensi, Venetensi, & aliis Britanniæ Ecclesiis: In Burdegalensi Archiepiscopatu solum: In tota Normania. Non Provincia Occitanensi, nec Arelatensi.

15 Jus Regaliorum habet multa singularia; Colligi ea possunt *ex diversis Placitor. Papon. Rusæo. d. tract. Magistro. d. tract. Petro Gregor. d. lib. cap.* 8. Nos, pro ratione instituti nostri, perstringemus pauca.

1. Pendente lite possessio adjudicatur ei, qui jure Regaliæ est, subnixus: 2. Postulante adversario non admittetur sequestratio: 3. Sede vacante si præbenda vacet, Rex eam intra annos triginta, olim, *sec. constit. Ludovici XI. anno* 1499. *art.* 11. hodie tres, *Rusæus priv.* 23. conferre potest: *Dartis d. loco, vers. Item quod.* 4. Beneficia curata, & præbendæ præceptoriæ, *Arrest.* 1611. *Febr.* 22. non cadunt in Regalian: *Arresto Ann.* 1575. 5. *Maji. vid. Ægid. Magist. tract. Regal. cap.* 3. 5. Per Præbendati ingressum in monasterium, vacante postea Sede, si professionem non fecerit, non vacat Præbenda in Regalia: *Arresto Anni* 1598. *Martii* 10. 6. Vacat in Regalia si quidem collatio facta canonice, non tamen apprehensa possessio corporaliter: *Rusæus priv.* 1. 7. Item, Capitulum tenetur recipere Regalistam, etiamsi de injustitia & defectu tituli Ei constet: *Rus. 6. priv.* 8. Impetrationem beneficii regaliorum non vitiat qualitatis, quæ si fuisset expressa, remorari potuisset Regem, omissio: *Idem priv.* 7. 9. Papa in Regalibus prævenit Regem.

Regem non poteſt: *Idem 9.privil.* 10. Cadunt in Regalia, non tantum præbendæ in Eccleſiæ erectione fundatæ; ſed & poſtea inſtitutæ: *Idem 8.privil.* 11. Regalia à Rege poſſunt remitti; ſed non niſi in Regem tranſmitti: *Idem in priv.* 11.16.& 27. 12. Per ſecundæ Præbendæ acceptationem, primum Jure Regaliorum collatum vacat & revertitur ad Regem: *Idem* 21.*privil.* 13. Poſſunt Beneficia Jure Regali conferri ſeptenni: *Idem* 24.*priv.* 14. Rehabilitatio ad beneficium incompatibile non conceditur in juris Regaliorum præjudicium: *Idem* 25.*privil.* 15. Collationum Beneficiorum in Regaliis vacantium cognitio & determinatio pertinet ad Solas Supremas Curias, ſive agatur de poſſeſſorio, ſive de petitorio: *Idem* 26.*privil.* 16. Rex confert in Regaliis præbendas unitas & ſuppreſſas: *Idem* 28.*privil.* 17. Non tenetur Regaliſta in impetratione, beneficiorum aliàs jure Regaliæ obtentorum facere mentionem: *Idem* 29.*privil.* 18. Fruitur Rex jure ſuorum Regaliorum, non obſtantibus Apoſtolicis conſtitutionibus, Eccleſiarum ſtatutis & conſuetudinibus: *Idem* 31.*privil.* 19. Non impedit collatio in favorem certæ perſonæ facta; quominus, aperitis Regaliis, Rex poſſit conferre alteri: *Idem* 32.*privil.* 20. Potest Rex conferre ſub conditione; *Si noſtris temporibus vacaverit Beneficium*: *Idem* 33.*privil.* 21. Regalia ſemel aperta durant, neque ſuperveniente Reges morte exſpirant; donec fidelitatis juramentum Prælatus actu ipſo, *Idem priv.* 36. in perſona, non per procuratorem, *Idem* 43.*priv.* præſtiterit: 22. Jure Regaliorum aperto, non poteſt Beneficium ejus collationis per reſignationem cauſſa permutationis confici à Pontifice: *Idem* 44.*privil.* 23. In Regaliis is cui Beneficium hoc re vacans Rex contulit una die, proviſione ſub ſigillo Regio non expeditâ; Ei cui ſequenti die idem beneficium contulit. Rex eſt potior licet ſubſcripſerit ſigillumque ſit appenſum: *Idem* 45.*privil.* 24. Si & prior, etſi una die duobus facta ſit, collatio præfertur: *Idem* 46.*priv.*

16 Notandum, etſi hodie Galliarum Rex Epiſcopis futuris concedat Regaliam, & facultatem nominandi in Beneficiis vacaturis, nihilominus tamen fieri collationem in Regis nomine; talis conceſſionis ſecundo nationis habitâ mentione nulla; Aliter ſi facta, eſſet irrita. Licet tamen reapſe collatio fiat, ſecundum Epiſcopi, qui Regaliæ jus obtinuit, nominationem; *Placit. Curiæ, Anno* 1599. 1. *Jul. Dario d.loc. verſ. per-*

LIBER

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

De Iis quibus Beneficia conferri possunt, in genere.

SUMMARIA.

1. *Beneficia conferenda capacibus.* 2. *Capacitas in quibus consistat requisitis.*

PRæcedenti libro tractavimus de personis quæ Beneficia conferre ac distribuere; tractandum hoc, quibus conferri & distribui, possunt. Quo tractatu nullus in tota hac disputatione dignior. Non enim assentimur Isocrati, qui in Orat. ad Nicoclem ait: *Non sicut Sacerdotium, ita & Regnum cujusvis hominis est.* Nam, ut in omnibus negotiis gerendis pro modo eorum personæ sunt eligendæ capaces & operi sufficientes; *l. un. §. ideoq;. Cod. de novo Codice. fac. l. ut gradatim.* 11. *§. 1. cum §. fin. ff. de muner. & honor.* ita & Beneficia non sunt conferenda, nisi idoneis & capacibus. *c. grave nimis. 29. de præbend. & dignit. c. relatum. de concess. præbend. c. 2. de institut. c. caussam. 8. de electione.* 1

Capacitas verò illa & idonea qualitas, quæ in his, quibus beneficia sunt conferenda, desideratur, potissimum consistit in requisitis septem: Nempe; 1. *Natalibus:* 2. *Corporis integritate:* 3. *Bonis moribus:* 4. *Sufficiente scientia:* 5. *Ætate legitima:* 6. *Cælibatu:* 7. *Ordine Ecclesiastico.* Quibus addi solent *Naturalitas: vide Garciam, tit. 9. part. 7.* Et *Ne beneficiandus aliud jam habeat Beneficium.* De quo ultimo 2

timo & Beneficiorum pluralitate infra commodiore agemus loco. De aliis differemus hoc libro ſigillatim: à *Natalibus* promovendorum incipientes.

TITULUS II.

De Natalibus Legitimis.

SUMMARIA.

1. *Natales quotuplices.*
2. *Legitimi qui.*
3. *Beneficia conferenda iis præditis.*
4. *Paternum Beneficium an conferri poteſt liberis.*
5. *Quando.*
6. *Quid olim obſervatum.*
7. *Quid nunc.*
8. *Quæ hic declaratio Congregationis Cardinalium.*

1 NAtales ſunt duplices; Vel *Legitimi*, de quibus hoc titulo: vel *Illegitimi*; de quibus titulo ſequenti.

2 *Legitimi* ſunt; cum quis natus eſt ex matrimonio legitimo.

3 Iis præditis Beneficia ſunt conferenda, denegandaalias: *cum in cunctis. 7. princ. c. innotuit. 20. de elect. c. fin. de filiis Presbyter.*

4 Nec tamen filius legitimus obtinebit Beneficium Patris: Ne Sanctuarium Dei videatur obtineri hereditario jure: *c. præſentium. 3. c. transmiſſa. 7. eod. can. 7. Apoſtolica. 8. qu. 1.* Nec nepos avitum; licet filius, ex quo nepos; adhuc vivat. *Gloſſ. in c. ad extirpandas. 9. eod. D. in d. c. Panorm. poſt Innoc. & Hoſtienſ.* Cum ſine juris, quod hujuſmodi ſucceſſionem improbat, fiat fraus. Tum ne beneficium magis videtur reſignatum ex avita affectione, quam recto juſtoque judicio. *can. Epiſcopo. cum can. ſeqq. 8. qu. 1. Et ſic judicatum Toloſa. teſte Pon. lib. 2. Placitor. tit. 4. Dart. tract. de benef. ſect. 4. cap. 1.*

5 Excipiuntur caſus tres, quibus receptum poſſe filium obtinere Beneficium paternum. Primus eſt; Si ſine titulo, de facto tantum & alie-

eno

eno nomine administravit: *c. constitutus. 8. eod.* Alter; Si filius patri non succedat immediatè, sed mediatè: *d. c. ad extirpandas. d. c. ex transmissa.* Nisi fiat resignatio fraudulenter. Ut si Pater beneficium suum resignet, in favorem extranei, lege eâ adjectâ; Ut is statim in favorem filii sui resignet. *Rebuff. in praxi Beneficior. tit. de dispens. supra defectu natal. Dartis d. loco.* Tertius; Si ipse Papa dispenset. *Dd. in d. c. ad extirpandas. d. c. dilectis. d. c. extransmissa. eod. Dec. in c. inter cæteras. de præscript. num. 6. & 7. Navar. in c. si quando. eod. in auctuario. num. 3. & 4.* Non sufficit quod Episcopus aut Legatus. *Gloss. in c. 1. verbo tale. de fil. Presbyt. in 6. quam sequuntur Joan. Andr. Spec. Franch. & alii.*

Potest filius legitimus in Ecclesia, in qua pater præest, vel præfuit, obtinere beneficium, *c. ad hæc. 12. eod.* dissimile: *d. c. ad abolendam. 16. eod.*

Habuere tamen multi etiam Sancti filios successores in eisdem be- 6
neficiis; ut S. Simplicius Archiepiscopus Bituricensis: *Sidon. Apollinaris, lib. 7. post epist. 9.* S. Barinus Archiepiscopus Trevirensis, *Cratepolius & Vion in Martyrol. Monastico die 8. Junii. Onuphrius in Genealogia.* Domnus Patriarcha Antiochenus, *Anno 274. apud Baronium.* Lambertus Episcopus Leodiensis, S. Principius Episcopus Saessionensis, *Flodoardus lib. 3. cap. 10.* Isicus Episcopus Viennensis, *Audoënus in Chronico. Baronius Anno 409.* Eucherius Lugdunensis, *Savaros & Sirmondus ad Sidon. Apollin. lib. 7. epist. 15.* S. Genebaudus Episcopus Laudunensis, *Flodoard. lib. 1. cap. 14.* S. Magnus Episcopus Avenionensis *Chronol. Lirinensi.* Paulus Archiepiscopus Burgensis, *Miræus in Chronic. Anno 1398.* Guilielmus Brissonetus Abbas S. Germani Parisiensis, Johannes Cuceus Episcopus Gratianopolitanus. *Dartis d. loco. Videatur etiam can. 2. dist. 56.*

Quæ etsi ita accederint, tamen Presbyterorum filios noluit, se- 7
cundum Apostolorum decreta, (quæ prohibent Beneficiorum successionem hæreditariam; *can. Item non. 75. Apostol.*) universæ Ecclesiæ Charitas. *Venerabis Beda lib. 3. epist. 28. Hildebert. de non ordinand. filiis. Sacerd. tot. tit. de filiis Presbyter.*

Censuit Anno 1594. S. Concilii Trident. Cardinalium Congre- 8
gatio, Patrem legitimum ad obtinendum immediatè beneficium filii

nullâ indigere diſpenſatione; licet filius legitimus ad obtinendum mediatè beneficium patris eâ egeat. *vide tract. noſtr. de Perſon. Eccleſiaſt. tit. 18. lib. 2. num. 9. cum ſeqq.*

TITULUS III.

De Natalibus Illegitimis.

SUMMARIA.

1. *Illegitimi qui.*
2. *Iis conferri non poſſunt Beneficia.*
3. *Prohibitionis ratio non rectè firmatur in S. Scriptura.*
4. *Fuere tamen in Populo Dei à Sacerdotio prohibita.*
5. *Prohibuit & Plato.*
6. *Arcent & eos Catholici, idq; obrationes multas.*
7. *Quarum prima.*
8. *Altera.*
9. *Tertia.*
10. *Quæ hic ſervanda Regula.*
11. *Ea patitur Exceptiones tres.*
12. *Quæ prima.*
13. *Secunda.*
14. *Tertia.*
15. *Juris Civilis obſervatio.*
16. *Jus Galliæ exigit diſpenſationem Papæ.*
17. *Quæ in ea adhibenda diſtinctio.*
18. *In quibus Beneficiis diſpenſat Papa.*
19. *In quibus Epiſcopus.*
20. *Debet illa diſpenſatio fieri expreſsè: & à diſpenſandi auctoritatem habente.*

Nati-

Natales Illegitimos habent, qui ex justis & legitimis Nuptiis non sunt procreati; cujusmodi sunt Spurii seu Nothi, & quos naturales appellamus. 1

Ii non tantum à Beneficiis suorum parentum repelluntur, sed etiam quibuscunque; Imò & omni Ministerio Ecclesiastico. *c. cum in cunctis. c. innotuit. de elect. c. 1. & c. fin. de filiis Presbyt. in 6. can. Ceromanensem. 15. cum seq. dist. 56. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 20. & sess. 7. can. 1. & sess. 24. de reformat. cap. 1. vid. tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 49. de vitio orig. laborant. non ordinand.* 2

Prohibitionem confirmant nonnulli, *ut Dartis sect. 4. cap. 2. Petr. Gregor. tract. de benef. cap. 35. aliiq.* per Deuteronomii *cap. 23. vers. 2.* ubi scriptum; *Non ingredietur mamzer; hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini usq; ad decimam generationem:* sed minus firmiter. *Ingredi* enim *Ecclesiam;* viri aliqui, non Ineruditi interpretantur habere commercium cum Populo Dei, & jus ducendi in uxorem Israelitidem. Quare allegatus locus non multum pertinet ad rem. 3

Prohibitos tamen à Sacerdotio in Populo Dei fuisse illegitimos verum. Genus enim in iis, *teste Philone Judæo in Decalogo.* examinatur inculpabile. 4

Quod & fieri voluit Plato *lib. 6. de Legibus.* 5

Cur autem apud Christianos Catholicos placuerit arceri à Sacro Ministerio Illegitimos, inter plures, multiplex adferri solet ratio. Quarum 6

Prima est; Eorum qui illegitimè nati sunt *probrum* & *ignominia,* ob quam tanto munere indigni judicantur. Nam etsi Prætoris Edicto notati non sint, nec inter infames habiti, tamen ea est ferè hominum de iis opinio, is contemptus, ut non immeritò macula quibusdam videantur esse adspersi. *arg. cum. si Gens Anglorum. dist. 56. Azo in sum. Cod. ex quib. caus. inf. irrog.* Ejusque rei argumentum est illud, quod est nemo, qui non appellatione tali, ut turpi & contumeliosa, offendatur, receptumque est actionem injuriarum eo nomine competere. *l. 3. ubi not. ff. de lib. & posthum. hæred. instit.* Itaque quamvis liceat spuriis capessere Rempublicam, præsertim si id flagitet necessitas & hominum penuria; *l. ge-* 7

neraliter. 3. §. ſpurios. 2. ff. de decurion. tamen alia cauſſa eſt hujus ſacri miniſterii, quod publicis omnibus civilibuſque muneribus longe poſtat. Nam & Ariſtoteles *lib. 7. Polit.* cenſet viliores humiliorefque perſonas non debere admitti ad Sacerdotium, propter honorem qui Civibus impendi debet Deo & religioni. Id enim Majeſtati Dei indigetur, cujus ſacris vacare Sacerdotes oportet? *ut loquit. J Ctus Paulus in l. non diſtinguemus. 32. §. Sacerdotio. 4. ff. de recept. arbitr.* Imò & Eccleſia Vetus munus, in quo erat macula, oblatum rejiciebat. *Levit. 21. can. hinc etenim. diſt. 49.* Verum quidem eſt apud Veteres Græcos Spuriorum nomen non fuiſſe ignominioſum: *Teſtib. Homero lib. 8. Iliad. & Euripide in Antigone: Euriſteo, Andromeda.* ſed illorum, pudicitiam non multum conſiderantium, mores, hic non reſpicimus; ſed noſtros Romanorumque tantum, qui nihil unquam caſtitate & pudicitia habuerunt antiquius. Eſt enim ſecundum eos, non minus in Eccleſia quam inter mulieres Illuſtres, *l. ſi qua Illuſtris. 5. Cod. ad SC. Orfician.* caſtitatis debitum præcipuum: Viſumque juſtius augeri Rempublicam & multis hominibus legitimè genitis frequentari, quam perjuriis affici *l. 2. §. fin. Cod. de indicta viduit. tollenda.* Sed & Eccleſia Dei, quæ non præceptum Decalogi, *Non mœchaberis;* deteſtatur fornicationem, confunderetur quodammodo, ſi illegitimos paſſim & ſine diſcretione admitteret ad miniſterium Dei: & videretur delinquendi dare occaſionem. *contra l. alia cauſſa. 14. §. eleganter. 1. ff. ſoluto matrim. l. illud non venire. 5. ff. de pact. dotal. c. oblationes. diſt. 90. can. miror. 17. qu. 4. c. de uſur. c. ſuper eo. de raptor. can. cum multæ ſuper. 15. qu. 8.*

8 *Altera* ratio; (quæ collegitur ex præcedenti,) eſt, ut hoc crimen pœnæ genere plectatur ac *vindicetur crimen paternum.* Quamvis nihil admiſerint filii, & revera alieno laborent vitio. *l. ſpurii. 6. in princ. ff. decurion. l. legem. 7. Cod. de natural. lib. can. naſci. diſt. 56.* Fundatur id in eo, quod parentes magis affligantur in filiis, quam in propriis perſonis *l. iſti quidem. 8. §. fin. ff. de eo quod. met. cauſſa.* Qua ratione inductum eſt, ut libera non ſit cum filiis naturalibus teſtamenti factio, nec poſſit pater parens quantum voluerit relinquere: *l. fin. Cod. de natur. lib.* Unde propter hæreſi patris etiam filiis adimitur Beneficiorum Eccleſiaſticorum poſſeſſio: *c. vergentis. de hæretic. Auth. Gazaros. C. eod.* Et in perductilio

niscrimine, filii, quamvis insontes & nulli culpæ affines, puniuntur. *l. quisquis. 5. §. 1. Cod. ad Leg. Jul. Majest.* Qua de re sic loquitur Cicero *in epist. quad. ad Brutum. Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui; sed hoc præclarè legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet.* Et alibi: *Illud videtur esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pervenit, sed id & antiquum est, & omnium Civitatum.* Sic maledictio patris Cham imposita filio ejus Chanaan: *Genes. 9. can. cum ergo. 9. §. sed qui pro persecutoribus. 24. qu. 3.* Sodomitarum parvuli pœnæ involuti: *Genes. 19.* Pœna Davidis in posteros translata; ut & Regis Achab: 4. Reg. 10. *can. Achab. can. talis. de pœnit. dist. 3.* Sic terror pœnæ transit per comminationem in filios usque ad tertiam vel quartam generationem. *In sum. 1. caus. 24. qu. 3.*

Tertia ratio est: *Metus incontinentiæ paternæ, d. can. si Gens An-* 9
glorum. dist. 56. Quoniam sæpe contingit, ut mores patris sectetur filius, si non tantum corporis paterni, sed etiam animi quædam imago. Hinc illud tritum apud Græcos proverbium, κακῆς κόρακος κακὸν ᾠόν. inquit Horatius *lib. 4. Carm. Ode 4.*

Fortes creantur Fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis Patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Hinc in Ædilitio Edicto videtur statutum, ut venditor mancipiorum vendendorum nationem pronuntiet in venditione. *Plerumq; enim*, ut ait JCtus Paulus, *servi natio aut provocat, aut deterret emptorem: quia præsumptum est, quosdam servos esse bonos, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos, quia ejus nationis sunt, quæ magis infamis est. L. quod* 1
sæpe. 30. §. qui mancipari. ff. de Ædil. Edicto.

Cum igitur dicta ita se habeant, ponendum est, & pro certa firma- 10
que regula constituendum, Eum qui ex justo matrimonio editus non est, nullum consequi posse beneficium. *d. c. cum in cunctis. c. innotuit. de elect. c. 1. de filiis presbyter.*

Patitur tamen regula dicta exceptiones tres. Quarum 11
Prima;

12 Prima; Si *illegitimus natalibus* ſit *reſtitutus*, aut ut vulgo loquimur, legitimatus. *c. per venerabilem. qui fil. ſunt legit.* Nam hæc reſtitutio naturales filios juſtis & legitimis omninò exæquat; ut ait Juſtinianus *Nov.* 74. Siquidem vel facta per ſubſequens matrimonium, *c. tanta eod. & ibi Gloſſ. Abb. num.* 4. & 7. *& alii.* etiam ſine inſtrumentis dotalibus, Dd. *in d. c. tanta. Theſaur. deciſ. Pedemont.* 83. etiam putativum bona fide ſaltem unius conjugum contractum: *d. c. tanta. junctis c. ex tenore. eod. Ant. de Butrio in d. c. tanta. & c. quod nobis. eod. Duenas reg.* 350. *ampl.* 9. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 81. *n.* 3. Modò non ſit clandeſtinum, aut interdictum: *c. fin. §.* 1. *de clandeſt. deſponſ. Zarol. p.* 697. Vel per reſcriptum Papæ: *Corraſ. de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *Dd. in d. c.* 1. §. 1. *de fil. Presbyt. in* 6. *& c. per venerabilem. Novar. cap.* 1. *d. tit. & d. tit. in ſuis deciſ. Achilles & de Graſſis.*

Quo tamen ultimo caſu, legitimati ad actus ſæculares, non cenſentur legitimati ad exercendos actus ſpirituales: Licet ex diverſo legitimati ad actus ſpirituales hæreditates legitimas capere poſſint. *d. c. per venerabilem.*

Quod tamen poſtremum accipiendum eſt in patrimonio D. Petri, in quo Papa habet poteſtatem regiam; non aliorum Principum terrarum. *Dartis de benefic. ſect.* 4. *cap.* 2. *de Illegitimis.*

13 Secunda exceptio eſt; Si *Illegitimi profiteantur Monachiſmum.* Quia Religionis ingreſſus omnem maculam abſtergit. *can.* 10. *num.* 19. *qu.* 3. *Novel.* 5. Nullam tamen prælationem, aut in Eccleſia poſſeſſuram habere poſſunt. *c.* 1. *de filiis Presbyter. Gloſſ. c. ult. eod. Duar. loc. Duaren. de benefic. lib.* 4. *cap.* 5.

14 Tertia eſt exceptio; Si *cum Illegitimis*, ſive propter legitimorum penuriam, ſive propter eruditionem ſingularem bonoſque & probos mores, fuerit *diſpenſatum; ut in c. literas. eod. c. fin. eod. in* 6. *Extrav. vide in can. Oſius. can. Dominus. & tota ferè. diſt.* 56. In ſpuriis enim non eſt vitium vel culpa, ſed tantum defectus. *c. naſci. d. diſt. c. accedens. purgat. canon.* qui ſcientia, moribus, neceſſitate ſuppleri poteſt.

15 Sic de Jure Civili Spurii, imò & ex inceſtu nati, decuriones fieri poſſunt. Quia, ut inquit JCtus Papinianus, non eſt impediendus dignitas ejus qui nihil admiſit. *l. ſpurii.* 6. *princ. ff. de decurion.* Niſi compertum

tores habeant legitimos & naturales. *l. 3. §. spurios. ff. eod.* Facit pro ratione Papiniani; Quod filius illegitimè genitus, ex eo qui deliquit, non fiat deterior. *l. Lege XII. Tabularum. 14. in princ. in fin. Cod. de legitim. hered. l. maximum vitium. 4. vers. constitutio. Cod. de liber. præterit. vel exhered.* Delicta quippe personalia, nec per se transeunt in hæredes. *l. si pœna. 20. ff. l. sancimus. 22. Cod. de pœnis. d. c. Cod. Ne filius pro patre &c.*

In Gallia quoque spurii possunt Regia Officia & Magistratus gere- 16
re sine expressa Regia dispensatione: *Petr. Gregor. d. loc. num. 6. in fin.* Non tamen beneficia Ecclesiastica possidere absque Papæ dispensatione. Quâ etiam legitimi fieri possunt. *c. per venerabilem. qui filii sint legit.*

In ea dispensatione adhibenda est distinctio, & Beneficiorum & 17
Potestatis dispensantis, tradita *inc. 1. de filiis Presbyt. in 6.* his verbis; *Is qui defectum patitur natalium ex dispensatione Episcopi licitè potest (si aliud canonicum non obsistat) ad ordines promoveri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum: dummodo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari: ad ordines quoq; majores, vel beneficia curam animarum habentia, super quibus nequit Episcopus dispensare, sine dispensatione Sedis Apostolicæ promoveri non potest.*

Dispensat tamen etiam Papa, in quibus potest, dispensare Episco- 18
pus; Nempe in Beneficiis simplicibus. *c. literas. 14. eod.* Potest etiam una dispensatione cum Illegitimis, dispensare ad ordines omnes & beneficia omnia, ita ut postea dispensatione Episcopi non sit opus. *c. 2. eod. Petr. Gregor. d. loc. num. 7.*

Episcopus, *secund. Gloss. ad d. c. 1. eod. in 6. verb. beneficium.* dis- 19
pensare potest in beneficio simplici, etiamsi sit Canonia Ecclesiæ Cathedralis. *Archidiac. Lapus, Ancharran. Domin. num. 7. Francus, num. 6. ibid. Selva de benefic. part. 3. quæst. 63. Gigas de pension. qu. 17. num. 3. Navarr. cons. 4. de filiis Presbyter. num. 4. dicens communiter receptam. Sylvester in Sum. verb. Beneficium. 3. num. 11. Fumus in Armilla. verb. Beneficium. num. 25. vide Garciam de benefic. part. 7. cap. 2. de legitimate. num. 58. cum seqq.* Non tamen potest in personatu vel dignitate, etiamsi sit sine cura. *c. ad hæc. c. fin. de filiis Presbyt. c. fin. de præbend. c. dudum. de elect. d. Gloss. in d. c. 1. verb. Beneficium. quam sequuntur. ibid. Archidiacon. Ancharan. Domin. num. 8. Francus num 6. & alii. Rosiniacus*

de benefic. cap. 13. *num.* 28. *Sylvèſt. d. loc. Garcias. d. loco, num.* 59. *cum ſeqq.*

20 Debet hæc diſpenſatio fieri expreſsè; *Gloſſ. c. un. verbo diſpenſet. de ætate & qualit. ordinand.* & ab eo qui diſpenſandi habet auctoritatem *c. fin. de ſchiſmat.* Nec ſufficit collationem fieri ab eo qui diſpenſare poteſt cum indigno proviſo; niſi etiam in actu collationis fiat expreſsè diſpenſationis memoria. *ut in c. diverſis fallaciis.* 5. *de Cleric. conjug. can. qui in aliquo. diſt.* 51. *can. quicunq; in fin. diſt.* 81. *Petr. Gregor. d. loco. ca fin. Franc. in c.* 2. *de filiis Presbyt. in* 6. *Rota deciſ.* 3. *eod. tit. Putei deciſ.* 101.

Habita cenſetur, ſi cauſſa impedimenti fuit propoſita, & nihilominus actus peractus. *can. Clerico tacente. diſt.* 50. *can. pro utilitate. 14. qu.* 1. *Petr. Gregor. d. loco. vid. Garcias d. loco, num.* 72. *cum multis ſeqq.*

TITULUS IV.

De Corporis Integritate.

SUMMARIA.

1. *In beneficiandis deſideratur corporis integritas: ſed qualis.*
2. *Adhibenda hic temperamenta tria.*
3. *Sententia Interpretum quoad primum.*
4. *Quoad ſecundum.*
5. *Exceptio.*
6. *Fit mentio alicujus Leontii.*
7. *Originis.*
8. *Perſtringitur Carmuel.*
9. *An cum ſe ipſum caſtrante poſſit diſpenſari.*
10. *Quid ſi mutilatio non impediat Ordinis Sacerdotalis functionem.*

In

IN his, quibus Beneficia conferuntur, desideratur *Corporis integritas:* non solum ut eorum corpus non sit obnoxium servituti: *tot. tit. de serv. non ordinand. vid. Tractat. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 20. lib. 2. de vinc. person. imped. non ordin.* sed etiam ut defectu membrorum minus aliquid non habeant. *can. qui in aliquo. dist. 51. tot. dist. 55. c. 1. cum seqq. de corpore vitiat. Quem titul. vid. in d. Tract. nostro.* 1

Temperamenta tamen hic adhibenda tria: Putat; Si *defectus non sit in magnis membris:* Si *non sponte quis*, sed casu aliquo, dum non dat operam rei illicitæ fuerit corpore *mutilatus;* Si *mutilatio non impediat Ordinis* Sacerdotalis *functionem.* 2

Quoad *primum:* Interpretes *in c. fin. eod.* magna membra appellant oculum, pedes, nasum, manum alterutram. Quorum amissio impedit promovendum. *can. ult. dist. 55.* Dispensationi tamen Pontificis, *can. non confidat. dist. 50.* si suffragentur mutilato vita & mores & alia quæ Sacerdotem commendant; *can. pen. & ult. eod.* hic locus. De quo casu intelligendus canon. *si quis oculo. 56. Apostol.* 3

Quoad *secundum:* Certum est spontanea virilium exsectionem & violentam elusionem corpori factam arcere ab ordinibus & beneficiis; *c. 1. c. pœnitentes. c. si quis. c. hi qui. c. qui partem. c. lator. cum aliis. dist. 55. c. 1. cum seqq. de corpore vitiat. Villadiego. de irregular. cap. 11. de corp. vitiat. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 3. Corras. Sim. tract. part. 3. cap. 6. Covarruv. in Clem. si furiosus. 1. parte. initio. ex num. 5.* etiamsi mutilantis culpa non sit notoria. *Gloss. in c. fin. eod. Villadiego. d. loco. Toletus in Summa. lib. 1. cap. 63. Molina de just. & jure tract. 3. disput. 67. num. 8.* Nam *d. can. qui partem. & d. c. 1.* non fundantur in culpa & delicti notorietate, sed in excessu & sævitia, quam in se exercuit: *fac. d. can. hi qui can. se prægritudine. dist. 55.* 4

Non tamen arcentur, qui non sua sponte, sed casu, aut in cunabulis, aut per vim seu insidias hominum, aut ægritudinem secti aut mutilati sunt. *c. ex parte. 1. & 2. c. fin. eod. can. qui partem. can. eunuchus. c. si quis à Medicis. can. si quis pro ægritudine. can. præcepta. §. 1. d. dist. 55. c. 1. eod.* Synodus Nicæna I. dicit; *Si quis à Medicis propter languorem excisus,* 5

exciſus, aut à barbaris exſectus eſt, maneat in Clero: ſi quis autem ſponte ipſum abſcidit, hunc & in Clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum talium promoveri.

6 Hujus Canonis vigore olim Leontius ille gradu Presbyterii fuerit dejectus, qui poſtea favore Arianorum cathedram occupavit Antiochenam. De quo videri poteſt D. Athanaſius *epiſt. ad Solitariam vitam agent.* & ex ipſo Theodoretus *lib. 2. hiſtor. Eccleſ. cap. 19.* alius & Socrates *lib. 2. hiſtor. Eccleſ. cap. 26.* ubi ait; *Leontius Antiochenæ unà Eccleſiæ Præſul erat, qui cum Presbyter eſſet, dignitate privatus fuerat, eo quod mulieri Euſtolix commoratus, & turpem ſuſpicionem accumulare conatus, genitalia membra ipſe ſibi excidiſſet.*

7 Ante dictum Nicænum canonem Origenes, exiſtimans ſe Deo præſtare obſequium, ſeipſum caſtravit; Ejus tamen auſum inter veteres nullus, niſi forte prætextu ignorantiæ, excuſare tentavit. *Voluptatis*, ait de ipſo D. Hieronymus *epiſt. 65. cap. 3. in tantum fugit, ut zelo Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ferro truncaret genitalia.* Euſebius Cæſarienſis *lib. 6. Eccleſ. hiſt. cap. 8.* Zelum quidem hominis laudat, ſed juvenili audaciæ imperitiæque facinus ipſum adſcribit. Facit idem Nicephorus *lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 8.* Non excuſat illum, ſed ſtultitiæ arguit Heſſelius *in explic. Decalogi. cap. 163.* Reprehendunt illum D. Baſilius *lib. de vera virginitate.* Ambroſius *lib. de Viduis.* Eum ejuſque ſimiles homicidas appellant canones 22. & 23. *Apoſtol.* Quorum primus ait: *Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputavit ſibi virilia, non fiat Clericus: quia ſui ipſius homicida eſt, & Dei opificii inimicus.* Alius ſubdit; *Si quis cum Clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur: quia ſuus eſt homicida.*

8 Quâ ergo fronte audet Caramuel *in Theol. Fundam. num. 115. edit. Francof.* aſſerere, quem ſe poſſe caſtrare propter vitam æternam? Qua fronte exemplum Origenis adducere?

9 Poſſe tamen cum eo diſpenſari, qui exiſtimans ſe Deo præſtare obſequium, virilia ſibi exſcindi curavit: dicit *cap. ſignificavit. 4. de corp. vitiat. ordinand. ubi Gloſſ.* Quoniam ſimplicitati & ignorantiæ facilior venia tribuitur; *c. cum univerſorum. de rer. permut.* Et bona intentio excu-

ſat

sat factum malum. *can. dixit. & ibi Gloss. fin.* 32. *qu.* 4. *Vivian. in rational. Juris Pontif. d. c. significavit.*

Poterit etiam cum eo dispensari, qui cum rei illicitæ operam daret, vulnus reportavit, puta amisit digiti partem in duello. *c.* 1. *eod.* Quia amissio partis digiti est deformitas modica; *Gloss. in c. fin. eod.* nec generat scandalum. *d. c. fin. Vivian. d. loc. ad c.* 1.

Quod si mutilatio membri sit ejusmodi, ut functionem impediat 10
Sacerdotalem, tunc non admittitur dispensatio; veluti si pollex sit abscissus, qui ad frangendam sacram Eucharistiam est necessarius. *d. c. fin. & c.* 2. *de Clerico ægrot. vel debilit. vid. can. qui vero.* 77. *Apost.*

TITULUS V.

De Morbis Corporis.

SUMMARIA.

1. *Quis morbus corporis impediat promotionem ad Beneficia: An Comitialis.*
2. *An similis.*
3. *An furor.*
4. *An mania.*
5. *Quid de hoc morbo correptis statuerit Concilium Carthaginense IV.*

QUi *gravi morbo laborant*, ob quem obeundo sacro muneri 1
minus sunt idonei, non censentur beneficiorum capaces, qualicunque præditi sint eruditione, morum probitate, aliisque animi dotibus. *c. cum inter canonicos.* 21. *de elect.* Quid enim si morbo comitiali, quem Græci ἐπιληψίαν vocant, corripiantur? Certe cum subitò concidant, eorum ex ore moveantur, ut inquit Celsius, cum membrorum ac nervorum distentione, spumæ, ad rem divinam in Ecclesia faciendam non sunt judicandi utiles. *can. communiter. can. usq; adeo. dist.* 33.

Idemque de aliis hujusmodi morbis est statuendum. *vid. Tract.* 2

noſtrum de perſon. Eccleſ. tit. 17. *lib.* 2. *de corp. vitiat. non ordin. num.* 13. tametſi eum qui jam ordinatus promotuſque eſt, non dejiciant. *tot. tit. de Clerico ægrot. Duar. de benefic. lib.* 4. *cap.* 4.

3 Furioſos, licet patiantur dilucida intervalla, Beneficiorum etiam judico incapaces: Ne, ut ſcribit Balſamon, *in can.* 79. *Apoſtol.* Sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur.

4 Maniacos autem ac Fanaticos, qui à cacodæmone vexari exiſtimantur, & ad hunc locum pertinere. *cum Daureno dicto loco*, judico, quamvis JCtus Ulpianus *l.* 1. *ſ. apud Vivianum.* 9. *ff. de Ædilit. Edict.* eum morbum animi potius, quam corporis eſſe exiſtimet. Nam & ii à Sacerdotio repelluntur veteribus canonibus. *can. ſi quis dæmonem. 1. Apoſtol. can. maritum. can. communiter. can. Clerici. can. uſq; adeo. diſt.* 81.

5 Solent appellari variis nominibus; Dicuntur enim Energumeni, quaſi Lunatici, ut quidam interpretantur: De quibus Concilium Carthaginenſe IV. *can.* 90. *cum ſeqq.* ſic ſtatuit: *Ut Exoreiſtæ Energumenis manus imponant, ut Energumeni pavimenta domorum Dei verrant, ut Energumenis aſſidentibus in domo Dei victus quotidianus per Exoreiſtam oportuno tempore miniſtretur. can. omni die.* 11. *de conſecrat. diſt.* 5. Vocantur & ἐγλαστρίμυθοι, cujus vocis mentionem facit Ariſtophanes, quaſi dicas Ventriloqui. Sic enim eos Latinè vocat D. Auguſtinus, *l.* 2. *de doctrina Chriſtiana. cap.* 19. *relat. in can. illud quod eſt.* 26. *qu.* 2. qui Spiritum Pythonem habere dicuntur *Actor.* 16. quod malus quidam genius (immotis nempe labiis) ipſorum in ventre incluſus loqui credatur. *Duaren. d. loco. vide dict. Tract. noſtrum tit. de qualit. ordinand. n.* 22.

TITULUS VI.
De Bonis Moribus.

SUMMARIA.

1. *In beneficiandis præcipuè requiritur Morum honeſtas.*
2. *Ut in ſtudiorum Magiſtris de jure Civili.*
3. *Ratio.*

4 Ita

4. *Inquisitio olim facta publicè.*
5. *Quæ requirat in iis D. Paulus.*
6. *An ea requirantur præcisè.*
7. *Debet esse integræ famæ.*
8. *Nullius criminis reus.*
9. *Siquidem apud bonos viros sit infamatus.*
10. *Nisi per eum non steterit, quo minus peractum fuerit judicium.*
11. *Infamia à Beneficiis removet, & quæ.*
12. *Quæ crimina beneficiorum adferant incapacitatem.*
13. *Qui hic observandi canones.*
14. *Quid dicendum de Excommunicatis & Interdictis.*
15. *Restitutioni hic locus.*

PRæter Legitimitatem, & Corporis integritatem, in promovendo ad beneficia requiruntur, & *morum honestas*, de qua hoc titulo, & *Scientia*, de qua titulo sequente.

Morum honestas præcipue: *c. cum in cunctis. de elect. can. si quis viduam. dist.* 50. *can. qui in aliquo. dist.* 51. *can. priscis. dist.* 55. *c. graves nimis. de præbend. Clem.* 1. *de ætate & qualit. Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 18. Quamvis hodie, proh dolor! de hoc curetur parum, & fiat tantum informatio propter formam. Cum tamen hujus conditionis ratio sit habenda potissima. *Garcias tract. de benefic. parte* 7. *cap.* 8. *Lessius de just. & Jure lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 23. 1

Nam sicut Imperator Julianus *in l. Magistros.* 7. *Cod. de Professor. & Medic.* vult Magistros studiorum Doctoresque, primum excellere moribus, deinde facundia; ita & gravitatem morum, & honestatem vitæ præcipue efflagitamus à Sacerdote. Scitum enim est illud; Quales in Rebus publicis sunt Principes, tales & solent esse reliqui Cives. 2

Quod & ad Ecclesiæ præfectos & ministros pertinere non est dubium. *Quomodo enim potest*, inquit D. Hieronymus *in epist. ad Titum. cap.* 1. *Præses Ecclesiæ auferre malum de medio ejus, qui in delictum simile cor-* 3

corruit? aut quâ libertate peccantem corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe quæ corripit? can. fin. diſt. 25. Etvix fieri poteſt, ut ejus oratio exaudiatur à Deo, qui indignus eſt Sacerdotio & miniſterio Dei; inquit Juſtinianus, *in Novel. 123.*

4 Inde ab antiquo morem illum fuiſſe Chriſtianorum, ut in more Ordinandorum Sacerdotum inquirerent publice, apparet ex Lampridio *in vita Alexandri Severi.* ubi ſcribit his verbis; *Ubi aliquis voluiſſet Rectores Provinciæ dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores, id eſt Rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans Populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus; ſi non probaſſet, ipſe iret pœnam capitis. Dicebatq; grave eſſe, cum id Chriſtiani & Judæi facerent in ordinandis Sacerdotibus, non fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.*

5 Qualem verò eſſe oporteat Epiſcopum, & quibus virtutibus inſtructum, quod ad cæteros porrigere licet; declarat D. Paulus. *1. epiſt. ad Titum cap. 1. & 1. ad Timoth. cap. 3.* quæ Gratianus diffuſè tractat in Collectaneis ſuis *à diſt. 25. uſq; ad diſt. 50.* Ait enim D. Paulus eum debere eligi Epiſcopum ſeu Presbyterum, qui ſit *πρᾶος*, id eſt, *placans*, *Σωφρὼν*, id eſt, *ſobrius*, *κόσμιος*, id eſt, *modeſtus*, *φιλόξενος*, id eſt, *hoſpitalis*, *μὴ πάροινος*, id eſt, *non vino deditus*, *μὴ πλήκτης*, id eſt, *non percuſſor*, *μὴ αἰσχροκερδὴς*, id eſt, *non turpis lucricupidus*, *ἀμάχος*, id eſt, *à pugna & contentione alienus*, *ἀφιλάργυρος*, id eſt, *pecuniæ non avidus*, *μὴ αὐθάδης*, id eſt, *non ſuperbus nec præfractus*, *μὴ ὀργίλος*, id eſt, *non iracundus*, *φιλάγαθος*, id eſt, *bonorum rerum ſtudioſus*, *δίκαιος*, id eſt, *juſtus*, *ὅσιος*, id eſt, *pius ſive ſanctus*, *ἐγκρατὴς*, id eſt, *temperans. Duaren. de benef. lib. 2. cap. 1.*

6 Eſt tamen hoc ita accipiendum, ut non is eligatur Epiſcopus, à quo nihil dictorum vitiorum inſit; Eſſet enim hoc, teſte D. Hieronymo, contra naturam, ſed egregius, & animi dotibus & virtutibus omnitudini præcellens, ut hæc ejus comparatione grex dicatur. *can. omnitudini diſt. 25.*

7 Maximè oportet Epiſcopum, & promovendum omnem, (cujus opinio vacillare debet in nullo. *can. Laici. diſt. 33.*) nulla nota vel infamia, *c. fin. de furtis. Abb. in c. ſuper eo. de elect. Corvin. de benef. 3. part. cap.*

cap. 6. num. 8. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 11. Petr. Gregor. de benef. cap. 37. num. 9. sive juris, sive facti, *Candelabr. aur. in append. tract. seu cap. 10. num. 3. Gloss. in c. infamibus. de reg. in 6. & ibi Dynus, Franchus & alii.* esse respersum. *c. inter dilectos. de excessib. Prælat. Garc. d. tract. part. 7. cap. 8. num. 5.* Quia infamibus portæ dignitatum non patent. *c. infamibus. de regul. jur. in 6. l. un. Cod. de infamib. l. 2. Cod. de dignit. d. c. inter dilectos.* Dignitatum autem appellatione hic veniunt beneficia omnia. *Abb. & Dd. in c. querelam. de jurejur. & Abb. in c. super eo. de elect. num. 2. & 5. Lambert. de Jure Patronat. 1. part. 2. lib. qu. 9. art. 16. num. 3. Covarruv. lib. 3. var. resolut. cap. 3. num. 3.*

Et ideo accusatus seu denuntiatus de aliquo crimine, pendente ac- 8
cusatione seu denuntiatione, promoveri non debet. *l. reus delatus. princ. ff. de muner. & honor. l. reum criminis. Cod. de procurat. l. un. Cod. de reis postulatis. c. fin. de test. ib. c. omnipotens. de accusat. & ibi Dd. Abb. Felin. & alii. Corras. d. cap. 6. num. 9. & 10. Duar. d. c. 1. lib. 2.* Exemplo suspectorum tutorum, qui accusati non exercent tutelam, donec actio finiatur. *§. si quis autem. 7. Inst. de suspect. tutor.*

Quod tamen procedit, quando persona apud bonos & graves vi- 9
ros est infamata; aliàs promotionem non impedit accusatio. *Abb. Felin. ibid. Romanus sing. 438. Selva de benefic. part. 3. qu. 5. num. 31. Joan. Andr. in c. meminimus. de accusat. Garc. d. loc. num. 7.*

Potest hic etiam dici quod in honoribus, ut post annum, quum 10
quis reus delatus est, si per eum non steterit, quominus peragatur judicium, ad ordines & beneficia promoveri possit. *d. l. reus delatus. 7. in fin. princ. Dartis tract. de benefic. sect. 4. cap. 4. vers. inde. in fin.*

Rursus Infamia non solum impedit præfici, sed &, si sit juris facit 11
à dignitatibus adeptis, *l. infamia. Cod. de decurion. l. judices. Cod. de dignitat. Gloss. Dynus. Franchus & alii ad d. c. infamibus.* ipso jure, *Roman. sing. 74. Abb. in c. querelam. num. 3. de jurejur. Ripa in c. 2. de Rescript. num. 8. Covarr. pract. resolut. cap. 19. num. 5. conclus. 5. Sylvest. in Sum. verb. Infamia. num. 15.* removeri: non si sit infamia facti, *Covarruv. lib. 2. var. resolut. cap. 8. num. 4. Paris. consil. 88. num. 5. parte 4. Abbas & alii in c. at si Clerici. de judic. Duar. d. tract. lib. 8. cap. 6. in fin.* Nisi exprimatur in sententia. *post alios Additio Dyni, d. verb. infamia. verb. ad-*

verte tamen. Pariſ. d. loco. Enriquez. in Summa. lib. 14. *cap.* 5. *num.* 3. *& in Gloſſa lit. O. P. Avila de cenſur. parte* 7. *diſput.* 4. *dub.* 5. *verſ. ſecundo quæritur.*

12 Generaliter ergo à Beneficiandis requiritur integritas & purita. Hinc dicunt canones crimen hæreſis, *can. odit.* 1. *qu.* 1. ſchiſma, *can. inter hæreſin.* 24. *qu.* 3. ambitus, *c. nobis. de Simonia. c. cum Clerici. de pact.* Majeſtatis læſæ, *c. ſalicis. de pœn. in* 6. ſacrilegii, *c. veneralibus. de elect.* falſi, *c. ad falſariorum. de crim. falſi.* perjurii, *c. querelam. de jurejur.* homicidii, *c. accedens. de accuſat. c. ad aures. de ætate & qualit. ordin. c. ult. de tempor. ordin.* & alia hujuſmodi crimina hominem beneficii incapacem reddere.

13 Et obſervandi hic ſunt canones & conſtitutiones, quæ cauſas propter quas amittitur beneficium; (De quibus poſtea plenius) continent: Nam quam ob cauſſam Clericus perdit Beneficium, ob eandem prohibetur adipiſci. *can. ult.* 15. *qu.* 1. *c. ſuper his. de accuſat. Duar. & Dartis, d. locis.*

14 Excommunicatis etiam, & iis quibus officio & miniſterio ſacri interdictum, conferri non poſſunt beneficia; *c. poſtulatus. de Cleric. excom. c. cum bonæ. de ætate & qualit. c. cum dilectus. de conſuetud.* necnon inter exulibus ſeu bannitis, ut vocant, quoniam Eccleſiis deſervire non poſſunt. *arg. c. ſuper inordinata.* 35. *de præbend. c. relatum.* 4. *de Cleric. non reſident.* Et ſic judicatum Tholoſæ Anno 1539. ut refert Petr. Gregor. *tract. de Benefic. cap.* 37. *num.* 10.

15 Sed hæc omnia ita ſunt accipienda, niſi Beneficiarius vel à Summo Pontifice, cui poteſtas & libertas hæc in re eſt pleniſſima; vel ab Epiſcopo, cui interdum & gratiam canonis facere permittitur, veniamve ſtitutionemque impetraverit. *c.* 2. *de Cleric. non ord. miniſtr. c.* 2. *de Clericis pugnant. in duell. ubi not. Duar. d. loc. in fin. Darius d. loc. in fin. Vid.* & in *tract. noſtro de perſon. Eccleſ. lib.* 3. *tit.* 18.

TITU-

TITULUS VII.

De Scientia, seu Literatura.

SUMMARIA.

1. *Literatura requiritur in Beneficiandis & Ordinandis.*
2. *Etiam si sint Monachi.*
3. *Nec dispensationi, etiam Pontificiæ, hic locus.*
4. *Partes Sacerdotis quæ.*
5. *Adhortatio ad Beneficiandos.*
6. *Qualis requiratur Scientia.*
7. *Qualis in Episcopo.*
8. *Quis præferendus Canonista, an Theologus.*
9. *Quæ in futuris Parochis requirat Concilium Tridentinum.*
10. *Juris Civilis studium interdixit Clericis Papa Honorius III.*
11. *Permisit Innocentius IV. & Concilium Basileense.*
12. *Prohibuit Clericis idem Honorius Medicinæ studium, sed quo sensu.*
13. *Omnes liberales disciplinæ Beneficiandis sunt utiles.*
14. *Peritia idiomatis loci in Beneficiandis requiritur præcipuè.*
15. *Propterea præferendus Indigena Externæ.*
16. *Hic admitti potest, si intelligatur in loco Beneficii.*
17. *Tanta non requiritur Scientia in Inferiorum Ordinum Clericis.*

1 SCientia ſeu Literatura in beneficiandis requiritur: *c. in cunctis. de elect. c. grave nimis. de præbend. Clem. 1. de ætate & qualit. ord. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18.* Ut & in Ordinandis *can. præcipimus. diſt. 34. can. illiteratos. diſt. 38. can. pœnitentes. diſt. 55. c. fin. de tempor. ordin. in 6.* Illiterati ſi ad miniſterium ſacrum promoti removendi. *c. ult. de ætate & qualit. ord.* Nam ſi Laicis prophaniſque hominibus doctrina eſt neceſſaria, profecto in iis qui præſunt cæteris, & ſe profitentur aliorum Doctores, intolerabilis eſt, nec ullam meretur veniam, inſcitia. *can. ſi in Laicis. diſt. 38.*

2 Et adeò Scientia deſideratur in Clericis, qui ordinandi ſunt, ut dum Monachis (quos literarum expertes eſſe poſſe conſtat) ſi promoveantur ad ordines, deſideretur: *d. c. fin.* & facta imperito collatio beneficii ſit nulla; iſque ab ordine ſit dejiciendus. Dicente Domino; *Quia tu repuliſti ſcientiam, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Oseæ cap. 4. & can. omnes. 6. in fin. d. diſt. d. c. ult.*

3 Adverſus quod Jus nihil poteſt Romanus Pontifex. Adveniret enim ejuſmodi diſpenſatio divinis legibus, & Apoſtolicis præceptis; quæ Eum proculdubio adſtringunt. *can. ſunt quidam. 25. q. 1. Dartis tract. de benef. ſect. 6. cap. 4.*

Ignorantiam ergò abjiciant Sacerdotes, veluti peſtem aliquam, inquit Iſidorus, &, ut legitur in Concilio Toletano, cunctorum errorum matrem. *can. ideo. 15. diſt. 37. can. 1. ignorantia. diſt. 38.*

4 Sacerdotis enim partes ſunt, non ſolum docere verbum Dei, ſed etiam contradicentes refellere, ac, ut ſcribit D. Paulus ad Titum *cap. 1.* ἐλεγχειν. Vult D. Petrus *1. epiſt. cap. 3.* eos omni poſcenti rationem de fide ſua reddere. Quæ abſque doctrina & eruditione præſtari nequeunt. *can. qui Eccleſiaſticos. diſt. 36.* Periculum enim eſt, ne ſi cæcus dux fuerit cæco, ambo cadant in foveam. *d. can. ideo. diſt. 37. can. quæ ipſis. diſt. 38. c. cum ſit. de ætate & qualit. ordin.*

5 Parent ergo Beneficiandi ſibi ſcientiam, non parcant ſtudiis, libris, vigiliis, meditationibus: ſequantur exemplar D. Pauli, qui ad pedes Gamalielis legem & Prophetas ſe didiciſſe teſtatur: *Actor. 22.* Admittant ejus hortationem ad ſtudium & lectionem. *Epiſt. 1. ad Timoth. cap. 4.*

cap. 4. Non moveat eos, quod cæteri Apostoli literas non didicerint. Erant enim, ut loquitur Isaias *cap.* 54. Theodidacti; Eisque, ut inquit, D. Hieronymus, Spiritus Sanctus suggerebat omnia.

Scientiam ergò requirimus in Beneficiandis, non tamen præcisè 6
eminentem; sed sufficientem: *c. nisi. vers. pro defectu. de renuntiat. c. cum nobis. de elect.* Eamque interpretantur, quæ sufficit explendis iis, quæ necessariò incumbunt cujusque officio & ministerio: ut definit Concilium Tridentinum *sess.* 23. *de reformat. cap.* 2.

Proinde alia desideratur in Episcopis, alia in Clericis; alia in Presbyteris, alia in cæteris Clericis & inter Presbyteros alia in his, qui Ecclesias regunt Parochiales, alia cæteris Presbyteris. *can.* 2. *qui Episcopus. dist.* 23. *can. nulli.* 4. *cum seqq. dist.* 18. *c. cum in illis.* 16. *de præbend. in* 6.

In Episcopo, tam spiritualium, quam sæcularium rerum scientia. 7
in princ. dist. 39. Debet enim, scribit Gregorius *Clero & Nobilib. Neapolitanis. lib.* 8. *epist. cap.* 40. talis hoc tempore in regiminis arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subjectorum utilitate & cautela, sciat esse solicitus. *can.* 1. *d. dist.* 39. Scribit idem Gregorius *lib.* 5. *Epistolar. epist.* 29. *seu cap.* 129. Secundino Servo Dei, de Mariano Episcopo, sic; *Dic ergo ei, ut cum loco mutet & mentem. Non sibi credat, solam lectionem & orationem sufficere, ut remotus sudeat sedere, & de manu minimè fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat, quia si hæc non habet, vacuum nomen Episcopi tenet.* Docetur id ipsum ex Ordine Romano, dum apponuntur, de quibus debet inquiri in persona Episcopi. *Quæ referuntur à Burchardo lib.* 1. *decret. cap.* 8.

Gratianus *in d. can.* 2. *qui Episcopus.* dicit inquirendum, ut sit natura prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, suis negotiis cavens, literatus, in Lege Domini instructus, in scripturarum sensibus cautus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. In judiciis causarum Ecclesiasticarum canones Ecclesiasticos à Summis Pontificibus editos servet. *c.* 1. *in fin. de constit. c.* 1. *de consang. & affin. can. nulli.* 38. *dist.* Legitimas institutiones noscat: *can.* 8. *statuimus. dist.* 61. In judicando potius sanctionibus & Legibus Pontificalibus adhæreat, quàm Sacræ paginæ Do-

ctorum etiam Sanctorum, explicationibus: Quia non habuerunt illi poteſtatem ſtatuendi, ſed tantum explicandi, quæ alia eſt. *in princ. dist.* 20. Legum ſæcularium, quibus Eccleſia utitur in temporalibus, cognitionem habeat. *can.* 8. *quoniam idem mediator. dist.* 10. *c.* 1. *de necessit. nunc.*

8 Notat Panormitanus *ad c. fraternitas. de Cleric. non reſident.* Quod in Epiſcopatu & prælatura obtinenda Canoniſta, cæteris paribus, præferri debeat Theologo. Notant Hoſtienſis & alii in *d. c.* 1. *de cognat. & affinit.* in diſſenſu an purus Theologus, an purus Canoniſta in Prælatum eligi debeat, potius eligendum purum Canoniſtam, ſi Eccleſia ab Hæreticis ſit remota, & pro majori parte in juriſdictione & cauſarum ventilatione conſiſtat; quia ex canonibus poteſt & ſpiritualibus & temporalibus provideri commodè: *can.* 1. *dist.* 10. Si Eccleſia vicina hæreticis, purum Theologum præferendum: *c. in causis. in fine. de testib. c. excommunicamus. §. si qui de hæretic.* Si tamen mixtus ex utraque ſententia concurreret, is utrique eſſet præferendus. *fac. Gloſſ. ad c. ſicut. §. verbo incontinenti. de elect. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap.* 37. *num.* 14. *per tot.*

9 In Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 2. ſtatuitur, ut quæ Eccleſias Parochiales in poſterum erunt aſſumendi, non ſolum ea quæ à Sacris canonibus requiruntur plenè ſint præditi, verum etiam ſcientia hujuſmodi polleant, ut muneris ſui neceſſitati poſſint ſatisfacere. Idque antea in univerſitate ſtudiorum Magiſtri, ſive Doctores, ſive Licentiati, in Sacra Theologia aut Jure Canonico, ſint promoti, aut publico alicujus Academiæ teſtimonio idonei ad alios docendos eſſe dantur. Quod ſi regularis fuerit, à ſuæ religionis ſuperioribus ſimilem habeant fidem. Et *in ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. ſtatutum, ne Archidiaconi fiant in Eccleſiis, niſi ſint Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores aut Licentiati in Jure Canonico. Et ne admittatur qui ad Dignitatem animarum habentes, niſi doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, commendetur.

10 An Epiſcopi & Sacerdotes ſcientia Juris Civilis poſſint eſſe imbuti, apud omnes non convenit. Certum eſt ejus ſtudium Sacerdotibus & Clericis Honorium III. interdixiſſe. *c. fin. Ne Clerici vel Monachi*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

His etenim opprobrium est, inquit Justinianus, si peritos velint ostendere disceptationum forensium. *l. repetita. 41. Cod. Episc. & Cleric.*

Si tamen jus Civile Sacerdos velit legere, non ut in foro versetur, & causas agat, sed ut ex illo æquitatis justitiæque fonte uberrimo, aliquid hauriat & deguſtet, quod conferat ad suam professionem, id non improbandum. *Duar. de benef. lib. 4. cap. 2. Dart. d. loco.* Nam ut de illo Doctrinarum orbe taceam, dicto à Græcis ἐγκυκλοπαιδεία; Jus Canonicum, saltem id quo nunc utimur, magna ex parte cum Jure Civili est conjunctum, ut absque eo nequeat tractari commodè.

Quapropter Innocentius IV. cum tota Synodo Lugdunensi fortè 11
non solum Beneficiariis juris studium permisit, sed & vacationes & immunitates ejus Studiosis est largitus: *c. 2. de privileg. in 6.* Et in Concilio Basileensi *in pragmat. sanct. tit. de numero. & qualit. Cardinal.* de Cardinalibus statutum sic; *Sint viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, & non minores triginta annis, Magistri, Doctores, seu Licentiati, cum rigore examinis in jure Divino vel Humano. Sit saltem tertia aut quarta pars de Magistris aut Licentiatis in Sacra Scriptura &c.* Et in concordatis Galliæ Baccalaurei & Doctores in Jure Civili promoventur ad Beneficia. §. 1. *de Regia ad Prælatur. nominat. §. præfatiq; ordinarii. & §. præterea. de collation. vid. Rebuff. tract. Nomination. qu. 21. num. 3. & ad §. si quis verò. ad verba ipso jure. de collation. in Concordatis.*

De Honorio III. scribit Juris Pontificii Interpres Goffredus Beneventanus, notans in Eo juris ignorantiam, Eum non aliter ac vulpem fecisse, quæ cum uvas vitis cujusdam proceræ decerpere diu frustra esset conata, tandem eas contempsit ac damnavit, quod sibi viderentur acerbiores. An rectè, affirmare nobis est religio.

Prohibuit Idem Honorius III. *eadem const. in d. c. fin. Ne Clerici vel* 12
Monachi. sub nomine Physicæ, studium Medicinæ. *arg. c. ad aures. 7. de ætate & qualit. ordinand.* Sed, ut diximus de Jure Civili, videndum, quorsum hoc studium amplectantur. Cum enim intentio Honorii sit amplificare Theologiæ studium, non est putandus Medicinæ studium interdixisse iis, qui eo consilio ei operam dant, ut Theologiam commodius ac felicius discere & docere queant. *Duar. d. loco.* Constat enim plurimum inde commodi atque ornamenti, sicut & ex reliqua Philosophia,

acce-

accedere poſſe ſtudio Theologiæ. Rectè ergo Synodus Baſileenſis *tit. de collation. §. inſuper. in Pragmat. Sanct.* Profeſſores Medicinæ minimè à Sacris Beneficiis eſſe arcendos putavit.

13 In ſumma, nulla eſt diſciplinarum liberalium, quamvis forte Ethnicorum contineatur libris, quæ non utilis ac neceſſaria Sacerdoti modum ea in re adhibeat & ad eum, ſcopum, de quo dictum, ſtudia ſua conferat. *can. turbat. diſt.* 37. Nec aliter Patres in Concilio Carthaginienſi IV. *cap.* 16. ſenſiſſe eſt veriſimile, cum Epiſcopo præcipiunt, ne gentilium libros legat. *can.* 1. *d. diſt.* 37. D. Paulus *epiſt. ad Titum, cap.* 1. vult Epiſcopum διδακτικὸν, id eſt, aptum idoneumque ad docendum: Id enim munus Epiſcopi eſt præcipuum. *c. inter cætera. de ſupp. ord.* At quomodo docere & explicare commodè poterit, ſi non diu verſatus fuerit in veterum auctorum lectione, eâque doctrinam magnam & variam ſibi comparaverit. Eam invidebat Chriſtianis Imperator Julianus, dictus Apoſtata. Dicere ſolebat, *teſtib. Ammiano Marcellino lib. 22. & 25. hiſtor. Theodoreto, lib.* 3. *hiſtor. Eccleſ. & lib.* 4. *cap.* 9. *Caſſiodoro in hiſtor. tripart. lib.* 6. *cap.* 17. *Propriis pennis configimur, ex noſtris enim libris arma capiunt, quibus in bello adverſus nos utantur.*

Quatenus verò Beneficiando ſit inſerviendum ſtudiis linguarum & ſcientiarum inferiorum docet Clementis V. conſtitutio in Concilio Viennenſi edita. *Clem.* 1. *de Magiſtr.*

14 Maximè adeſſe debet peritia idiomatis loci, in quo Eccleſiaſtes. Imperito enim idiomatis loci facta beneficii collatio non valet, *ut quæ Regula Cancellariæ de idiomate.* Non enim debet mitti ad populum ignarus linguæ. *Ezechiel. cap.* 3. Alioquin erit, quibus loquitur barbarus. *D. Paulus* 1. *ad Corinth. cap.* 14. Imò inutilis. Debet enim populo pabulum verbi. Nec ex ſolo pane vivit homo, ſed ex omni verbo quod procedit ore Dei. *c. inter cætera.* 15. *de offic. Ordin. D.D. Matthæi, Lucæ* 4. *Deuter.* 8. *Clem.* 2. *de ſepultur.* debet confeſſionem audire, peccata confeſſa diſtinguere, *c. omnes utriuſq; ſexus. de potent. & remiſſ.* omnia illiſque alia ſimilia ſine idiomatis intelligentia expediri nequeunt. *vid. can.* 1. *diſt.* 43. *c. quoniam in pleriſq;.* 14. *de offic. Ordin.*

15 Propterea decidunt Interpretes, inter plures Clericos, ſi omnes inter eos paria ſunt, indigenam loci eſſe præferendum. *can. nec enim*

12. *dist.* 61. *can. pen. dist.* 71. *L. in Ecclesiis.* 11. *Cod. de Episcop. & Cleric.* & in beneficiorum impetrationibus, datâ paritate, est loci indigena præferendus extero. *in Regula Cancellariæ.* 15.

Quisi intelligat & intelligatur in loco beneficii, si aliud non pro- 16
hibeat, censetur esse idoneus. *c. ad decorem.* 5. *de institut.* Nec enim locus, unde natus est Clericus, vel parentes eum commendant. *can. nos qui.* 3. *can. non loca.* 4. *dist.* 40. *can. undecunq;* 3. *can. nasci.* 5. *dist.* 56.

Hactenus quæ dicta sunt de Beneficiariorum eruditione sunt acci- 17
pienda de Episcopis & cæteris animarum Curatoribus quorum munus in docendo consistit. Nam cæteri inferiorum ordinum Clerici; puta Lectores, Cantores, quamvis literarum expertes esse non debeant, *Novel.* 6. *& Novel.* 123. eorum tamen inscitia non adeo Ecclesiæ est pernicosa, toleraturque in eis qualiscunque literatura; modò psallendi ac legendi sint periti, aut alias ad munus suum obeundum instructi. *not. in c. cum in cunctis. de elect. can. illiteratos. dist.* 37. *vide Tract. at. nostrum de person. Ecclesiast. tit.* 16. *lib.* 2. *de qualit. ordinand. num.* 16. *cum seqq.*

TITULUS IIX.

De Ætate Legitima.

SUMMARIA.

1. *Ætas in conferendis Beneficiis consideranda.*
2. *Ratio.*
3. *Consideratur vel ratione consequendi Ordinis, vel ratione Beneficii, cui Ordo annexus.*
4. *Ratione Ordinis cur.*
5. *Quid si Beneficium ante ætatem ad Ordinem ejus requisitam fuerit impetratum.*
6. *Ratione Beneficii, cui Ordo annexus, cur consideretur ætas.*
7. *Distinguendum quoad ætatem, inter Ordines Minores & Majores.*

8. *Ad illos quæ definita.*
9. *Ad hoc, alia definita ante Concilium Tridentinum, alia per illud.*
10. *Quæ ante.*
11. *Quæ per Concilium.*
12. *Multa hic per Concilium innovata.*
13. *Quæ circa Beneficia Simplicia.*
14. *Quæ circa Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis.*
15. *Quæ circa Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ.*
16. *Quæ circa Beneficia Curata & Dignitates curam animarum annexam habentes.*
17. *Quæ circa alia Beneficia Ordinem ſacrum annexum habentia.*
18. *Quæ circa dignitates vel Perſonatus, quibus nulla ſubeſt animarum cura.*
19. *Plerunq; longius tempus præfinitum eſt Beneficio obtinendo, quam Ordini aſſequendo.*
20. *Quæ ætas requiratur in Abbatiſſis &c. olim & hodie.*
21. *Quæ in Prioratibus Conventualibus.*

1 ÆTatis quoque eſt habenda ratio in Beneficiis conferendis. Etenim D. Paulus præcipit Timotheo, ut nemini citò manus imponat. 1. *ad Timoth. cap.* 5. *Quid eſt*, inquit Papa Leo *in epiſt.* 85. *cap.* 1. *ad Epiſcopos Africanos, manus citò imponere, niſi ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, aut experientiam diſciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatus, quid eſt.* 3. *diſt.* 78.

Ferunt Salvatorem noſtrum Johanni, quem habebat maximè charum, ideò prætuliſſe Petrum, quod hic eſſet ſenex, ille admodum juvenis.

D. Paulus tamen præfecit Eccleſiæ Timotheum, admodum ſe veneri-

venem: quia intelligebat eum esse prudentia simili, eximiâque pietate & doctrina præditum: & tum adhuc nulla regnabat in Ecclesia ambitio.

Nam ut ambitio Romanis veteribus, teste Cicerone, attulit leges annales, ut gradus essent petitionis inter æquales: sic canones Ecclesiastici ætatem ministrorum definientes, ex vitiis hominum videntur esse profecti. *Duar. de benef. lib. 4. tit. 9.*

Eorum constitutio & observatio Ecclesiæ perutilis & necessaria; 2
præsertim in muneribus majoris momenti. Ratio enim & utilitas suadet, ut Ecclesiæ clavum teneat potius senex aliquis, jam maturus, ac, ut Homerus ait, παλαιά τε πολλά τε εἰδὼς, quam juvenis rerum imperitus.

Estque illud præceptum in omni parte Reipublicæ maxime tenendum, nec unquam sine gravi necessitate violandum.

Videamus igitur quæ *ætas Beneficiandis* Legibus & Canonibus sit definita olim, quæ hodie post Concilium Tridentinum, requisita.

Præmittendum, *Eam considerari dupliciter;* Vel *ratione consequendi ordinis;* Vel *ratione Beneficii cui annexus ordo.* *Ratione Ordinis;* Quia vix invenitur, ut non sit annexus ordo beneficio; veluti Episcopatui, Abbatiæ, Præposituræ, Decanatui, Archipresbyteratui, Presbyterii ordo annexus est; Archidiaconatui ordo Diaconatus; ut si tempore quo eligebantur, aut eis conferebatur beneficium, non erant Diaconi vel Presbyteri, brevi fiant. *c. 1. c. præterea. 5. c. à multis. 9. de ætate & qualit. ord. c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. de elect.* 3 4

Quod si dicti, beneficium impetraverint, non habentes ætatem ad ordinem beneficio annexum requisitam, impetratio, si facta absque dispensatione, est ipso jure nulla. In impetrationibus enim tempus datæ inspicitur: *c. si eo tempore. 9. de rescript. in 6.* 5

Et si fortè ante ætatem ad suscipiendos ordines destinatam & præfinitam, quibusdam fuerint ordines collati, ii non propterea habebunt, ordinum executionem. Dispensabitur tamen cum eis quoad beneficium, ne sustentatione privati revertantur ad seculum. *c. vel non est compos. 14. de tempor. ordinat. & arg. can. 39. studeat sanctitas tua. dist. 50.*

Ratione beneficii consideratur Ætas; Quia interdum non requiri- 6

tur ordo in beneficio, vel ſaltem ſufficit quilibet ex inferioribus: ut poſtea infra.

Contingit etiam aliquando, ut quis habeat ordines ſine beneficio veluti ſi ſine titulo (quod tamen prohibitum. *c. 2. c. Epiſcopus. 4. c. cum ſecundum. 16. de præbend. & dignit.*) vel ad titulum patrimonii ſuerit ordinatus. *d. c. Epiſcopus. 4. c. tuis quæſtionibus. 23. eod.*

7 Quoad *Ætatem* ad ordines aſſequendos requiſitam, diſtinguendum *inter minores ordines*, & ſacros ſeu *majores*.

8 *Ad minores*, ſeu inferiores, etiam primam tonſuram; requiritur ſeptennium; *can. de his. juncta Gloſſ. verb. infantia. diſt. 27. can. in ſingulis. diſt. 77. c. fin. de tempor. ordin.* excepto Acolytatu, qui requirit annum duodecimum completum: *d. can. in ſingulis.* Nec hic quid per Concilium Tridentinum mutatum. *Vide tract. noſtr. de perſon. Eccleſ. tit. 16. lib. 2. de qualit. ordin.*

9 Quoad *Ordines majores* ſeu ſacros; *alia* definita Ætas in ſingulis olim *ante Concilium* Tridentinum, alia *per illud*.

10 *Ante;* Ad Subdiaconatum priſcis temporibus annorum viginti. *can. Subdiaconus. diſt. 77. poſtea* octodecim; *Clem. fin. de ætate & qualit.* ad Diaconatum *olim* viginti quinque, *can. placuit. cum ſeqq. d. diſt. poſtea* viginti. *d. Clem.* Secundum Juſtinianum ad utrumque. *Novel. 123.* viginti quinque: Ad Presbyteratum *olim* triginta, *can. 1. & per tot. diſt. 78. can. in veteri. in fin. can. Epiſcopus. diſt. 77. poſtea;* & ſecundum Juſtinianum, *d. Novel. 123.* & Jus Canonicum, ex neceſſitate, viginti quinque. *can. fin. d. diſt. 78. d. Clem. fin.* Ad Epiſcopatum, triginta. *c. cum in cunctis. 7. in princ. c. cum nobis. 19. verſ. de legitima. de elect. Gloſſ. in d. Clem. fin.* Quod primò Concilio Agathenſi, deinde Lateranenſi eſt conſtitutum. *d. can. Epiſcopus. d. c. cum in cunctis. in princ.* quamvis Juſtinianus *in d. Novel. 123.* tempus annorum triginta quinque ſtatuat.

Annus trigeſimus ætatis deſiderabatur in Epiſcopo; Quod eodem anno fieret ordinatio Presbyteri olim: *can. 1. 2. 9. diſt. 77. juncta tot. diſt. 78.* Quod Chriſtus Dominus noluerit ante dictum annum prædicare; *can. 4. d. diſt. 78.* ut nec ejus præcurſor Johannes Baptiſta. *L. can. 4. verſ. hoc regulare.*

Et tamen legitur in Eccleſia Orientali imperante Conſtantino Le-

onis

onis Filio Theophylactum annos natum sexdecim factum Patriarcham & sub Pædagogis degisse: Ut hodie quoque in Ecclesia Occidentali plerique, saltem designati Episcopi, sub Pædagogis degunt. *Dartis de benef. sect. 4. cap. 5. de ætate ordin.*

Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformat. cap. 12.* assignavit 11
Subdiaconatui viginti duos, Diaconatui viginti tres, Presbyteratui viginti quinque annos, inceptos. *Gloss. ad d. Clem. fin. & ibi Dd.* non, ut olim, *d. can. 1. dist. 78. d. c. cum in cunctis. d. can. in singulis*, completos. *Hieron. Roderic. in compend. quæst. regular. resolut. 106. num. 9.*

Quo ad ætatem ad beneficia assequenda requisitam multa etiam 12
per Consilium Tridentinum sunt innovata; hic, cum jure veteri, referenda: eaque, vel circa *Beneficia Simplicia*; vel *Canonicatus* ordinem non habentes annexum; eosque ad *Ecclesiæ Cathedralis*, aut *Collegiatæ*: vel *beneficia curata* & Dignitates curam animarum annexam habentes; vel *alia Beneficia* ordinem sacrum annexum habentia: vel *Dignitates* aut *personatus* quibus nulla subest animarum cura.

Ad *Beneficia Simplicia*; jure antiquo tantum requirebatur ætas 13
annorum septem; *Gloss. in c. si eo tempore. verb. ætatem. & ibi Franchus & alii. de rescript. in 6. Rosiniac. de benefic. cap. 2. num. 23. & 29. Hojedam. de incompatibil. benefic. cap. 24. num. 23.* modò non sonarent in nomen rectoriæ, nec requirerent consilii maturitatem. *Abbas post alios in d. c. super inordinata. de præbend. num. 4. Selva de benefic. part. 3. qu. 5. 2. qua. Covaruv. de benefic. cap. 3. num. 2.* Hodie, ex decreto Concilii Tridentini, *sess. 23. de reform. cap. 6.* annorum quatuordecim; nisi in fundatione aliud fuerit expressum: *S. Congreg. refer. Emanuel Sá. verb. Beneficium. num. 3. Gonzal. ad reg. Cancell. reg. Mensium. Gloss. 5. num. 9. Garcias de benefic. part. 7. cap. 4. num. 10.* completorum, secundum dictum Concilium: *Mandos. de ætate minore. cap. 4. num. 15. cap. 5. num. 55. Tusch. conclus. 318. lit. E. tom. 3. num. 10. & 13.* inceptorum, secundum Congregationem Cardinalium. *Henriquez in Summa. lib. 10. de Sacram. Ordinis. cap. 19. §. 2. Zavallos qu. 523. num. 4. & qu. 593. num. 18. Gonzalez. d. loco, num. 90. & 95. Lessius de Just. & Jure. lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 109. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. qu. 8. & 9.*

14 Ad *Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis*, ordinem annexum non habentem, quæ requiſita fuerit ætas, fuit controverſum olim: Sufficiſſe ſeptennium; *arg. c. ex eo. de elect. in 6. volunt Gloſſ. in verb. tua. & in l. c. ſi eo tempore. verb. ætatem. & in c. ſtatutum. verb. Canonici. de reſcript. in 6. & ibi* Franchus & Com. Dd. Felin. *in c. ex inſinuatione. de Simonia. num.* 2. aliique: requiſitam ætatem annorum quatuordecim: Hoſtienſ. Abbas *in d. c. ſuper inordinata. num.* 4. Archidiacon. *in d. c. ſi eo tempore. & d. c. ex eo.* Felin. *in c. cum vigeſimum annum. de offic. deleg. num.* 9. Guil. Boned. *in repet. c. cum Raynutius. de teſtam. num.* 60. Corraſ. *d. cap.* 3. *num.* 2. Selva *d. loco, num.* 26.

Quæ controverſia hodie ceſſat ex Concilii Tridentini decreto *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. ubi decernitur; Quod nemo deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, niſi qui eo ordine ſacro, aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus à jure ſtatutum: ſcilicet, intra annum, *ut in ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 4. initiari valeat: Et quod in omnibus Eccleſiis Cathedralibus omnes canonicatus ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel ſubdiaconatus ab Epiſcopo cum conſilio Capituli deſignandum ac diſtribuendum, prout viderit expedire.

Unde cum hodie, ut ſupra diximus, ex eodem Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 12. ad Subdiaconatum requiratur annus vigeſimus ſecundus, ad Diaconatum vigeſimus tertius, ad Presbyteratum vigeſimus quintus; incepti, ut Congregatio Cardinalium ſuper eo declaravit; *ut tradit Navarrus in manuali cap.* 35. *num.* 116. *Gutierrez. Canonicar. Quæſt. lib.* 1. *cap.* 26. *à num.* 8. *Enriquez. ſupra §.* 2. qui voluerit obtinere canonicatum aut portionem Eccleſiæ Cathedralis, ſi non eſt initiatus illo ſacro ordine, quem canonicatus aut portio habet annexum, debet eſſe in ætate ad talem ordinem requiſita. Et ſic, ſi habet Subdiaconatum annexum, habere debet unum & viginti annos, ſeu quod idem, eſſe major uno & viginti, ita quod vigeſimum ſecundum attigerit: &, ſi annexum habet Diaconatum, debet habere annos viginti duos, ſeu eſſe viginti duobus annis major; ita ut intraverit vigeſimum tertium; &, ſi annexum habet presbyteratum; debet habere annos vi-

gint

ginti quatuor, & attigisse vigesimum quintum. *Hojeda d. cap. 24. num. 16. Majolus de irregular. lib. 1. cap. 30. num. 12. Zerola in praxi Episcop. parte 1. verb. Canonica. §. 2. & 9. Enriqu. d. §. 2. vid. Garc. d. loco, num. 23. cum seqq.*

In Ecclesia autem, in qua nec ante, nec post Concilium Tridentinum facta designatio & annexio sacrorum ordinum, & sic canonicatui nullus ordo sacer assignatus, qui canonicatum vel portionem consequi vult, debet habere ætatem ad Subdiaconatum requisitam. *Hojeda d. loc. num. 16. Majolus d. cap. 30. num. 11. cum seq. Azor. d. qu. 5. vers. verum. S. Congreg. in una Algarbiensi. & in alia addict. cap. 12. Concilii. num. 17. vers. Sineq.*

Ad *Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ*, qualiscunque, ut & alia be- 15
neficia, sufficit attigisse annum decimum quartum. *Zerola d. verb. Canonica. §. 9. Enriqu. d. cap. 19. §. 2. Cechus de Republ. Christiana. cap. 24. de Canonia. num. 3. vers. 5. Azor. d. cap. 5. qu. 6.*

Ad *parochiales Ecclesias* seu *Curata Beneficia*, & *Dignitates* quas- 16
cunque quibus cura subest animarum, debet promovendus ætatis annum vigesimum quintum attigisse. *d. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c. licet canon. 14. eod. in 6. Concilium Trident. d. sess. 24. de reform. cap. 12. Corras. d. loco, num. 3. Hojeda d. loc. num. 19. Flamin. Paris. lib. 4. de resignat. cap. 9. num. 16. & cap. 11. num. 14.*

Hinc eadem ætas requiritur in Abbate. *Corras. d. loco, num. 7. Hojeda num. 11. Quintana dvennas Ecclesiasticon lib. 1. cap. 6. num. 11. Majolus d. cap. 30. num. 30. Henriqu. d. loc. §. 3. Guil. Benedict. supra num. 19. vid. Tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 14. lib. 3. de Abbatib.*

In *beneficiis aliis*, non tantum presbyteratus, *Joan. Andr. in d. c. ei* 17
cui. Rom. cons. 370. sed quibuscunque, *Archidiac. Calder. Joan. de Lignano. Imola, Dominicus, Franchus in d. c. ei cui. num. 14. & ibi Probus ad Monachum num. 1. Lambert. 1. par. 2. lib. qu. 7. art. 27. num. 8. de jure patron.* ordinem sacrum annexum habentibus, licet non actu, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel privilegio; requiritur ætas ad ordinem annexum requisita. *c. is cui. 29. c. cum in illis. 16. & ibi Gloss. verb. provideri. de præbend. in 6. Gloss. in d. c. si eo tempore. verb. ætatem. & ibi Franchus num. 10. de præscript. in 6. Rota decis. 1. num. 3. de præbend. in novis.*

novis. Rebuff. in praxi. tit. requiſita ad collationem bonam. num. 33. & 34. & in repetit. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. 3. notab. Hojeda ubi ſupra num. 20.

18 Ad *dignitates* vel *perſonatus*, quibus animarum curanulla ſubeſt, jure antiquo eadem ætas, quæ in curatis, requiritur: *d.c. cum in cunctis. §. inferiora. ubi Abb. num. 3. Dec. num. 11. Franch. in d.c. ſi eo tempore num. 10. & in c. un. de ætate & qualit. & ord. præſic. in 6. Dart. tract. de benef. 4. cap. 5. verſ. in dignitatibus.* ita tamen ut cum majoribus viginti annis poſſet Epiſcopus diſpenſare. *d.c. un. Dart. d. loc. Garc. d. loco, num. 54.* Concilium Tridentinum *d.c. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* requirit ad dignitates quaſcunque, *vide Garciam d. loco, num. 62. cum ſeqq.* annos viginti duos. Nec Epiſcopo permittitur diſpenſatio. *Rebuff. d. tit. num. 41. Navarr. d. cap. 85. num. 116. Azor. d. cap. 5. qu. 9.* Annos ſo ta completos, *Mandoſ. tract. de ætate minor. cap. 5. num. 10. Gloſſ. in Clem. Generalem. verb. in decimo octavo. Abb. in d.c. cum in cunctis. num. 6. Felin. in d.c. cum vigeſimum. num. 1. de off. deleg. S. Congreg. de die 24. Septemb. 1595. Diſſ. Zerola in praxi Epiſc. d. verb. beneficia. §. 1. verſ. dignitates. Enriquez. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fin. Gloſſ. 10. Eman. Sa num. bo Beneficium. num. 41.*

19 Animadvertendum de ætate circa Beneficia, plerunque longum tempus præfinitum eſſe Beneficio obtinendo, quam aſſequendo Ordini; ut ecce, in Epiſcopis, ut dictum, exactus annus trigeſimus: *d. cum in cunctis.* in Francia vigeſimus ſeptimus: *ex concord. §. 1. de Regia ad Præſatur. nominat. facienda.* & tamen, ut diximus, licet aſſequo Presbyteratus ordinem in anno vigeſimo quinto. *Dart. d. loco. verſ. ætate.*

Similiter nemo Archidiaconatum obtinere poteſt, qui non vigeſimum quintum ætatis annum attigerit; *d.c. cum in cunctis.* ut dictum & tamen Diaconatus ordo, qui eſt annexus Archidiaconatui, poteſt, ut diximus, obtineri anno ætatis vigeſimo tertio. *Dartis d. loco. verſ. ſimiliter.*

Ætas eadem quæ requiritur in Epiſcopis, & requiſita in Cardinalibus, *ſec. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. verſ. ea vero omnia. & ſeſſ. 22. de reform. cap. 2.* omnibus; excepto Da-

Diaconis. Quos sufficit esse annorum viginti duorum. *ex constitutione Sixti V. Garc. d. loco, num. 78. cum seq.*

In Abbatissis & Prioriſſis desideratur annus ætatis quadragesimus; 20
sec. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 7. Olim sexagesimus. *can. Juvenculas. 20. qu. 1.* Ut & in viduis, quæ in Diaconissarum ordinem referebantur: *D. Paulus 1. epist. ad Timoth. cap. 5.* Quod & postea mutatum; *can. 15. Synod. Chalcedon. & can. 14. IV. Synodi in Trullo* & ordinatus annus quadragesimus. *Vide Tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 5. lib. 2. de Diaconissis.*

In Prioratibus Conventualibus desideratur annus vigesimus quin- 21
tus; nisi cura animarum regatur per alios quam Priores; & tum viginti anni completi sufficiunt. *c. 1. §. cæterum. de statu monach.*

Animadvertendum, quod provisio facta non habenti ætatem integram, *Sanchez. de matrim. lib. 11. disput. 16. num. 4.* in beneficio requisitam, sit nulla. *Flam. Pariſ. de resignat. benefic. lib. 4. qu. 9. num. 20. cum seqq. Emanuel. Rodrig. in Sum. 1. tom. cap. 30. num. 1. Vega in Sum. 1. parte, cap. 36. casu 5. & 21.* Etiam in conscientia. *Ledesma in Sum. 2. parte, tract. 7. cap. 23. conclus. 7. difficult. 17.*

Numeranda ea non à die conceptionis, *ut vult Glossa Regulæ Cancellariæ 17.* sed nativitatis. *Covarruv. in 42. part. cap. 8. §. 2. num. 3. Molin. de Just. & Jure, tomo 2. disput. 573.*

TITULUS IX.

De Cælibatu.

SUMMARIA.

1. *Cælebs unde dictus.*
2. *Quis.*
3. *Cælibem vitam non imposuere Clericis Apostoli.*
4. *Non Sancti Patres.*
5. *Quidam Apostoli fuerunt conjugati: ut & Episcopi tempore Justiniani.*

6. *In Occidentali Eccleſia cœlibatus introductus.*
7. *Admiſit & olim Orientalis: rejecit poſtea.*
8. *Quid in Concilio Ancyrano, aliisq; ſtatutum.*
9. *Quid juris hodie.*
10. *Quæ ejus ratio.*
11. *Conjugati qui hic intelligantur.*
12. *Quid ſervetur circa Clericos qui cœlibes vel Clerum admittuntur.*

1 COelebs, ſecundum Feſtum *lib.* 3. dictus, quod vitam cœlo dignam gereret.

2 Eſt vel qui nunquam uxorem habuit, vel habuit, ſed jam non habet.

3 Talem vitam Sacerdotibus & Clericis imponere veriti fuere Apoſtoli. Qui dicunt in can. 5. *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, uxorem ſuam prætextu religionis non abjicito: ſi abjicit, ſegregator à communione; ſi perſeverat, deponitor.* Et in can. 50. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quivis omninò de Sacerdotali conſortio, nuptiis, & carnibus, & vino abſtinuerit, non propterea, quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem: oblatus, qui omnia pulchra valdè, & quod maſculum & fœminam Deus creavit bonum, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei, vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex Eccleſia rejicitor.*

4 Veriti & Sancti & antiqui Patres, ut conſtare x Concilio Gangrenſi; *can. 4. relato in can. ſi quis diſcernit. 15. diſt. 28.* & ex ſexto Synodi *cap. 13. relato in can. quoniam. 13. diſt. 31.* & ex Synodo Nicæna: *can. Nicæna. 12. diſt. 31.* Nam ut ſcribit Sozomenus *lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 22.* cum in Nicæna Synodo vellent aliqui Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis uxorum ſuarum uſum interdicere, exurgens quidam nomine Paphnutius contradixit, honeſtam rem conjugum eſſe contendens, & caſtitatem cum propria uxore concubitum. Cujus ſententiam Synodus laudavit & amplexa eſt.

5 Sed & ipſi Apoſtoli Chriſti, Petrus, Philippus, & alii, legun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uxores habuisse. *Euseb. lib. 3. histor. Eccles. cap. 30.* Imperator Justinianus laudat Epiphanium Patriarcham Oecumenicum, quod ducat genus & originem ex Sacerdotibus. *Novel. 3. in epilogo.* Et Harmenopulus *lib. 4. procl.* de Lege Clericis matrimonium interdicente differens, utitur verbo ἀκριβείας, τῆς ἀκριβείας νόμου, inquit, τῆς κληρικῶν, id est, de rigore Legis, quæ de Clericis lata est, quandoquidem Legislator ἡσυχάζῃ, ut puto, & cum natura pugnare ipsi videbatur.

Tandem eo res devenit, ut Occidentalis Ecclesia susciperet votum castitatis in iis qui in sacris essent constituti; in his verò qui in minoribus, licita essent conjugia. *can. 1. d. can. quoniam. 13. dist. 31. can. 3. can. seriatim. 14. dist. 32.* 6

Orientalis Ecclesia prioribus quidem temporibus admisit cælibatum æquè ac Occidentis. Scribit D. Hieronymus *adversus Vigilantium: Quid facient Orientis Ecclesiæ, quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ? quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, & si uxores habuerint, mariti esse desierunt.* Posterioribus temporibus longè aliud censuit, & Votum castitatis non suscepit. *d. can. quoniam. 13. d. can. seriatim. 14. c. cum olim. 6. de Cleric. conjugat.* Placuit tamen, ut secundum illud quod temporibus Apostolorum obtinebat, ut constat *ex can. ex his qui. 25. Apostol.* & adhuc quoque obtineret; Nempe ut ante susceptos sacros ordines liceret ducere uxorem, post susceptos non liceret. *can. 6. Synodi in Trullo.* 7

Constitutum tamen fuit in Concilio Ancyrano, ut Diaconi tantum (Nam de Presbyteris mentio est nulla) si in ipsa fuissent protestati ordinatione, se velle contrahere matrimonium, nec se continere posse, postea uxores ducere possent, & nihilominus manere in ministerio. *can. Diaconi. 8. dist. 28.* 8

Adde quod Presbyteri, quamvis adversus votum in ordinatione factum & professionem expressam duxissent uxores; tantum, nisi Episcopus voluisset ipsis facere gratiam; excommunicabantur. *Concil. Chalcedon. can. 16.* aut à ministerio Sacerdotioque summovebantur *Neocæsar. Concil. can. 1. Novel. 22.* nec ideo dirimebatur matrimonium. *can. nuptiarum. 27. qu. 1. can. quidam. dist. 27.*

Hodie autem jus ita est constitutum, ut conjugati nullo modo ordinen- 9

dinentur, nec ad Beneficia aut Dignitates Eccleſiaſticas adſpirent. c.2. *c. diverſis fallaciis. c. cum decorem. de Cleric. conjugat. fac. c. un. verſ. in cæteris autem. eod. in 6. Lambertin. de Jure patron. 1. part. lib. 2. qu. 7. art. 3. Hojeda de incompatibil. beneficiorum. part. 1. cap. ult. num. 76. & ſeq.* adeo ut etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant: c. 1. *c. diverſis fallaciis. eod. & ibi Gloſſ. & Dd.* Nec Epiſcopi diſpenſationi hic locus, etiamſi beneficium ſit ſimplex. *Abbas in c. Johannes. eod. num. 7. Selva de benefic. part. 1. qu. 7. num. 18. Lambert. ſupra num. 8. Prob. ad Monachum. in c. nullus. de tempor. ordinat. num. 14. & 15. Hoſtienſ. Cardin. in d. c. Johannes.* Secundum ſententiam communem. *Capra reg. 57. num. 48. & 49.* Cum contra jus, niſi in caſibus expreſſis, diſpenſare nequeat. *Dd. in c. at ſi Clerici. §. de adulteris. de judic. Suar. 5. tom. de cenſur. diſp. 6. Act. 4. num. 7. & diſput. 7. ſect. 4. Garc. de benef. part. 11. cap. 6. num. 344.*

10 Fortaſſis iſtius juris Authores ſunt veriti, ne graviſſima matrimonii onera, muneris Eccleſiaſtici impedirent functionem: Nec immerito. *Negotium habere qui volet*, inquit Plautus, *Navem & mulierem hæc duo ſibi comparato.* Cicero rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ, duceret ſororem ejus, omnino facere ſuperſedit, dicens: *Non poſſe ſe uxori & Philoſophiæ pariter operam dare; teſte Hieron. in Jovinian.*

11 Conjugatos accipimus, qui verbis in præſens tempus concepta contraxerunt nuptias, quamvis fortaſſe non ſecutus fuerit concubitus. *Extr. antiquæ. de voto. Not. in c. 1. de Cleric. conjug.*

12 Quod ad eos attinet, qui cœlibes in Clerum admittuntur, hoc jure utimur; ut lectores, cantores, & qui conſtituti in ordinibus inferioribus, nec conſcenderunt uſque ad Subdiaconatum, ducere poſſint uxorem, matrimoniumque ita contractum teneat; niſi obſiſtat cauſſa aliis beneficia vero ſua minimè retineant, ſed vacare dicantur ſtatim. *c. 1. & 5. de cleric. conjug. ubi Gloſſ. Duar. de benef. lib. 4. cap. 5. Dartis eod. tit. ſect. 4. cap. 5.*

TITU-

TITULUS X.

De Digamis.

SUMMARIA.

1. *Digamus à Beneficiis repellitur.*
2. *Digamus quis.*
3. *D. Pauli voluntas.*
4. *Ethnicorum observantia.*
5. *Polygamia etiam Ethnicis incontinentiæ argumentum.*
6. *Polygamis olim pœna imposita.*
7. *Ad pœnitentiam publicam adstricti.*
8. *Ratio.*
9. *Ob eam Digami ad Sacerdotium non admissi.*
10. *Aliam adfert D. Thomas.*
11. *Remoti etiam Digami olim ab inferioribus Ordinibus.*
12. *In inferioribus Ordinibus constituti ducentis uxorem, quæ pœna vetus & nova.*
13. *Polygamia de Jure Civili non initiatis permissa.*
14. *Dicta de Digamis locum obtinent in ducentibus viduas; ob rationes tres.*
15. *Quæ prima.*
16. *Secunda.*
17. *Tertia.*
18. *Eadem obtinent in ducente Concubinam, ejectam, meretricem, ancillam.*
19. *Quæ illæ.*
20. *Dicta obtinent in uxorem adulteram retinente.*

21. *An poſsit cum iis diſpenſare Papa.*
22. *An pro Bigamo habendus, qui ante Baptiſmum habuit conjugem.*
23. *Quid hic ſtatuerit Papa Zozimus.*

1 QUamvis, ut præcedenti titulo diximus, ad Sacerdotium, & ex eo ad Beneficium, veteribus canonibus admittatur conjugatus, tamen repellitur *Digamus. can.* 1. *& 2. diſt.* 34. 1. 2. 3. *de Digam.* Habetur enim pro mero Laico omnique Clericali privilegio privato. *c. un. eod. in* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 17. *in fin.*

2 Digamum vocamus, non qui duas habet vel habuit uxores eodem tempore, quod nunquam in Eccleſia Catholica fuit permiſſum Romano autem jure ſemper vetitum; *l.* 2. *Cod. de inceſt. nupt.* ſed diuersis temporibus diverſis. Sic enim *can.* 16. *Apoſtol.* habet; *Qui poſt Baptiſmum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit, ſi Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut deniq; in conſortio Sacerdotali eſſe non poteſt.* Cui Conſtitutiones Imper. Juſtiniani ſunt conſentaneæ *Novel.* 6. *Novel.* 22. *Novel.* 123.

3 Vult Apoſtolus Paulus, ad Timotheum & Titum ſcribens, Epiſcopos & Diaconos eſſe unius uxoris viros; *epiſt.* 1. *ad Timoth. cap.* 3. *& ad Titum cap.* 1. Idem ad Timoth. *d.* 1. *cap.* 5. inquit; *Vidua eligatur, quæ unius viri uxor fuerit. Vide Gratianum per tot. diſt.* 26.

4 Sic & apud veteres Romanos adhuc gentiles, & gentes alias, Digam repellebantur à Sacerdotio. D. Hieronymus *epiſt. ad Geruntium* dicit; *Hierophanta apud Athenas eviratur, & æterna debilitate ſit caſtus. Flamineaque, quæ mariti eligitur uxor. Ad Tauri Ægyptii ſacra ſemel maritus aſſumitur. Flamen unius uxoris ad Sacerdotium admittitur.*

5 Nam etſi divino humanoque Jure polygamia, incontinentiæ vitandæ cauſsâ, ſit permiſſa; tamen ut cujuſdam incontinentiæ immolatæ argumentum, & à Gentilibus, & à veteribus Patribus, non ſatis honeſta eſt judicata. Sic *Portia*, inquit D. Hieronymus *in Jovinianum*, cum

cum apud eam laudaretur quædam bene morata, quæ secundum habebat maritum, respondit, Fœlix & pudica nunquam præterquam semel nubit.

Imò olim plures nuptias contrahentibus pœna fuit imposita. Ca- 6
non 3. Neocæsar. Concil. sic loquitur: *De his qui frequenter uxores ducunt, & de his, quæ sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ* (scilicet publicæ, *secund. can. 1. Concil. Laodicen.*) *iis constitutum, manifestum est, sed conversatio & fides eorum tempus abbreviat, &c. can. 8. de his. 31. qu. 1.* Dicti Concilii Laodiceni *can. 7.* vetantur Presbyteri Digamorum nuptiis interesse, ne præsentia sua illis suffragari videantur, *d. can. de his. §presbyterum.* Et Synodo Ancyrana *can. 19.* jubetur, ut qui virginitatem, quam Deo spoponderant, violarint, eadem qua Digami pœna coërceantur.

Apparet ergo Digamos ignominia olim notatos, & ad pœniten- 7
tiam, sed eam per brevem, atque tolerabiliorem fuisse adstrictos.

Chrysostomus, seu Auctor operis imperfecti in Matthæum *homil.* 8
32. inquit: *Hac ratione & Apostoli præceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli licitum est, secundum autem veritatis rationem vetè scortatio est. &c. can. 9. hac ratione. 31. qu. 1. Quem tamen textum dicit Bellarminus de Sacram. Matrim. lib. 1. cap. 9. ex corrupto ab hæreticis opere temere à Gratiano esse desumptum.* D. Augustinus *supra 1. Paulī epist. ad Corinth.* inquit; *Nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, ut quoties voluerint, nubant, nec ex corde meo quotuslibet nuptias condemnare. can. ult. 31. qu. 1.*

Hæc ratio movit antiquos Juris Pontificii Auctores, ut Digamos 9
ad Sacerdotium non admitterent. *Quomodo enim potest hortator viduitatis esse apud Populum, qui & ipse conjugia frequentaverit;* inquit D. Ambrosius *in lib. de Offic. can. una. 4. dist. 26.*

Affert D. Thomas *quæst. 66. art. 1. in addition. in 3. Summæ par-* 10
tem. rationem aliam; Nempe hanc: Quod ordinatus Clericus, per Sacramentum Ordinis, Sacramentorum constituatur Minister. Quem convenit in Sacramentis nullum pati defectum. Is est, quando Sacramenti significatio non reperitur integra; ut in proposito Sacramentum matrimonii significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam; quæ est una

ad

ad unum. *c. debitum. 5. de Bigamis.* Jam ſi Sacerdos plures habuerit uxores, & ſic carnem ſuam diviſerit in plures, non fuit ipſe uxoris unus, & idcirco Sacramenti matrimonii ſignificatio non erit in eo: propterea que eſt conſtitutum, Bigamiam, quæ tollit ejuſmodi ſignificationem, inducere irregularitatem.

11 Nec verò tantum Digamos removerunt veteres à Sacerdotio, ſed etiam ab aliis Ordinibus inferioribus. *can. ſi quis viduam. can. cognoſcimus. diſt. 32. can. maritum. diſt. 33.*

12 Adeo ut, ſi in Inferioribus Ordinibus conſtitutus, duxerit uxorem alteram, ordinatio fiat ſtatim irrita, digamuſque privilegio inſtigatur, ut dictum, eſſe nudatus ſecundùm Jus Pontificium Novum *tot. tit. de Digamis. in 6.*

Veteri ſiquidem jure prohibebantur Clerici Bigami tantum ad ſuperiores ordines aſcendere. Diaconi vero Presbyterique à miniſterio ſummovebantur. *can. ſeriatim. diſt. 32. Novel. 22.*

Quod autem jure Pontificio novo hujuſmodi matrimonium cum Sacerdotibus Diaconiſque contractum non teneat, dubium poteſt nemini. *c. à nobis. de bigam. non ordin.* cum ne monogamia quidem ipſis conceſſa ſit poſt ordinationem ullo modo, ut jam dictum. *Duar. de benef. lib. 4. cap. 8.*

13 Diximus Civili Jure polygamiam non initiatis permiſſam eſſe. Dictum volumus de jure Civili in Juſtiniani Imperatoris libro ſecundo. Legimus enim apud Harmenopulum *lib. 4. tit. 7.* Imperatorem quandam interdixiſſe omnino nuptiis quartis, eaſque juſſiſſe eſſe irritas.

14 Dicta hactenus de Bigamis, & locum habent in *ducentibus viduas. c. de bigamis. 3. c. debitum. 5. eod. can. curandum. c. præcipimus. can. ſi quis viduam. diſt. 34.* Nam hos canon Apoſtolorum Bigamis omnino comparat. *can. qui viduam. 17.* Rationes reddi poſſunt tres; una ridicula ſeriæ duæ.

15 *Prima* harum: Quia uxoris, quam ducunt, Bigamiam videntur probare, ejuſque Digamiæ ei præbere occaſionem.

16 *Altera;* Quia cum uxor diviſerit carnem ſuam in plures, non erit una unius. At ut perfecta ſit Sacramenti ſignificatio, oportet, ut unius ſit.

Ter-

Tertia: Quia uxorem viduam ducere res vulgo est ridicula & ho- 17
minum cavillis obnoxia. Quod vel tritum apud Juris Civilis Doctores dicterium Discipulorum JCti Bulgari in Præceptorem ostendit: *Gloss. in l. rem non novam. 14. Cod. de judic.* Solebat Verrius Flaccus, ut refert Varro, ducentas viduas comparare veteres fossas tergentibus. Jam quia veteres Fossas liceret tergere in feriis, facere novas jus non esset: ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum dicebat. *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 15.*

Quod diximus obtinere in ducente viduam, obtinet & in ducente 18
concubinam, ejectam, vel meretricem, aut ancillam. *can. 17. Apostol. can. si quis viduam. 15. dist. 34.*

Vidua est, cujus maritus est mortuus: Ejecta est, quæ à marito vi- 19
vente ejicitur: Meretrix, quæ multorum libidini patet. *can. vidua est. 16. d. dist.* Auctore Hieronymo *epist. 128. ad Fabiolam.*

Quæ igitur cum uno aut altero se miscuit, meretricis appellatione non continetur. *l. palam. 43. §. 2. ff. de ritu nupt.*

Veruntamen ad hanc quoque *d. can. 17. Apost.* est productus, ut quisquis talem duxerit, à sacro ministerio arceatur. *can. curandum. 19. cum seq. d. dist. can. qualis. 30. qu. 5. can. qualis. fin. dist. 51.*

Quod & in eo, qui uxorem adulteram retinet, servatur. *sec. can. 8.* 20
Synod. Neocæsar. can. si cujus. 11. cum seq. d. dist. 34.

Ex magna tamen causa poterat cum his dispensare Summus Pon- 21
tifex, ut concludunt Interpretes post altercationem magnam. *inc. 2. de bigamis. Dartis de benef. sect. 4. cap. 6. vers. quod autem. in fin.*

Quæsitum utrum pro Bigamo esset habendus & ut talis ab Eccle- 22
siasticis ordinibus arcendus, qui ante Baptismum habuisset conjugem: Negabat D. Hieronymus *epist. 83. ad Oceanum. can. unius. 1. dist. 26.* Affirmabant D. Augustinus *lib. de bono conjugii. cap. 18. & in epist. ad Titum. can. acutius. 2. dist. d.* D. Ambrosius, *lib. 1. de offic. cap. ult. can. ult. d. dist.* aliique SS. Patres. Unde Concilio sub Papa Damaso statuitur, ut Digami non ordinentur Clerici, etiamsi Gentiles adhuc, hac se infelicis sortis necessitate maculaverint. Vide Innocentium I. *epist. 2. cap. 6. can. deinde. 3. dist. 26.*

Quin & Papa Zozimus *epist. 1.* non modò Episcopum, aut Diaco- 23

num, aut Subdiaconum, ſed ne Lectorem quidem aut Exorciſtam fieri patitur eum qui viduæ ſit maritus. *Dartis d. loco. verſ. ult. in fin. Conjunge huic titul. Tit. de vinculo Civili imped. non ordinand. in Tract. noſtr. de Perſonis Eccleſiaſtic.*

TITULUS XI.

De Ordine Eccleſiaſtico.

SUMMARIA.

1. *Beneficiandi debent habere Ordinem.*
2. *Confertur, etiam per primam tonſuram.*
3. *Eam non habens non poteſt ad Beneficium præſentari.*
4. *Niſi in tempus habile.*
5. *Abſoluta præſentatio eſt nulla.*
6. *Ejus qui tempore ſcripturæ præſentationis non eſt Clericus, eſt valida.*
7. *Aliquando non ſufficit prima tonſura, ſed requiritur certus Ordo.*
8. *Diſpenſationibus Pontificiis & Epiſcopalibus hic locus.*
9. *Nonnulla Beneficia non niſi Ordinem habentibus conferri poſſunt.*
10. *An hic diſpenſare poſſit Epiſcopus.*
11. *Facienda promotio ad Ordines, primò per gradus.*
12. *Rigor ille interdum relaxatus.*
13. *Secundò, à temporibus ſtatutis.*
14. *Ab Epiſcopo proprio, vel eo permittente alio.*
15. *Datis Dimiſſorialibus.*

16. Pre-

16. *Proprius Episcopus quis.*
17. *Sine Dimissorialibus ordinatio facta est nulla.*
18. *Ipso jure.*
19. *Olim sic Ordinatis interdicebatur Executio.*
20. *Quale hic Concilii Tridentini Decretum.*
21. *Quid si quis receperit Ordines à Non-Episcopo.*
22. *Rebuffi hic consilium.*
23. *Quomodo se Ordinatum probabit Clericus.*

INter qualitates, quas habere debent ii, quibus conferuntur Beneficia prima & præcipua, est *Clericatus* & *Ordo.* Sunt enim Laici Beneficiorum incapaces regulariter; *c. cum adeo. de rescript. c. 2. de institut. c. ex literis. de transact.* adeo ut nec sufficiat destinatio, concurrente etiam habitu Clericali: *Abbas in d. c. 2. Felin. in d. c. cum adeo. ex num. 2. Selva de benef. 3. part. qu. 6. Covarr. var. resolut. 3. part. cap. 1. num. 1. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 8. Zechus de benef. & pension. cap. 3. vers. inhabilis.* nec reputatio, qua quis existimatur Clericus, qui non est talis: *Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. qu. 2. const. 19. Zechus d. loco.* Nisi ea sit communis. *Rota decis. 139. lib. 3. part. 3. divers. Pontanus de spolio. lib. 2. num. 179. Garc. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 111. & 140.* 1

Confertur Ordo Clericalis etiam per primam tonsuram; *c. cum contingat. de ætate & qualit. ordinand. & ibi Dd. & Commun. Canonistæ ut per Felin. in c. sicut pro certo. 39. de Simonia. num. 2. Mandos. reg. 24. qu. 1. num. 2. Covarruv. in c. quia nos. de testam. num. 4.* verbo Ordinis sumto generaliter secundum Canonum, *arg. d. c. cum contingat.* & communem loquendi usum. *Navarrus cons. 11. de tempor. ordinat. num. 1. & 3. Suarez. de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 13. num. 8. & cap. 56. num. 5.* 2

Cum ergo Laicus, qui non habet primam tonsuram, sit beneficiorum incapax, non poterit ad beneficium præsentari, si factum, præsentatio erit nulla. *Millius in repertorio. verb. beneficium si impetrat. Rebuff. in Concordat. tit. de forma mand. verb. pro expressis. vers. quæro quæsint.* 3

Lambertin. de jure patron. 1. part. 2. lib. quæſt. 7. art. 2. ad fin. & art. 7. §
29. ad fin. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 4. qu. 2. num. 5. Garc. d. loc.
num. 25. Licet præſentatus ſit proximè clericandus. *Lambert. d. loco.*
Hojeda de incompatibil. benefic. part. 1. cap. fin. num. 72. Duar. d. loco. Re-
finiac. de benefic. cap. 1. num. 39. & 40. Niſi is præſententur tacitè vel ex-
preſsè in tempus quo erit Clericus, & ſic in tempus habile. *arg. l. in tem-*
pus. 62. in princ. ff. de hæred. inſtit. Lambert. 2. part. 2. lib. 3. quæſt. 9. art.

4 Tacitè in dictum tempus dicetur præſentatus, ſi dicat Patronus; *Præſento talem de proximo clericandum*; vel ſi dicat; *Præſento talem, & peto eum ordinari primatonſura*, &c. Et ſic accipe Declarat. S. Congregat. Concilii *ſupr. ſeſſ. 7. de reform. cap. 10.*

5 Abſoluta præſentatio non tonſurati eſt ipſo jure nulla. Licet de proximo ſequatur tonſuratio. Cum ea requiratur tempore præſentationis. *Garc. d. loco, num. 31. Navarr. conſil. 2. num. 1. de ætate & qualit. Garcias d. part. cap. 4. num. 85.*

6 Valet præſentatio de eo, qui tempore ipſius præſentationis fuit coram Ordinario eſt Clericus, licet nominationis ſeu ſcripturæ præſentationis tempore non ſit Clericus. *Franc. inc. 1. num. 1. de jure patron. in 6. Rochus verb. honorificum. num. 27. & 73. Lambertin. 1. part. 2. lib. qu. 4. art. 16. & 2. part. 2. lib. qu. 4. art. 1. 2. & 3. Garc. d. cap. 1. num. 33. & 35. cum ſeq.*

7 Notandum interdum non ſufficere ſolam tonſuram; ſed requiri certum ordinem. Sciendum enim cum Doctoribus *in c. ei cui. de præ-*
bend. in 6. & ibi Prob. ad Monachum, à num. 1. Petr. Gregor. de benefic.
cap. 36. num. 6. & alibi. quædam beneficia eſſe Sacerdotalia, quæ requirunt presbyteros; ſive de Jure; ut Parochia, Abbatia, Decanatus, Præpoſitura, Archipresbyteratus: *c. 1. de ætate & qualit. ordin. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. ubi Dec. num. 6. Rebuff. in præx benef. tit. requiſita ad collationem bonam. num. 31. & de Archipresbyteratu. Lambert. 1. part. 2. lib. qu. 7. art. 29. num. 4.* ſive ex conſuetudine, ſtatuto, privilegio vel fundatione: *ut in d. c. is cui. ubi notat. Hojeda d. cap. fin. num. 20.* quædam Diaconalia, quæ ſive de Jure, ſive ex conſuetudine, ſtatuto, privilegio vel fundatione, requirunt ut ea obtinentes ordinentur Diaconi: *d. c. 1. d. c. cum in cunctis. §. inferiora.* quædam Subdiaconalia ſe-

mili-

militer. Et tunc ordo dicitur annexus, aptitudine, & attento tempore prosecutionis. *Bonifac. in Clem. 2. §. illi vero. num. 7. de ætate & qualit. ordinand.*

Satis enim est, si is, cui existis aliquod beneficium est collatum, curaverit, ut intra tempora à Jure statuta promoveatur. *c. cum ex eo. 34. de elect. in 6. c. præterea. 5. de ætate & qualit. ordin. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Solent etiam hoc casu dispensationes, vulgò *de non promovendo* 8
appellatæ, obtineri; & quidem vel à Pontifice Romano, vel ab Episcopo proprio. Inter quas est differentia. Hic enim dispensat, ut Beneficiatus saltem intra annum promoveatur ad ordinem requisitum *d. c. cum ex eo. 34. cum c. commissa. 35. seq. de elect. in 6.* Ille latius. *Vide Rebuff. d. praxi benefic. tit. de dispens. de non promovendo.*

Præter dicta Beneficia, sunt & alia, quæ non nisi actu Presbyteris, 9
aliumve Ordinem habentibus, conferri seu ad ea præsentari possunt, ex fundatione, consuetudine, statuto vel privilegio. *Petr. de Bayssio in direct. election. cap. 9. part. 2. num. 3. Garcias d. loc. num. 57.* Ut: Quoad *collationem*, si dictum in Institutione vel statuto, tale beneficium non esse conferendum nisi Presbytero: tum collationis tempore beneficiandus debet esse Presbyter: Quoad *Præsentationem:* Si in fundatione Capellaniæ dictum, quod præsentetur Sacerdos, vel Capellanus seu Clericus, qui celebrat Missam; vel inserta verba tempus seu resignationis actum respicientia, tunc præsentandus tempore ipsius præsentationis actu Sacerdos esse debet. Quia qualitas verbo adjuncta intelligitur secundum tempus illius. *arg. l. in delictis. 4. §. 1. ff. de noxalib. Abbas in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 30. de elect. & in Clem. ut ii qui. num. 7. de ætate & qualit. ordin. & ibi Gloss. §. illi vero. verb. annexi. & Bonifac. num. 16. Rebuff. in repetit. ad c. extirpande. §. qui vero. notab. 2. de præbend. Lambertin. 1. part. 2. lib. qu. 7. art. 29. vide Zerolam in praxi Episcop. 1. part. verb. Beneficium. §. 7. conclus. 5. conclusionis 8. princip. Zechum de Republ. Ecclesiast. cap. de Beneficior. num. 4. notab. ult. vers. quo verò ad Ordinem. Garc. d. part. 7. cap. 1. num. 85. cum seqq.*

Sed an hic non possit Episcopus, contra ordinationem Fundato- 10
ris, dispensare, & sic Beneficium seu Capellaniam providere non haben-

ti qualitatem in fundatione requiſitam; quæritur inter Doctores. Affirmant Imola, Abbas, *num.* 4. & 5. *in c. acceſſiſſent. de conſtitut. &* Corſet. Felin. *num.* 19. Prob. *in d. c. is cui. num.* 22. *cum ſeqq. alius relat. per Garc. d. loc. num.* 105. *præcipue* Lambertin. *d. part.* 1. *lib.* 2. *qu.* 10. *n.* 6. & 7. *num.* 4. *Cechus de Benefic. & Penſion. cap.* 12. *num.* 21. Negant *arg. Clem. quia contingit. de religioſ. domib.* Rochus *verb. pro eo, quod q.* 15. *num.* 32. & *ſeq.* Cravet. *conſ.* 63. *num.* 5. Dec. *in d. c. cum acceſſiſſent. num.* 54. *aliiq.* Quorum ſententia verior. *vid. Garc. d. loc. à num.* 101.

11 Porrò promotio ad Ordines Eccleſiaſticos, non ſecus ac in honoribus & dignitatibus ſæcularibus fit per gradus, *l. ut gradatim. ff. de muner. & honor.* ita etiam fieri debet gradatim. Nam is, cujus virtus in minoribus levioribuſque officiis non eſt probata, ut ad majora ampliores honores, non tam adſcendat, quam proſiliat, nec ratio, nec vetus Eccleſiaſtica diſciplina patitur. *totis diſt.* 52. & 59. & 61. *tit. de Cleric. per ſalt. prom.*

Nam & D. Paulus vetat, ne νεόφυτος ordinetur Epiſcopus, id eſt, qui Chriſtianæ militiæ recens nomen dedit. 1. *ad Timoth. cap.* 3. *tit. dd.* 48. Quid enim abſurdius quam ei tradere gubernacula, qui non poſſit tenere remum: ut loquitur D. Auguſtinus *epiſt.* 148. *ad Valerium vel. in can. ante. diſt.* 40.

Itaque is qui Sacerdotale petit beneficium, non tantum docere debet, ſe Sacerdotem ſeu Presbyterum eſſe, ſed gradatim & per omnes ordines inferiores eò provectum.

12 Verum eſt rigorem hunc interdum fuiſſe laxatum; ut cum B. Nicolaus ex Laico electus eſt in Epiſcopum; B. Severus ex lanificio aſſumptus ad Archiepiſcopatum; B. Ambroſius nondum baptizatus Archiepiſcopus electus. *c. ſtatuimus. §. econtra. diſt.* 61. tamen novorum, ut ait Poeta, factorum exempla contra canones veteres Eccleſiaſticamque diſciplinam temerè trahi non debent ad conſequentiam *c. non exemplis. 26. qu.* 2. *vide can. qui ex vita. diſt.* 79. Fortaſſis etiam cum iis fuit diſpenſatum. *Archidiacon. in d. c. ſtatuimus. §. his omnibus. Felin. in c. cum adeò. de reſcript. num.* 5. *Selva de benefic.* 3. *parte, quæſt.* 6. *ad fin. Corraſ. de benefic. cap.* 1. *num.* 4. *Peckius ad Jur. Canon. reg. beneficium. in* 6. *num.* 2. *Ojed ad. tract. cap.* 24. *num.* 4.

Opus-

Oportet quoque, ut is cui confertur Beneficium, receperit Ordi- 13
nes temporibus à Jure statutis. *tota dist. 75. & c. 3. c. cum quidam. 8. & ferè per tot. de tempor. ordination.*

Insuper desideratur ut tonsura & ordines reliqui conferantur ab 14
Episcopo proprio, vel quidem alieno, sed cum Episcopi proprii permissione. *can. 1. & fere per tot. dist. 71.*

Quo casu solet prius Episcopus proprias largiri & dare literas vul- 15
gò *Dimissorias* dictas; per quas concedit Clerico ut ab Episcopo extraneo ordines suscipere possit. *c. 3. de tempor. ordin. in 6. Dartis de benef. sect. 4. cap. 7. vers. oportet.*

Proprium Episcopum accipimus Episcopum loci, unde ordinan- 16
dus est oriundus, vel ubi habet domicilium, vel ubi est beneficium. *d. c. 3.*

Sed, quid si sine literis dimissoriis quis fuerit ordinatus Clericus ab 17
alieno Episcopo, an ipso jure irrita erit ordinatio? Negat hoc Guido Papa *quæst. 449. & cum eo Duar. de benef. lib. 4. cap. 7.* Siquidem Laicus per primam tonsuram tantum sacris fuerit initiatus. *contra can. primatus. 6. d. dist. 71.* Affirmat, si Clericus, aliquem ordinem acceperit. Ne indeoriatur inter Episcopos discordia, & ne proprius Episcopus privetur eo Clerico quem instruxit & instituit in Ecclesia *can. 18. & 19. Concil. Sardicens. rel. in can. 1. d. dist. 70. can. 1. & 2. dist. 72.* Rejecta illâ distinctione putat Chassanæus *in consuetud. Burgundiæ. ad §. 6. des Justices in hæc verba Gallica Messiers & Sergens sont creus.* ordinatum ab alio quam proprio Episcopo non gaudere clericali privilegio.

Quæ opinio quidem vera, sed obscura: nec enim explicat utrum ordinatus ipso jure suspendatur ab ordinis executione, an vero necessarium, ut ei ea interdicatur. *ut in c. quod translationem. 11. de tempor. ordinat.*

Dicimus ipso jure: Sive ordinatio ab Episcopo facta in alienâ 18
provincia: *can. 2. Synodi Constantinopolitanæ I. in can. Episcopi. 9. qu. 2. can. 13. Synodi Antiochenæ. rel. in can. nullum Episcopum. d. 9. qu. 2. Rescript. Calixti epist. 2. ad Episc. rel. in can. 1. d. 9. qu. 2.* Sive in propria, sed aliena diœcesi: *can. 22. Antiochen. Synodi. ex quo can. Episcopum. 7. can. 9. non invitati. 9. qu. 2.* Sive à Metropolitano in Diœcesi Episcopi suæ provinciæ. *d. can. 1.* Sive in propria provincia alienæ diœceseos

Lai-

Laicum vel Clericum ſine Commendatitiis aut Dimiſſoriis literis Epiſcopi, ordinaverit: *d. can.* 18. & 19. *Concilii Sardicenſ. rel. in d. can.* 3. *diſt.* 71. & *can.* 16. *Concilii Nicæni rel. in can. ſi quis auſus.* 3. d. *diſt.* 71. ac *diſt.* 98. & *c.* 1. *de tempor. ordin. in* 6. ubi qui ita ordinati fuerint ſuſpendantur ab ordinis executione ſine ulla diſpenſationis ſpe, Ergo ipſo jure.

19 Olim ſic ordinati non ſuſpendebantur ipſo jure, ſed eis interdicebatur executio; *d. c. quod translationem.* & poterat cum eis diſpensari *can. fin.* 9. *qu.* 2. ſed ex dicto *cap.* 1. *de tempor. ordinat. in* 6. omnis ſpes diſpenſationis eis eſt præciſa.

20 Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 18. decrevit, Ut Epiſcopus qui ordinaverit, ab ordinationum collatione per annum ſuſpendatur; ordinatus verò tamdiu ab ordinum ſuſceptorum executione ſuſpendatur, quandiu Ordinario proprio videbitur expedire.

21 Et hæc quidem procedunt, quando quis recepit Ordines ab alieno Epiſcopo ordinandi poteſtatem habente. Sed quid ſi receperit à non Epiſcopo, & conſequenter jus ordinandi non habente, vel ab eo qui Epiſcopatus renuntiavit; vel ab Epiſcopo Excommunicato? Priori caſu dicimus ordinationem eſſe irritam, ordinatum manere Laicum. *can.* 18 & 19. *Concil. Sardicenſ. can.* 2. *diſt.* 68. Altero dicimus diſtinguendum *cum c.* 1. *de ordinat. ab Epiſc. qui renunt. Epiſcop.* utrum renuntiaverit loco tantum, an loco & Dignitati; Priori caſu valet ordinatio: Diſtinguendum & poſteriori caſu; an collati fuerint ordines ſacri, an minores. Si hi, valet Ordinatio; Si illi diſtinguendum; an ſcienti, an vero ignoranti; quia ſi ignoranti, poterit Epiſcopus cum eo diſpenſare: non ſi ſcienti: Quæ etiam poſterior diſtinctio recipitur, quando quis ab Excommunicato vel Hæretico recipit Ordines. *c. ult. eod. can. ab excommunicatis.* 4. *cum ſeq.* 3. *quæſt.* 1.

22 Conſulit Rebuffus *tract. Nomination. qu.* 14. *num.* 42. ordinari ab alieno Epiſcopo, ut impetret à Papa reſcriptum, quod appellatum *Perinde valere*; & Pragmatici *Gratian. revalidatoriam*: Impetrandum ante adeptionem Beneficii ne alterius juri fiat præjudicium. *Arg. quamvis is.* 8. *de reſcript. in* 6.

23 Quæri hic poteſt, quomodo probet quis ſe ordinatum & ſacriatum eſſe, ſi fortaſſe ea de re oriatur controverſia. Cum enim Clericus

catus sit qualitas extrinseca, non præsumitur. *Innoc. in c. super his. de accusat. Felin. num. 2. Baly in c. fin. de præsumpt. Corras: de benefic. lib. 5. cap. 1. num. 4.* Jus Civile videtur nullam probationem, nisi quæ literis Episcopi fiat, admittere. *l. si qua per calumniam. 22. §. 2. Cod. de Episc. & Cleric.*

At jure Canonico, non solum literis testimonialibus, seu titulo Ordinum, sed etiam testibus, *c. 1. & 2. & 3. de Cleric. peregrin. & ibi Corras. Prob. ad Monach. in c. 1. de tempor. ordin. in 6. num. 12. Guid. Papadecis. 474.* publica voce & fama, *Pontan. de spolio. lib. 2. num. 179. Caputaquen. decis. 277. num. 8. p. 1. Garc. d. loc. num. 140.* argumentis, indiciis seu conjecturis: *Boer. decis. 171. num. 25. Ant. Gabriel. concl. 1. de testib. num. 69. Mascard. de probat. concl. 305. num. 5.*

TITULUS XII.

De Naturalitate.

SUMMARIA.

1. *Præficiendi Beneficiis, maximè Parochialibus, debent Parochianorum intelligere idioma. Et Cur.*
2. *Nonnullis in Regnis admittuntur tantum Naturales.*
3. *Ut in Galliis.*
4. *Naturalitatis literas concedit Rex.*
5. *Sunt odiosæ.*
6. *Statutum Bononiæ de jure ne ulla munera publica conferantur Exteris.*
7. *Idem in Regnis Castellæ & Portugalliæ.*
8. *Si non impediat Statutum aut privilegium, conferri possunt Beneficia Clericis idoneis, undecunq; sint.*

9. *Extraneis idoneis præferendi Indigenæ idonei.*
10. *Contra ſi facta Collatio erit tamen valida.*
11. *In impetratione Beneficii originis mentionem debet facere Alienigena.*

1 PRæter qualitates hactenus enarratas, requiritur, ut præficiendi beneficiis ſint *Indigenæ*, vel idioma noverint eorum quibus præficiuntur in Parochialibus Eccleſiis: ut ſuprà tit. 7. *de ſcientia.* diximus, & habetur in Regula Cancellariæ Romanæ Gregorii XI. & Eugenii IV. Cum enim Rector ſive Paſtor Eccleſiæ; *c. quamvis. de re judic. can. quicquid.* 1. *qu.* 1. parochianos debeant audire exomologeſes; *can. omnis. de pœnit. & remiſſ.* illis verbum Dei interpretari, *Clem.* 2. *de ſepult. can. ecce. diſt.* 95. *cap. inter cætera. de offic. ordin. cum ſimil.* eos viſitare: *Proverb.* 27. *Eccleſ.* 32. *c. ſolita Apoſtolica. Extr. de offic. deleg.* hoc munus rectè impleri non poteſt per eos, qui non poſſunt intelligere Loquentes, nec poſſunt intelligi. Tradit D. Auguſtinus *lib.* 19. *de Civit. Dei cap.* 7. Facilius animalia diverſi generis ſibi ſociari, quam diverſæ linguæ ejuſdem ſpeciei homines, & diverſitatem linguarum hominem ab homine alienare. D. Paulus *ad Corinth.* 14. inquit; *Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.* Et inter ſigna majoris iræ Dei in populum apud Hieremiam *cap.* 5. eſt illa imprecatio; *Adducam ſuper vos Gentem, cujus ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquuntur.* Et in Deuteronomio *cap.* 28. *Adducet ſuper te Dominus Gentem de longinquo, cujus linguam intelligere non poſſit.* Nec voluit ſeverius punire ſuperbiam ædificantium turrim Babelis, quam per linguæ confuſionem, ut quid vellent mutuò non intelligerent. *Geneſ.* 11. Contra, Deus Sanctus Sanctum Regni æterni Evangelium publicaturus, voluit linguis variis loqui Apoſtolos. *Actuum* 2. *Petr. Gregor. in ſyntagm. Jur. univ. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 37. *cum ſeqq.*

Solebat (ut refert Cardinalis *in c. ſignificaſti. de Jure Patron.* Hugo Interpres antiquus dicere debet Epiſcopo præſentare patronus Clericum ejuſdem diœceſeos, qui intelligat & intelligatur.

Nota-

Nonnullis in Regnis est privilegium, seu consuetudo, ut de beneficiis provideri non possint, nisi sint oriundi seu *Naturales*. 2

Sic in Galliis cæteri seu alienigenæ sunt beneficiorum incapaces, & ex privilegio regni impetrata ab illis beneficia possunt ab incolis impetrari. *Gloss. in proœm. pragm. Sanction. in verb. exterorum. in constit. Ludovici XII. in Rubr. Des Præsidens & Conseilliers. & in Stylo Parlam. de præbend. ordin. 3. Rebuff. tract. de pacif. poss. num. 217.* Cujuscunque generis sint; nec potest contra dispensare Papa. *Selva de benef. part. 3. qu. 26. Corras. d. tr. part. 3. cap. 5. num. 12. Guil. Bened. in c. Raynutius. verb. Si scirem nomine. cl. 5. à num. 482. Carol. de Grass. al. lib. 2. Regal. Franciæ jure 8.* 3

Potest Rex concedere naturalitatis literas. *Rebuff. in 3. pract. benef. in regula de idiomate.* 4

Et si post beneficii adeptionem alienigena, qui dicitur *albinus*, id est, alibi natus, obtinuerit à Rege, retinere poterit beneficium. *Ut judic. in Senatu Paris. refer. Rebuff. in d. reg. Gloss. 1.*

Habitæ tamen semper naturalisationis concessiones ad consequenda beneficia, odiosæ; & ut tales aliquando à Ludovico XII. sunt revocatæ, quas concesserat ante Carolus Octavus & nondum sortitæ erant effectum. *aux ordonnances du Roy Loys XII. aux modifications. art. 33.* 5

In Britannia quoque cautum: *Sacerdos Gallicus, Sacerdotium in Britannia ne occupato. Petr. Gregor. d. loco, num. 42.*

Statuto quoque Bononiæ beneficia sacra seu munera publica nunquam conferuntur exteris. *Barbat. cons. 23. vol. 1.* 6

Quod & in Hungaria servatum. *c. bonæ memoriæ. 4. §. fin. de postulat. Prælator.* Et Veronensi statuto cautum. *Bald. consil. 46. vol. 1.*

Et idem habetur in Castellæ Regnis. *ut in l. 18. cum seqq. tit. 3. lib. 1. ordinamen. ubi Didacus Perez. hodie 14. cum seqq. tit. 3. lib. 1. recopil. ubi Azevedo. Covarruv. pract. cap. 35. num. 5. Sahagun. in c. eam te. de rescript. num. 24.* Ut & in Portugallia. *Cabedus de Patronatib. Regiæ Coronæ cap. 29.* 7

Ubi ergò tale privilegium seu consuetudo non est, possunt conferri beneficia Clericis aliàs idoneis, undecunque sint. *c. ad decorem. de* 8

inſtitut. & ibi Gloſſ. verb. undecunq. Abbas num. 4. Selva d. qu. 26. Covaſ. d. cap. 5. num. 9. Lambert. de jure Patronat. 1. part. 2. lib. art. 24 Sahagun. d. loc. num. 27.

9 Præferendi tamen extraneis, licet idoneis, indigenæ idonei. *Lex Eccleſiis. 11. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Rochus de Jure patronat. verb. honorificum. num. 47. & 48. Hojeda de incompatibil. cap. 23. num. 5. Zavallos in commun. contra commun. qu. 693. Garc. de benefic. ſept. part. cap. 9. num. 5. Alb. in d. c. ad decorem. num. 4. Gloſſ. in c. cum inter. verb. aliam de elect. Zerola in prax. Epiſc. 1. parte verb. Beneficia. §. 8.*

10 Quod ſi tamen præferatur indigenæ alienigena, collatio jure erit valida. *d. c. ad decorem. c. cum inter. c. cum nobis. c. in cauſſis. de elect. Selva d. cap. 26. Marcus deciſ. 1368. & ſeq. part. 1. Navarrus conſil. 6. de electione, num. 1. Zerola d. part. 1. & verb. & num. Sahagun. num. 30.*

11 Alienigena tamen in impetratione beneficii à Papa ſuæ originis mentionem facere debet, aut ea gratia reputabitur ſurrepitia. *d. c. ſuæ memoriæ. circa fin. Gloſſ. in c. ſi proponente. de reſcript. Abbas ibid. Felin. in c. ſicut tuus. de Simonia. Rebuff. de nomination. qu. 9. num. 57.*

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

De iis quæ in conferendis Beneficiis sint præcipuè obſervanda.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.* 2. *Ordo hujus libri quarti.*

Narratis perſonis quæ beneficia acquirere poſſunt, eſſet quidem conſequens enarrare modos, quibus ea acquirere poſſunt; conſultum tamen judicamus præmittere ea quæ in ejuſmodi acquiſitione ſint obſervanda neceſſariò, & quæ conferendorum Beneficiorum ſit ratio. 1

Conſiderabimus ergo hoc libro. 1. *Quando provideri debeat de beneficio.* 2. *Intra quod tempus.* 3. *Quid juris ſi illud non obſervatum.* 4. *Quæ in collatione & proviſione ſit ſervanda forma in communi.* 5. *Quæ in proviſione Parochialium.* 6. *Quæ in beneficiorum ſimplicium.* Ubi de forma Edicti ſeu vocationis in inſtitutione præſentati. 7. *In proviſione Beneficii quid requiratur.* 2

TITULUS II.

Quando provideri debeat de Beneficiis.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Eccleſiaſtica ſunt perpetua.*

2. *Non concedenda niſi vacante Eccleſia.*
3. *Quando dicatur vacare Eccleſia.*
4. *Similitudo inter vacantem mulierem & Eccleſiam.*
5. *Non aliena. Cur.*
6. *Ut vivi beneficium non poteſt conferri, ita nec promitti.*
7. *Nequidem ſub modo. Cum vacaturum.*
8. *Quid Canonicis hic ſingulare.*
9. *Quid Pontifici.*
10. *An illud ſervetur in Galliis.*
11. *Impetranti Superſtitis non vacans Beneficium quæ pœnæ.*
12. *Quæ hic Regula Cancellariæ.*
13. *Quis impetrans excuſetur.*
14. *Sunt caſus quibus vacatio. Collatio Beneficii valida.*
15. *Qui.*
16. *Eſt caſus quo beneficium vacans conferri nequit.*
17. *Beneficium vacaturum nec præſentari, nec promitti poteſt.*
18. *Nec Legatus Apoſtolicus vacaturi reſignationis receptionem alteri committere.*
19. *Quæ hic Epiſcopi auctoritas.*
20. *Ad præſentandum ad Beneficium vacaturum non poteſt Procurator.*
21. *Cum vacat Beneficium conferri & promitti poteſt.*
22. *Quando.*
23. *Sufficit jure vacari dici poſſe.*
24. *In collatione Ordinarii non datur ſurreptio.*

25. *Datur in provisione Papæ.* 26. *Exceptiones.*

BEneficia Ecclesiastica non sunt temporaria ut publica civilia- 1
que munera quondam in Romanorum Republica, sed potius perpetua, id est, perpetuo habentur; ut hodie in Galliis sunt Magistratus Regii: Ac olim ferè fuit Auguratus. Quem Plinius *lib. 4. epist.* existimat esse Sacerdotium insigne, quod non adimatur viventi: Hoc tamen interest, quod sacra ministeria & nostri temporis beneficia ob maleficium aliamque caussam legitimam amittantur: Auguratus verò ita perpetuus fuit, ut quamlibet nocens & sceleratus homo nunquam eo privari queat. *Teste Plutarcho in problem. Duar. de benefic. lib. 5. cap. 1.*

Proinde administrationem Ecclesiasticam habenti, non aliter suc- 2
cessorem mittere licet, quam si mortem obierit, aut aliàs *vacaverit Ecclesia* quam administrat *tot. tit. de conces. Præbend. can. non furem. 7. qu. 1.* Ac fuit quorundam opinio, & non inhonesta, ne mortuo quidem Beneficiario posse beneficium dari, antequam mortui cadaver humatum & sepulturæ fuerit traditum. *c. bonæ memoriæ. 36. §. electionem. de elect. can. nullus. 7. dist. 79.* Quod tamen non est usquequaque receptum.

Vacare dicitur Ecclesia aut beneficium, cum præfecto gubernato- 3
re seu administratore caret.

Sic Jurisconsulti vacantem mulierem vocant, quæ nupta non 4
est. *l. qui cætu. 5. §. fin. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* σχολάζουσαν ἐκκλησίαν dicunt Græci. *in Concil. Antioch.* Et hac voce utitur Plinius. *lib. 10. Epist. ad Trajanum. Cum sciam*, inquit, *Domine ad testimonium laudemq; morum meorum pertinere tam boni Principis judicio exornari, rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum, vel septemviratum, quia vacat, adjicere digneris, ut jure sacerdotii precari Deos pro te publicè possim, quos nunc precor pietate privata.*

Dicta Mulieris & Ecclesiæ similitudo non est aliena; Nam ut uxor 5
est adultera quæ altero commiscetur viro, sic etiam Ecclesia dicitur adultera, quæ se ad alterum Episcopum adjungit. *can. sicut vir. can. sicut alteri-*

alterius. 7. qu. 1. & ut mortuo viro poteſt quidem liberè mulier alteri copulari, ſed honeſtum eſt, ut certo tempore virum lugeat, *c. pen. & ult. de ſecund. nupt.* ita licet ſtatim poſt mortem Beneficiarii Eccleſiæ poſſit conferri alteri, *can. 3. Epiſcopo. 8. qu. 1.* tamen, ut ſtatim dictum, honeſtum, ut non niſi Beneficiario terræ commendato Eccleſia conferatur alteri. *d. can. nullus. d. c. bonæ memoriæ. §. electionem.*

6 Ac ſicut vivi ſuperſtitiſque hominis conferri beneficium prohibetur; ne deſiderare quis videatur mortem proximi, ſeu ne ingeratur mortis alienæ votum, aut tribuatur captandæ mortis alienæ occaſio. *c. 2. & 3. de conceſſ. præbend. c. 2. eod. in 6. & ibi Dd.* quo nihil eſt à boni viri officio alienius; ita & promiſſio ejus interdicta, quamvis conferatur tempus, quo fuerit mortuus beneficiarius. *vid. Duar. d. loc. Corraſ. de benef. 1. part. cap. 7. num. 1. Sylveſt. in Summa. verb. Beneficium. 2. num. 5.* Nec ex tali promiſſione ulla naſcitur obligatio: etiamſi juramento confirmata. *Rebuff. in repetit. d. c. 2. de præbend. in 6. 1. num. 3. not. 4. ampliat.*

7 Imò & cum olim poſſet promitti beneficium vacaturum hoc modo; *Cum potuero, Cum facultas ſe obtulerit, Cum commodum erit. c. accedam. 14. de conceſſ. præbend.* ſecundum vulgarem illam juris regulam *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. l. nonnunquam. 52. ff. de contr. & demonſtrat.* nunc, *conſtitut. Bonifacii. c. 2. eod. in 6.* illud eſt immutatum, quo nec directè, nec indirectè aperiatur via ad vacatura; & ut non promitti nec conferri hæc poſſint; ſic nec acceptari. *c. ne captandæ; eod. in 6.*

8 Receptum tamen eſt, ut in Canonicorum collegium adiicitur nona ſeu præbenda quæ poſtea vacaverit, utiliter promittatur: quia decorum viſum, quenquam ſine ſtipendio canonici munere fungi Eccleſia. *c. relatum. de præbend. Gloſſ. in c. 2. de conceſſ. præbend. in 6.*

9 Pontifex ſane Romanus ab hac regula ſolet accipi. Is enim propter pleniſſimam quam habet in beneficiis poteſtatem, jus ad vacatura tribuit. *c. propoſuit. de conceſſ. præbend. & c. 2. de præbend. in 6. Corraſ. d. loco. Dart. de benef. ſect. 5. cap. 1. verſ. & quamvis. Duaren. d. loco.*

10 In Galliis tamen docet Gloſſa *ſuper proœmio Concord. ad verb. ſine* hoc non tolerari, niſi beneficiati intervenerit conſenſus. *c. beneficium. 4. de regular. in 6.*

Vult

Vult eadem Glossa Collationem beneficii absentis, de cujus vita probabiliter ignorabatur, factam valere, si is non revertatur; quasi fingatur vacasse illud ab eo tempore, quo cepit abesse; sed male: Debet enim revera & de facto vacare beneficium, ut conferri possit: quia etiamubi Collator ignoraverit vacare beneficium, quod tamen verè & de facto vacabat, nulla erit collatio: Quia non est verum illud, *quod putat Glossa in c. 2. in verbo incerta. de elect. in 6. & Rota decis. 172. in antiqu.* conferri posse beneficium, sub conditione, *Si vacat;* Ejusmodi enim collationi repugnat Regula Cancellariæ *de verisimili notitia obitus:* Quam verum est non solum habere locum in impetrationibus Beneficiorum à Papa, sed etiam Collationibus Ordinariorum. *Gomes. ad d. regul. qu. 1. & ita judicatum refert d. Glossa. d. loc.*

Qui Superstitis hominis nondum vacans beneficium impetrat, va- 11
riis afficitur pœnis. 1. Communione privatur: *c. 1. de conces. præbend.* 2. Ut fur & latro habetur: *can. 10. non furem. 7. qu. 1.* 3. Infamia notatur: *can. audivimus. 3. qu. 1.* 4. Honore graduque Ecclesiastico si præditus, eo privatur: *can. in primis. 7. §. de Episcopis. 2. qu. 1.* 5. Beneficium illud, si postea vacare contingat, consequi non potest: Sicut enim quis non potest habere eam in uxorem, cum qua contraxit matrimonium vivente, *c. 2. de eo qui dux. in matrim. quam poll. adult.* ita nec potest quis obtinere Ecclesiam, quam vivente beneficiario adulteravit. *can. 39. sicut alterius. 7. qu. 1.*

Est etiam de hoc regula Cancellariæ 20. *de Impetrantibus beneficia* 12
viventium. Hujusmodi, ut si quis supplicaverit de beneficio viventis, quod postea per obitum vacet, provisio supplicanti de novo facienda, nullius sit roboris & momenti. Quæ, *secundum Gomesium, ad d. regul. Cancell. qu. 2.* etiam in Ordinariorum Collationibus procedit.

Excusabitur tamen is qui impetravit, vel cui beneficium est colla- 13
tum, quando errore ductus beneficiarium existimaverit mortuum. *can. 3. præsentiam. 7. qu. 1. fac. l. si ita pater. 10. ff. de ritu nupt. vid. Dec. cons. 398.*

Sunt tamen casus quibus receptum *beneficii viventis* vel *vacaturi* 14
collationem esse *validam.*

Primus est: Si Clericus beneficio suo ex justa causa ceciderit; 15

ut ſi intra à Jure ſtatutum tempus ad Sacerdotales ordines non fuerit promotus; *cap. licet canon.* 14. *de elect. in* 6. vel ſi propter hæreſin, ſimoniam aliudve crimen, vel propter religionis profeſſionem beneficiarius ipſo jure beneficio ſuo cadat. *c. ad abolendam. de hæretic. c. beneficium. de regular. in* 6. Nam ſufficit beneficium de jure vacare, quo alteri conferri poſſit, licet de facto non vacet, ut quia beneficiarius illud adhuc poſſidet. *c.* 2. *de præbend. in* 6.

Secundus eſt; Si ordinarius aliquem in Canonicum recipiat ſub promiſſione de conferenda præbenda proximè vacatura. *c. relatum. 5. de præbend. c. cum ſuper.* 8. *de conceſſ. præbendæ. Gloſſ. in c.* 2. *eod. in* 6.

Tertius; Quando viventis beneficium, citra ejus præjudicium, Eccleſiæ unitur. *c. conſultationibus.* 4. *de donation. Clem. fin. de reb. Eccleſ. non alien.*

16 Eſt etiam caſus ſingularis quo beneficium vacans conferri non poteſt; nempe quando non eſt liberum, ut quia abſenti collatum, qui nondum acceptavit. *cap. ſi tibi abſenti.* 17. *de præbend. in* 6.

17 Porrò ut conferri non poteſt beneficium vacaturum, antequam vacet, ita nec à Patrono præſentari, nec fieri promiſſio obligatoria deferenda præſentatione ad beneficium vacaturum. *c. fin. de conceſſ. præb. Lambert. de jure patron.* 1. *part.* 2. *lib. qu.* 6. *art.* 1. *&* 19. *Joan. Nevid. Delphinas eod. tract. num.* 190. Nec valet conſuetudo contraria. *Gratias de benef. part.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. Nec præſentatio facta per annum ante vacationem beneficii quidquam obſtat præſentationi poſtea factæ; cum fuerit nulla. *Felin. in c. ex tenore. num.* 4. *de reſcript.*

18 Imò, ne aperiatur via ad beneficia vacatura, Legatus Apoſtolicus licet poſſit beneficiorum reſignationes recipere, eaque conferre; *Gloſſ. in c. deliberationes. §. prohibemus. de offic. Legati. in* 6. *verb. cuicunq. & in c. dudum. verbo, poteſtate. de præbend. in* 6. non tamen poteſt recipere reſignationis beneficiorum, & ipſorum collationem in genere aut in ſpecie alteri committere. *d. c. deliberationes. §. prohibemus.*

19 Et Epiſcopus licet Vicario ſuo aut Officiali Generali poſſit committere facultatem recipiendi reſignationes & conferendi beneficia; *c. ult. ubi Dd. de offic. Vicarii. in* 6. non tamen poteſt committere perſonæ ſingulari, nec ipſi Vicario de certo beneficio: *d. c. deliberationes. §. prohibe-*

bibemus. & ibi Gloss. d. verb. cuicunq; in fin. Franch. num. 2. Rebuff. in praxi tit. de Vicar. Episc. num. 20. & in forma Vicariatus, num. 110. & in reg. 13. Cancell. verb. aut Vicarios perpetuos. Sbrozius. de Vicario Episc. lib. 1. qu. 52. num. 4. & 25.

Nec potest constitui procurator in specie ad præsentandum ad be- 20
neficium vacaturum; *Rebuff. d. loco. Lambert. d. loco. & 4. quæst. art. 1. & 2. & 3. Cassad. decis. 5. de jure patron.* sive per mortem, sive per renuntiationem; sive alius. *d. c. deliberationes. §. prohibemus. Garc. d. loco. num. 15.* Nisi 1. Ex justa caussa longæ absentiæ: *Lambert. d. 4. qu. art. 2. num. 32.* 2. Detur potestas præsentandi in genere: *Abbas in d. c. ult. num. 6. Probus ad Monach. in c. 1. de offic. Vicarii. in 6. num. 9.* 3. Procurator sit omnium negotiorum. *Joan. Andr. in d. c. fin. Pavin. de offic. & potest. Capit. Sede vac. 2. part. qu. 5. Rebuff. in forma Vicariat. num. 13. & 71. Lambert. supra dict. art. 3. & 8. qu. art. 9. num. 4.*

Verum cum vacat beneficium, non solum conferri, sed etiam 21
promitti rectè potest. *c. 2. ibi antequam vacent. de concess. præbend.* & promissum debetur, licet affectum non sit, sed valeat collatio alteri facta. *c. si soli. eod. in 6. Abbas in d. c. 2. num. 2. Rebuff. in d. proœm. Concord. verb. fati. vers. quod verum est, quando promissio valeret. Rochus de jure patron. verb. honorificum. qu. 36. Corras. d. part. 1. cap. 7. num. 6.*

Conferri autem potest beneficium, simulatque beneficiatus mor- 22
tuus est, vel aliàs vacat, ab Ordinario etiam mortem seu vacationem ignorante. *Garc. d. loc. num. 37.*

Non multum interest; An beneficium vacet de Jure, & non de 23
facto, ut quia aliquis est in possessione seu intrusus. Sufficit enim in ea caussa esse, ut jure vacans dici possit. *c. licet Episcopus. 28. de præbend. in 6. c. 1. §. sacri. de homicid. in 6. Felin. in c. cæterum. de rescript. num. 24. Rebuff. in praxi. tit. requisita ad collationem. num. 60. & tit. de prohib. beneficior. vivent. impetr. num. 47. & 48.* Nec refert possessionem eam esse coloratam: *Calder. Hostiens. Joan. Andr. in c. cum nostris. de concess. prabend. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 201. num. 152. Flamin. Paris. de resignat. lib. 8. qu. 9. num. 69.* modò non sit simul triennalis & pacifica. *Cosmas in pragmat. sanct. tit. de pacific. possessor. ad fin. verb. providentur. Franc. Marcus decis. 141. part. 2. num. 1. & 10.*

24 Sed hoc obtinet in collatione facta per Ordinarium, in qua ſurreptio non datur; *Clem. 2. de offic. Ordin. & ibi Cardin. in fin. Abb. in d. c. cum noſtris. Felin. in c. ad aures. 8. num. 15. c. in noſtra. 32. de reſcript. Garc. d. tract. part. 8. cap. 3. num. 3.*

25 In proviſione Papæ vel ejus Legati, in qua cadit ſurreptio, *Garc. d. loco.* coloratæ alterius poſſeſſionis eſt facienda mentio, aliàs erit ſurreptitia & nulla. *d. c. cum noſtris. & ibi Dd. Felin. in d. in noſtra. 32. Selva de benef. part. 3. qu. 11. vigeſima qualitate. num. 34. Berojus in c. ſuperveniens. de reſcript. num. 72. verſ. 9. Menoch. d. caſu. 201. num. 139.*

26 Niſi: 1. Proviſio ſit facta motu proprio: *ſec. Felin. in d. c. in noſtra. num. 35. Calder. in d. c. cum noſtris. Selvam d. loc. num. 37. Menoch. d. loc. num. 142. Diſſ. Imola, Butrius, Abbas. in d. c. cum noſtris.* 2. Supplicationi inſerta ſit Clauſula hæc; *Ac dicti N. & aliorum, quorumcunq; conceſſiones, proviſiones & poſſeſſiones habeantur pro expreſſis;* vel haec: *Ac dicti N. & aliorum quorumcunq; proviſiones, aliaq; jura habeantur pro expreſſis:* ſeu hæc; *Ac d. N. & aliorum quorumcunq; jura, proviſiones &c. habeantur pro expreſſis:* nam ſub verbo *jura* videtur comprehendi poſſeſſio. *Garc. d. part. 10. cap. 1. num. 56. cum ſeq.* 4. In reſcripto inſerta ſit Clauſula *Vocatis vocand. 1. Felin. d. c. in noſtra. num. 32. Selva d. num. 34. Menoch. d. caſu. num. 140. Cardin. conſ. 93.* Vel clauſula, *Dummodo non ſit alteri jus quæſitum. Dd. Doctor. & Felin. in c. ſuper iis. num. 11. de reſcript. Gonzal. ad reg. Cancell. menſium Gloſſ. 15. §. 1. num. 67.* vel clauſula, *Amoto quolibet detentore? Rota deciſ. 38. & 69. de reſcript. in antiquis. Joan. Andr. Cardin. Imola, Butrius, Abbas. num. 21. in d. c. cum noſtris. Domin. in c. nemo. de elect. in 6. Staphil. tit. de vi effectu clauſularum. §. de clauſula amoto quolibet detentore. Rebuff. in praxi, in forma & declarat. novæ proviſionis. verb. amoto, exinde. & in Concord. in forma literarum executor. verbo contradictores. videat. Garciad. loco, à num. 67. uſq; ad fin. cap.*

TITU

TITULUS III.

Intra quod Tempus debeat provideri de Beneficiis.

SUMMARIA.

1. *Intra Semestre conferri debent Beneficia.*
2. *An & eligi.*
3. *An præsentari.*
4. *Quid in provisione Parochialium.*
5. *In conferendis Hospitalibus.*
6. *In Beneficiis reservatis.*
7. *Semestre quando numeretur.*
8. *Quando currat Patronis.*
9. *Tempus scientiæ quomodo numerandum.*

DE beneficiis vacantibus providere debent ii, ad quos spectat provisio. *c. de multa. 28. de præbend.* intra *sex menses. c. nulla. 2. de concess. præbend. c. licet. de supplenda negligentia Prælat.* Ne propter diutinam vacationem Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus patiantur detrimentum. *c. quoniam. §. porro. ut lite non contest.* 1

Quod non solum in Collatione, sed & in Electione obtinet. *Abbas per c. dilectus. 12. de concess. præbend. num. 2. & alii.* nisi cathedralis Ecclesia propter defectum Episcopi vel Regularis propter defectum cujuscunque Prælati perpetui, vacat. Ea enim ob majus periculum impendens sive imminens, ultra tres menses Prælato vacare non debet. *can. postquam. dist. 50. can. obeuntibus. dist. 63. c. ne pro defectu. 41. de elect. d. c. dilectus. 12.* Cum in cæteris Ecclesiarum sæcularium Prælaturis ac dignitatibus, & aliis beneficiis in quibuscunque cathedralibus & aliis Ecclesiis, tam sæcularibus quam regularibus constitutis, locum habeat dictum 2

ctum ſemeſtre. *d. c. nulla. 2. Innoc. Joan. Andr. Abbas in d. c. ne prælefectu.*

3 Ut & habet in præſentatione: niſi ſit patronus tantum Laicus; qui ad præſentandum ſolum habet quadrimeſtre. *c. un. §. verum. de jure patron. in 6. & ibi Gloſſ. & Dd.*

4 Quod Semeſtre etiam locum habet in proviſione parochialium, quarum collatio ſpectat ad Epiſcopos; quando ad Papam aut alios, debent intra quadrimeſtre perſonam magis idoneam, concurſu prævio, eligere; electam illis ſignificare: & *c. ut in Conſtit. Pii V. 32. ſuper cura Eccleſiar. Paroch. quam vid. apud Garc. de benefic. part. 9. cap. 3. num. 3.*

5 Idem ſemeſtre ſtatutum ad conferenda hoſpitalia, quæ conferuntur in titulum beneficii: *Rebuff. in concordat. tit. de Regia ad præſent. nominat. §. 1. verb. intra ſex menſes. verſ. item quando. Calder. conſil. 10. de ſuppl. neglig. Prælat.* Aliis hoſpitalibus conferendis nullum tempus eſt ſtatutum. *De quib. intellig. Feder. de permut. qu. 28. Paulus ad c. 2. de relig. domib. Coſmas in pragm. ſanct. tit. de collation. §. item circa. verſ. reſpectivè. Selva de benefic. 3. part. qu. 64. num. 3. Corraſ. de benef. 4. part. cap. 1. num. 6. Zerola in praxi Epiſcop. 1. parte, verb. beneficium. §. 3.*

6 Servare & dictum ſemeſtre debet, indultum habens conferendi beneficia reſervata: aliàs proviſio devolvetur ad Papam. *Caſſador. Acurſ. 8. de præbend. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. tit. de proviſion. verſ. in beneficiis reſervatis.* Non is qui Papæ vice fungitur; ut ejus Executor. *Caſſad. loc. Selva d. loc. num. 4. Coſmas d. loco. Rebuff. d. loco. Corraſ. d. loco, num. 6. Zerola d. loco.* Nullus enim terminus Papæ eſt præfixus. *Francuſius. ſtatutum. de præbend. in 6. Mandoſ. reg. 34. de annali. qu. 90. num. 5. Rebuff. d. loco. Lambert. de jure patron. 2. part. 3. lib. qu. 2. art. 8. num. 3. Garc. part. 10. cap. 2. à num. 10.*

7 Numeratur ſemeſtre à tempore veræ vel præſumptæ. *Hoſtien. Joan. Andr. c. ex parte. de conceſſ. præb.* ſcientiæ vacationis, *c. quia diverſitatem. in fin. de conceſſ. præb.* aut quo ſcire potuit aut debuit. *c. cum dilecti de ſuppl. neglig. Prælator. & ibi Innoc. Abbas & alii. Garc. d. loc. num. 27. & 33.* Conſtitutum enim contra negligentes. *d. c. quia diverſitatem. 5. Franc. in d. c. ſtatutum.* Unde & non currit legitimè, ſive de jure, ſive de facto, impedito. *d. c. quia diverſitatem. & ibi Abb. & d. c. ne prælatis.*

defectu. de elect. Rochus de jure patron. verb. Honorificum. qu. 28. num. 58. Imputari enim non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c. imputari. de reg. jur. in 6. Vivian. in ration. Juris Pontific. ad d. c. quia diversitatem.*

Similiter patronis tempus ad præsentandum currit, non à die va- 8
cationis, *ut volunt Lambert. d. part. 2. lib. 2. qu. 1. art. 8. Mandos. reg.* 34. *qu.* 53. *num.* 14. sed notitiæ ejus. *Rota decis. 7. de præbend. in antiquior.* veræ, *Selva d. loc. qu.* 59. vel præsumptæ.

Quæ determinanda per Judicem, beneficiorum qualitate, quantitate, locorum distantia & fama &c. consideratis. *Rebuff. in concordat. d. tit. de regia ad prælatur. nominat. §. 1. verb. inter sex menses. Rochus d. qu.* 27. *Garc. d. loc. à num.* 34.

Tempus scientiæ numerandum de momento in momentum. 9
Garc. d. loco, num. 43.

TITULUS IV.

Si Tempus præfixum non observatum.

SUMMARIA.

1. *Non facta provisione Beneficiorum vacantium intra tempus præfixum, fit devolutio ad Superiores.*
2. *Is non currit semestre.*
3. *Probanda ab Impetrante Devolutio.*
4. *In Beneficiis reservatis, cum Devolutioni non sit locus, vacationis consideratur tempus.*
5. *Fit de Capitulo ad Episcopum, & vice versa devolutio.*
6. *Quomodo fiat.*
7. *In Beneficiis amovibilibus an devolutioni locus.*
8. *Dicta de certo in Collatione observando tempore*

pore in qua habeant locum.

9. Quid ſi conferre, differat Epiſcopus.

1 IS ad quos ſpectat de beneficiis vacantibus providere, non providentibus infra tempus præfixum; *c. licet. de ſuppl. neg. Prælat. c. 2. de conceſſ. præbend. ubi Dd. Corraſ. de benefic. p. part. cap. 7. num. 8. parte cap. 1. num. 11.* aut indignis, inhabilibus, incapacibus, providentibus, gradatim ad Superiores fit devolutio. *c. cum in cunctis. §. fin. ubi Dd. c. ſcriptum. verſ. ſi vero. de elect. c. compromiſſarius. eod. in 6. Corraſ. d. num. 11. Cechus. de benefic. & penſ. cap. 5. num. 5.*

2 Quibus non currit ſemeſtre ipſis ad conferendum datum, etiam fiat devolutio à patrono Laico, tantum quadrimeſtre habente, niſi de notitiæ. *Innoc. in d. c. licet. Abbas in c. quia diverſitatem. num. 18. & in ex parte. num. 13. de conceſſ. præbend. & c. fin. num. 7. de Jure patron. Gut. de benefic. part. 10. cap. 3. num. 9. cum ſeqq. multis.*

3 Impetrans beneficium tanquam devolutum, probare debet devolutionem. *Caſſador. deciſ. 5. de præbend. Creſcent. deciſ. 15. eod. Mantiſius de ſignat. gratiæ. tit. de certo modo.* Debet enim purè & ſimpliciter literarum expeditione exprimi. *Caſſador. d. deciſ. Creſcent. d. loc. Abbedan. 17. de præbend. Gonzalez. ad reg. Cancell. de menſib. §. 4. prænum. 75. & Gloſſ. 32. num. 9.*

4 In beneficiis reſervatis, quia non cadit devolutio, cum in eis detur negligentia Ordinarii; *Caſſador. deciſ. 8. de præbend. Mantiſius de proviſionib. verſ. in benefic. reſervat.* conſiderandum eſt vacationis tempus. *Rota deciſ. 774. lib. 3. part. 3. diverſor. Gonzalez. d. loc. num. 6. & Gloſſ. 15. §. 2. num. 21. & Gloſſ. 51. num. 10.*

5 Notandum, quod ſicut de Capitulo ad Epiſcopum, ita de Epiſcopo ad Capitulum, *d. c. 2. de conceſſ. præbend. d. c. cum in cunctis. §. fin. elect.* ob magnam, quæ inter eos eſt, communionem, *c. requiſiſti. de ſtam.* fieri devolutionem: *Corraſ. d. 4. parte. cap. 1. num. 12.* puta quæ ad beneficia ad Epiſcopi collationem, non jure ſpeciali vel devolu ſed proprio ſpectantia. *Abb. in d. c. 2. num. 6. & 8. & in d. c. cum in cunctis. §. fin. & in d. c. quia diverſitatem. num. 10. & Franch. in c. un. §. cum*

verò. num. 3. & 4. Ne sede vacante. in 6. Felin. in c. irrefragabili. de offic. Ordin. num. 3.

Fit devolutio cum onere & qualitatibus requisitis in provisione prima. *Felin. in c. cum accessissent. de constit. num. 18. Corras. d. 4. parte. cap. 4. num. 16. Rebuff. d. tit. de devolution. à num. 40. Ferret. cons. 211. num. 12. Rochus de jure patronat. verb. honorificum. quæst. 3.* 6

In beneficiis manualibus & ad nutum amovilibus an devolutioni sit locus, est dubium: Negat Æneas de Falconibus *de reservat. qu. 3. in princ. num. 25. post Puteum decis. 180. num. 1. lib. 3. Francisc. de Aretio cons. 63. vers. sed ad istud.* Malè: Cum in eis locum esse devolutioni & suppletioni negligentiæ probet. *Clem. un. §. præmissa. & ibi Gloss. verb. revocari. de suppl. neglig. & ibi Cardin. num. 4. & Bonifac. num. 8. Gonzal. d. Gloss. 5. §. 6. num. 55.* 7

Quæ diximus, hoc & præcedenti titulo, de servando in collatione tempore certo, locum tantum habent in collatione libera, non necessaria præsentati. *Abbas in d. c. 2. num. 12. & 13. Cosmas in pragm. sanct. tit. de collat. §. item circa. verb. respectivè. Selva d. 3. part. qu. 64. num. 1. Roch. tr. de jure patronat. verb. honorificum. num. 55. Rebuff. in praxi tit. de devolut. num. 6. Zerola in praxi Episcopali. 1. part. verb. Beneficium. §. 3. & §. Jus patron. §. 8. dub. 3. & parte 2. verb. institutio.* nec in beneficiis resignatis ex caussa permutationis: *Feder. de Senis de permut. benefic. qu. 29. Franc. in c. un. de rer. permut. in 6. num. 10. & ibi Gambar. num. 137. Gimon. in Enchirid. benefic. tit. 5. cap. 8. num. 1. Garc. de benef. part. 10. cap. 4. per tot.* 8

Quæ si differat Episcopus sine legitima caussa providere, præsentati à gravamine illato appellare possunt. *Abb. in c. pastoralis. de jure patronat. Rochus d. num. 55. Zerola d. §. 8. dub. 3.* 9

TITULUS V.

De forma in proviſione Beneficiorum ſervanda in communi.

SUMMARIA.

1. *Beneficia conferenda in forma, eaq; ſive communi, ſive parochialibus, ſive ſimplicibus.*
2. *Quali in communi.*

1 VIdimus, quando & inter quæ tempora de beneficiis ſit providendum; videndum nunc *quâ formâ*: Idque ſive *in communi*, ſive *in Parochialibus*, ſive *in ſimplicibus*.

2 Sciendum *in communi*. In collatione & proviſione beneficiorum obſervandam eſſe formam à Jure, ſtatuto, conſuetudine, vel fundatione præſcriptam: ſi ſecus facturus & proviſio erit nulla. Peteus deciſ. 338. *lib.* 1. Nam forma non ſervata actus corruit. *Felin. in cum dilecto.* 22. *in fin. de reſcript. Brunus in tract. de forma. Everard. in loco, à defectu formæ.* Nec poterit, etiam in foro conſcientiæ, beneficium proviſum acceptari, aut retineri ſecundum Covarruv. *in reg. peccatum.* 2. *part.* §. 3. *num.* 9. Molin. *de Juſt. & jure. tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 8. *circa fin. verſ. ad dictum Innoc.* Salon. 2. 2. *qu.* 5. *de dom. art.* 4. Leſſius *de juſt. & Jure. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 2. Banner. 4 *concluſ.* Omninò, niſi dolus intervenerit, ſecundum Flamin. Pariſ. *de conſiden. qu.* 114. *à num.* 34. Innoc. *in c. quod ſicut.* 28. *num.* 11. *de elect. & in c. fin. de Clerico. excom.* Abb. *in c.* 1. *de conſtit. ubi Felin. num.* 39.

TITU-

TITULUS VI.

De forma servanda in provisione Parochialium.

SUMMARIA.

1. *In Parochialium provisione forma per Concilium Tridentinum præscripta.*
2. *Quæ.*

IN provisione Parochialium forma per Concilium Tridentinum præscripta *sess. 24. de reformat. cap. 18.* est observanda non factum; provisio censetur irrita. *secund. constit. D. Pii. 32. super collat. Paroch. Ecclesiar.* 1

Forma statuta hæc; Ut occurrente Ecclesiæ Parochialis, etiam generaliter, vel specialiter reservatæ, seu affectæ, vacatione; ejus notitia habita, debeat Episcopus statim, si fuerit opus, in ea Vicarium idoneum, cum fructuum portionis assignatione congruâ, constituere; qui, donec Ecclesiæ provideatur de Rectore, ejus sustineat onera: & deinde prævio concursu & examine, coram examinatoribus, saltem tribus, juxta formam ejusdem Concilii in Synodo deputatis; eligat Episcopus ex approbatis cæteris magis idoneum; illique Ecclesiam conferat. Is ad quem spectat Collatio. &c. *Vide Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. per tot.* 2

TITULUS VII.

De forma servanda in provisione beneficiorum simplicium.

SUMMARIA.

1. *An in Beneficiorum Simplicium provisione*

ſpecialis requiratur forma.

2. *An ulla citatio.*

3. *Præſentati, &c. ab Eccleſiaſticis debent examinari.*

4. *Non præſentati à perſonis Laicis.*

5. *Quæ in præſentati inſtitutione ſervanda forma.*

6. *Poſt termini lapſum audiendus nullus.*

1 IN *proviſione beneficiorum ſimplicium*, ad collationem liberam Ordinariorum, etiam Epiſcopo Inferiorum, ſpectantium, nulla ſpecialis forma jure reperitur præſcripta.

2 Nec requiritur in eorum collationibus citatio, aut vocatio etiam per Edictum, *Gloſſ. in fin. de elect. in* 6. *verbo obſervari. Franc. in c. conſtitutis. 2. num.* 12. *de appellation.* nec concurſus; ſed ſufficit providerii idoneum. *Gloſſ. in can. monaſterium.* 16. *qu. ult. & c.* 3. *de jure patron. verb. qui majoribus. ubi Abbas num.* 11.

3 Præſentati autem, ſeu electi, vel nominati, à quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, nec inſtitui, nec confirmari, nec admitti, etiam cuiuſvis privilegii vel conſuetudinis prætextu, debent, niſi prius fuerint ab Ordinariis examinati & idonei reperti. *Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 13. *& ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *verſ. ad hæc.*

4 In præſentatis à patronis Laicis, Epiſcopi examen non requiritur neceſſario. *ſec. d. ſeſſ. & cap. Garc. d. loc. num.* 9. *cum ſeqq.*

5 Præterea in Præſentati inſtitutione ſervanda eſt forma. *c. fin. de elect. in* 6. Nempe ut præcedat Citatio, cum termino competente & peremptorio, ſpecialis, ſi eſt coëlectus vel apparet oppoſitor: ſi non eſt, generalis: aliàs inſtitutio eſt nulla. *Joan. Andr. Domin. Franch. poſt Gloſſam in d. c. fin. Guidobon. deciſ.* 55. *refer. Garc. d. part. cap.* 4. *num.* 3. 5. 6. & 8. Niſi contraria ſit conſuetudo: *Lambert. de Jure patron.* 2. *part.* 2. *lib. qu.* 6. *art.* 14. Quæ probanda. *Puteus deciſ.* 306. *lib.* 1.

6 Poſt lapſum termini, audiendus, etiam re integra, ideſt, inſtitutione non ſecuta, nullus. *Felin. in c. cum Bertholdus. num.* 13. *de ver. judic.*

Rathus

Rochus tract. de jure patron. verb. honorificum. num. 5. & verb. competens. num. 51. Lambert. eod. tract. 2. part. 2. lib. qu. 6. art. 26. & 28.

TITULUS IIX.

In Beneficii provisione quæ requirantur.

SUMMARIUM.

Quæ præter dicta, ad Beneficiorum collationem requirantur.

PRæter jam enarrata in beneficiorum collatione observanda, sunt hæc: 1. Debet ea esse *gratuita*. 2. *Integra:* Ubi de annuis & Pensionibus: 3. *Pura*. 4. Non *surreptitia:* 5. *Publica;* Ubi an Clandestina valeat: 6. Quomodo *probanda*. De quibus singulis titulis sequentibus.

TITULUS IX.

Beneficii collationem debere esse gratuitam.

SUMMARIA.

1. *Beneficiorum Collatio debet esse gratuita.*
2. *Ambitiosa est irrita.*
3. *Pacto, pecunia interveniente, facta censetur ambitiosa & Simoniaca.*
4. *Unde Simonia dicta.*
5. *Qui eam committant.*
6. *Simoniaca provisio est nulla.*
7. *Nisi Simonia sit Mentalis.*
8. *Provisi Simoniacè quæ pœnæ.*

9. *Tranſactiones de Beneficiis Simoniæ habent ſpeciem.*
10. *Sportulæ etiam prohibitæ.*
11. *Et Notariorum mercedes.*
12. *Nec quid dari debet pro Beneficii inveſtitura.*
13. *Nec deportus & annata.*
14. *Imponi poſſunt onera in uſus pios.*
15. *In eos quid cenſeatur converti.*
16. *Epiſcopus redituum retinens partem incidit in Simoniam.*
17. *Simonia etiam committitur in aliorum Sacramentorum exhibitione.*
18. *Diſpenſationes concedendæ gratis.*
19. *Proviſio facunda citra præcedentes preces, &c.*

Corvin
De Perso
et Benef. Ecc
G I
3 2

1 PRimum & præcipuum requiſitum eſt; Quod Beneficiorum Collatio debeat eſſe *gratuita* & ab omni ambitu & negotiatione aliena. *can.* 93. *ordinationes.* 1. *qu.* 1. *can.* 1. 3. 4. 5. *can.* 87. *ſi quis objecerit. cum ſeqq. can. fin.* 1. *qu.* 3. *c.* 1. 2. 3. *de Simonia.* Dicit canon 2. Concilii Chalcedonenſis, *relatus in can.* 8. *ſi quis Epiſcopus.* 1. *qu.* 1. hæc verba; *Si quis Epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & ſub pretio redegerit Spiritus Sancti gratiam, quæ vendi non poteſt, ordinaverit q; per pecuniam Presbyterum aut Diaconum, vel quemlibet de his qui connumerantur in Clero, promoverit: aut promoverit per pecuniam diſpenſatorem aut defenſorem, vel manſionarium, vel quenquam omninò qui ſubjectus eſt regulæ, pro ſui turpiſſimi lucri commodo: is qui hoc attentaſſe probatus fuerit, proprii gradus periculo ſubjacebit, & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat, ſed ſit alienus à dignitate, vel ſolicitudine, quam pecuniis acquiſivit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis, extiterit, & ipſe, ſi quidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat: ſi vero Laicus, aut Monachus, anathematizetur.* Extat & Conſtan-

stitutio Imperat. Leonis & Anthemii sanctissima. *in l. si quemquam. 31. Cod. de Episc. & Cleric.* hisce verbis; *Si quemquam vel in hac Regia Urbe, vel in cæteris Provinciis, quæ toto Orbe diffusæ sunt, ad Episcopatus gradum provehi Deo Authore contigerit, puris hominum mentibus nuda electionis conscientia, sincero omnium judicio proferatur. Nemo gradum Sacerdotii pretii venalitate mercetur: quantum quisq; mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur; quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & à sacris adytis repellatur, piaculare flagitium. Hanc castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus: ut quocunque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Nec pretio, sed precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse semotus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat; sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus: cum sanè si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis Sedem pecuniæ interventu subiisse, aut si quis, ut alterum ordinaret, vel eligeret; aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ Majestatis accusatione proposita à gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore privari, sed perpetua quoq; infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat & æquat, utrosq; similis pœna comitetur.* Hæc dicti Imperatores.

Quod autem de ordinatione Episcopi dicitur, & ad beneficiorum ordinationem pertinet; Quæ olim cum ordinatione ipsa seu promotione erat conjuncta. *can. ex multis. 1. qu. 3.*

Si quis igitur largitione ad sacrum ministerium promotus, aut be- 2
neficium fuerit assecutus, ab eo repelli & removeri debet, cum irrita sit ac nulla talis ordinatio. *can. sanctorum. 1. qu. 1. can. ea, quæ cum aliis. 1. qu. 3. c. cum Clerico. ubi Abb. de pactis. Extrav. cum detestabile. de Simonia. Corras. de benef. part. 3. cap. ult. num. 13. & part. 4. cap. 1. num. 2.*

Nec refert, an quis pecuniam, an aliquid pro pecunia paciscatur: 3
Quia omnes hujusmodi pactiones improbat Jus Canonicum; quibus

inter-

intervenientibus gratuita dici non poteſt collatio; *can. quam pia. 1. qu. 2. c. cum pridem. c. cum Clerici. c. fin. de pactis. Prob. ad Monachum in c. cum nullus. de tempor. ordin. in 6. Rebuff. in praxi. tit. requiſita ad Collation. n. 2. in concord. tit. de Collation. in Rubr. verſ. ad primum.* & incidit in Simoniam.

4 Quæ dicta à Simone Mago quodam Apoſtolorum contemporaneo; qui exiſtimans divinam illam vim & poteſtatem infundendi gratiam Spiritus Sancti, quam habebant Apoſtoli, obtineri poſſe pecunia, audivit à D. Petro verba hæc; *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Actuum Apoſtolor. cap. 8. cap. 20.*

5 Unde, quicunque rem ſacram ſpiritalemque precio ſibi aut alias quæ precii vice fungatur, parant, Simoniaci, quaſi Simonis illius æmuli & imitatores appellantur. Comparari ſolent Judæ proditori, qui Judæis Dei occiſoribus, Chriſtum vendidit: *can. eos qui. 21. cauſ. 1. qu. 1.* Inter hæreticos æſtimantur præcipui. *can. fin. 1. qu. 7.*

6 Simoniaca ergo Beneficii proviſio vitiatur, & nulla eſt, ipſo jure impediente, illius acquiſitio: *d. can. ea, quæ cum aliis. d. c. cum Clerici. ibi Abb. d. Extrav. cum deteſtabile.* Licet facta proviſo, *c. ex inſinuatione. de Simonia. c. nobis. in verb. penitus improbanda. eod. Abbas in c. de elect. num. 2. & 3. & ibi Barbatia. Annania in d. c. nobis. num. 1.* Cujus aut collatore; aut utroque ignorantibus: *Summa Corona 3. part. in tit. de Simonia. ſub num. 30.* aut Collator aliàs fuiſſet collaturus: *Gloſſ. Felin. in d. c. nobis in fine.* Simonia ſit commiſſa, cum ex pluribus Electoribus, præſentatoribus, collatoribus, ſed jure Collegii proviſoribus, *Garcias de benefic. part. 8. cap. 1. num. 12.* uno: *d. c. nobis. & ibi Abbas. 1. notab.* Simoniacè proviſus, ad beneficium antea jus habuerit: *d. c. nobis. c. pen. de elect. Ugolin. de Simonia. tab. 4. cap. 6. num. 4.* Simonia, non ſit realis, ſed tantum conventionalis, nec habuerit executionem: text. *in d. can. eaquæ.* ubi Urbanus II. in Concil. Placent. ſtatuit: *Ea, quæ à Sanctis Patribus de Simoniacis ſtatuta ſunt, nos quoq; & pariter Spiritus Sancti & auctoritate Apoſtolica firmamus. Quicquid ergo vel Sacris Ordinibus, vel in Eccleſiaſticis rebus vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas unquam vires habere confirmamus. text. in d. c. cum Clerici. 6. in verb ſpolietis. de pact. Butrio in c. fin. de ſpolio. Felin. in c. inſinuatum. in pr. de Simonia.* text. *in d. c. nobis, in verb. penitus reprobanda.*

reprobanda. de Simonia. Felin. in d. c. insinuatum. Inducitur enim Simonia ex promissione sola. *Abb. in d. c. nobis. num. 3. Felin. num. 2. Lambertin. de Jure patronat. 1. part. 2. lib. qu. 9. art. 11. & 2. part. 2. lib. qu. 9. art. 3. num. 8. vide Garc. d. loco, num. 20. cum multis seqq.*

Mentalis tamen Simonia non inducit nullitatem. *c. fin. de Simon.* 7
ubi Dd. Guitierrez. canon. quæst. lib. 2. cap. 23. à num. 31. Ugolin. de Simonia. tab. 2. de Simonia mentali. cap. 2. Sylvester in Summa. verb. Simonia. §. 20. Firmius in armilla. eod. verb. § 8. Navarr. de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 370. Garcias d. loc. num. 45. & 54.

Est ergò beneficii provisio per Simoniam realem aut conventio- 8
nalem facta nulla; Simoniaci ad illud beneficium obtinendum. *d. c. nobis. d. c. penult. de elect. ubi Dd. Ugolin. d. tab. 4. cap. 6. §. 6. num. 2.* ut & alia, quæcunque, *Rebuff. consil. 59. Corras. d. c. ult. num. 22. Petr. de Baisso. in directorio Election. cap. 28. parte 2. Lancellot. de attentat. 3. parte. cap. 24. qu. 27. num. 3. Joan. Andr. Butrius. Ancharan. & alii in c. pen. de elect. Abbas, Felin. & alii in c. de Simoniaco. de Simonia.* inhabiles; infames, *can. fin. 1. qu. 3. Gloss. in c. 1. de testib. in 6. vers. mediatores.* infamia juris: *can. sane. 15. qu. 3. Corras. de benef. part. 3. cap. fin. num. 20.* irregulares, *Lambertin. de Jure patronat. 1. part. 2. lib. qu. 9. art. 10. num. 4. Achilles decis. 341. num. 4. Majol. de Irregul. lib. 5. cap. 45. num. 1. d. Constit. 5. Pii V. Ugolin. d. tab. 4. cap. 6. num. 2.*

Adeo autem beneficii provisio debet esse gratuita & sine præmio 9
& mercede, ut transactiones de beneficiis interpositæ non subsistant; quasi habeant Simoniæ speciem, nisi justa aliqua de caussa fuerint interpositæ, & auctoritate Superioris firmatæ: *c. constitutus. 4. de transact. c. nisi essent. 21. de præbend.* aut ad vexationem redimendam pro jure quæsito conservando intervenerint: *c. Matthæus. 23. c. Dilectus 28. de Simonia. d. c. constitutus.*

Prohibitum etiam ex collationibus, seu institutionibus, ac posses- 10
sionibus, seu mandatis possessionum beneficiorum & capellaniarum exigere sportulas, aut aliquid pro pastu; nulla, etiam immemoriali consuetudine, obstante. *can. fin. 1. qu. 3. c. cum satis. c. cum in Ecclesia. c. Jacobum de Simonia. ubi Dd. Cosmas in pragm. sanct. tit. de annatis. in princ. Rebuff.*

buff. in praxi. tit. quot mod. benef. acquirant. S. Concilii Congreg. in una Meldenſi, & Gerundenſi. teſte Garcia d. loco, num. 76. & 77.

11 Nec poſſunt Librarii & Notarii, qui tabulas conficiunt, aliquid pro labore ſuo recipere. *c. 1. de Simonia.* niſi alia in loco ſit conſuetudo: & nihil recipiant ex publico: Dicto tamen caſu moderatur merces ſecundum Concilii Tridentini definitionem. *ſeſſ. 21. de reformat. cap. 1.*

12 Prohibetur etiam dari aliquid pro introitu, vel inveſtitura beneficii, *c. ſicut pro certo. 39. de Simonia.* non ſolum ut pecuniæ eo nomine exigi non poſſint, *c. veniens. 19. eod.* vel aliquid in venia dari debeat, *cap. 146. lib. 1. Capitular. Caroli Magni:* ſed etiam ut promotus non teneatur convivium ex conſuetudine exhibere. *c. Jacobus. 44. eod. ubi Abbas, Annania, Felinus, & alii, & in c. cum M. de Conſtitut. Felin. num. 20. Abb. num. 25. Decius num. 110. Ripanum. 175. vid. Garc. d. loc. num. 83.*

13 Et multò magis non præſtandis, qui vulgo appellantur deportus & annatæ; quando nempe Pontifices *not. in c. 1. de Simonia. Concil. Boſileenſe ſeſſ. 21.* Epiſcopi, vel Archidiaconi percipiebant fructus primi anni beneficiorum vacantium; quod prohibitum *c. 2. de elect. extr. Joan. Pragm. Sanct. tit. de annatis. ubi Gloſſ. verb. conſuetudinis. Dartis tract. de benef. ſect. 5. cap. 2. verſ. adeo in fin.* Obſtat omnibus hoc; *Gratis accepiſtis, gratis date. Duar. de benefic. lib. 6. tit. 3.*

14 Tantum Jure receptum eſt, ut imponi poſſint onera ſpiritualia accipienti beneficium; veluti, ut Miſſam cantet de B. Maria aut de Spiritu Sancto; *c. ſignificatum. 11. de præbend.* ut & temporalia; modo in alios pios ordinentur. *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 14.*

15 In uſus pios converti intelligitur, quod vel in ſubſidium Seminarii, vel in pauperum eleemoſynas, vel in Eccleſiæ fabricam deſtinatur. *Octav. Frangipanus in director. Eccleſiaſt. Diſciplina. tit. de benefic. Eccleſiaſtic. num. 25.*

16 Speciem quoque habet Simoniæ quando Epiſcopus conferens beneficium, ſibi retinet reditum partem, ſive convenerit de eo, ante, ſive poſt. *c. un. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. confer. c. prohibemus. 7. de cenſib.* Sed ſi ante Collationem fructus ex juſta cauſſa perceperit, pura ut

ut Ecclesiæ æs alienum solveret. *ut in c. pen. de verbor. signif.* procul erit à Simonia.

Committitur non tantum Simonia in Beneficio, vel Ordine, sed 17
& in aliorum Sacramentorum exhibitione: Nam prohibitum est pro Baptismo, pro Unctione chrismatis, pro balsamo, pro Communione, pro Missa, pro luminariis, pro benedictionibus nubentium, & pro mortuorum exequiis aliquid recipere. *c. placuit. 22. can. baptizandis. 99. cum 5. seqq. can. si quis. 115. cum seqq. 1. qu. 1. c. non satis. 8. cum seq. c. ea, quæ. 16. c. ad nostram. 21. c. suam nobis. 29. de Simonia.* Nisi sit forte aliquid quod ex laudabili consuetudine præstetur; quod peti poterit per Episcopum, & officio Judicis, non per vim actionis. *can. ad Apostolicam. 42. eod. ubi Interpret.* Præcipuè ubi Presbyter aliunde non habet, unde se exhibeat; Quo casu æquum est, ut cum altari serviat, de altari vivat, & pro sumptu & solatio suo pauca quædam accipiat. *D. Paul. 1. ad Corinth. 9. Vivian. in rational. jur. Pontif. ad d. c. ad Apostolicam.*

Similiter gratis concedi debent dispensationes, *Concil. Trident.* 18
sess. 22. de reform. cap. 5. & sess. 24. de reform. matr. cap. 5. & sess. 25. de reform. cap. 18. in tantum ut Ordinarii seu Vicarii, quibus committuntur, non possint quicquam accipere pro labore, & receptione, & examinatione testium; vel quovis titulo alio; *ut multoties declaravit S. Congregatio Cardinal. teste & referente Garcia d. loc. num. 102. cum seqq.* non obstante ulla consuetudine in contrarium. *Idem d. loco, num. 110. cum seqq. P. Ravenas de consuetud. sect. 4. num. 8. Navarr. consil. ult. de rescript. Zerola in praxi Episcop. 2. part. verb. delegatus. §. 2. & verb. dispensatio. §. 2.*

Præterea beneficii provisio fieri debet citra præcedentes preces, 19
obsequia, aliamque humanam gratiam: *can. ordinationes. 1. qu. 1. can. Moyses. 8. qu. 1.* aut est Simoniaca. *Gloss. in c. tuam. verb. nullum. de ætate & qualit. Gloss. in d. c. ordinationes. verb. vel precibus. Ripa in c. cum M. Ferrariens. de constit. num. 30. & seq. Corras. 4. part. cap. 1. num. 2. & 3.*

TITULUS X.

Beneficiorum collationem debere eſſe integram.

SUMMARIA.

1. *Beneficia conferri debent integra.*
2. *Nec unum dari debet duobus, nec ex una fieri præbendæ duæ.*
3. *Cur non.*
4. *Limitatio.*

1 PRæter Ambitum in Beneficiorum Collationibus cavendum, ne Collator conferat uni Beneficium, & alteri attribuat Penſionem ex reditibus Beneficii. *c. extirpanda. 30. de præbend.* Beneficia enim cum vacant *integra* & ſine ullâ diminutione ſunt conferenda. *Rubr. tit. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. conferantur. can. ult. in fin. 1. qu. 3. c. majoribus. 8. c. vacante. 26. c. cum cauſam. 36. de præbend.* Et in Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro III. Pontifice habito, prohibitum eſt *cap. 7.* Ne Antiſtes conferendo Eccleſiaſticum beneficium præſumat proventuum partem ſuis uſibus reſervare. *c. un. verſ. & circa inhoneſtatem. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. conf.* Si faciat, in Legem Ambitus committit. *Duar. de benef. lib. 6. cap. 4.*

2 Caveat quoque, ne duobus det beneficium, vel ex una præbenda faciat duas: Utrumque enim Concilio Turonenſi *cap. 8.* interdictum *cap. tuæ fraternitatis. 20. cum ſeqq. c. cum cauſam. 36. de præbend.*

3 Primum ea ratione, quâ beneficiorum pluralitas inhibetur, de qua *re dicetur ſuo loco*; Quod ut nemo binas conjuges habere poteſt, ita nec una debet eſſe conjux plurium: Alterum vero quia æquum non eſt, ut quæ ſingulis attributa ſunt, erogentur in plures. Nec refert quod ex præbenda aut beneficio ſuperſit aliquid Clerico ultra neceſſaria, quia, quod ſupereſt, erogandum in pauperes; *can. pen. & ult. 12. qu. 2.*

Eo

Eo tamen casu quo facultates Ecclesiæ fuerint auctæ; augeri po- 4
terit præbendarum numerus. *c. cum M. Ferrariensis. 9. de constitut. c. fin. de verb. signific.* Quando Concilii Turonensis prohibitio recipit limitationem hanc; Nisi subsit justa caussa præbendas dividendi, & plures ex una constituendi. *d. c. vacante. 26. de præbend. c. ad audientiam. 3. de Eccles. ædific. vel repar. Dartis de benefic. sect. 5. cap. 2.*

TITULUS XI.

De Pensionibus, quæ in Beneficii Collationibus retinentur.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Pensiones an sint Beneficia.*
3. *Distinguitur: Aut data in Titulum, aut Simpliciter. Illæ Beneficii appellatione veniunt: Non hæ.*
4. *Illæ non possunt constitui Laicis: nec emi, nec pretio transferri.*
5. *An gratis possunt remitti; & quæ.*
6. *Pensionem quæ non est Beneficium, appellat Duarenus Annuum: An rectè.*
7. *Ejus definitio varia.*
8. *Probatio Duareni.*
9. *Ex quibus fiat delibatio.*
10. *Pensiones vel dantur Laicis, vel Clericis.*
11. *Hæ vel ob ministerium sacrum vel simpliciter.*
12. *Laicis aliquando dantur ob munus profanum.*
13. *Quibus ob ministerium sacrum dantur.*

14. *Conſtituuntur Vicarii perpetui : quando Eccleſia pertinet ad locum religioſum : & debetur eis penſio.*
15. *Poſſunt deſtitui : & quando.*
16. *Vicaria perpetua an Beneficium.*
17. *Conſtituitur etiam aſſignatâ penſione Vicarius perpetuus, cum Beneficium alicui præbendæ, &c. eſt annexum.*
18. *Conſtituuntur etiam penſiones Vicariis temporalibus.*
19. *Qui illi.*
20. *Quando penſiones aliis quam Vicariis conſtituantur.*
21. *Quando Clericis ſacro miniſterio non adſtrictis.*
22. *Non niſi auctoritate Superioris.*
23. *Superior hic Papa.*
24. *Legatus Apoſtolicus.*
25. *Epiſcopus.*
26. *Non Inferior.*
27. *In Gallia ſolus Papa.*
28. *An hoc ubiq; receptum.*
29. *Papâ inferiores non conſtituunt ſine cauſa; ubi de ea conſtet.*
30. *Quæ ſoleant movere Papam.*
31. *Papâ inferiores quando non poſſint imponere penſiones.*
32. *Super quibus Beneficiis.*
33. *An impoſita tranſeant ad Succeſſores in Beneficia.*
34. *Penſio conſtituta qualis debeat eſſe.*
35. *Ultra debitam quantitatem impoſita non reſcinditur in totum.*
36. *Quibus Beneficiis imponi poſſit.*

Corvin
De Perso
et Benefs. Ec
G I
3 N

37. *Jus habet Pensionarius in Beneficio; usufructui simile.*
38. *Sed non usquequaq;.*
39. *Quousq;.*
40. *An possit permutari cum Beneficio.*
41. *Remitti.*
42. *Vendi.*
43. *Quid si Beneficium vacet, vel quasi.*
44. *Sit Sequestratum.*
45. *Translatum.*
46. *Ubi solvenda pensio.*
47. *Pensionarius an habeat jus prælationis.*
48. *Pensio expirat morte Pensionarii.*
49. *An possit transferri in personam aliam: Ubi & quibus casibus.*
50. *Quid si facta translatio.*

QUod diximus non posse alicui conferri Beneficium ea lege ut alteri *Pensio*, id est, portio quædam ex reditibus beneficii assignetur; quasdam recipit limitationes; quas tractabimus nunc: ideoque de *Pensionibus* dicemus copiosius & generalius. 1

Sunt *Pensiones* Beneficiis valde affines: Adeo ut disputetur graviter, An non sint beneficia, & Beneficiorum nomine intelligantur. Affirmant Barbatia *ad c. ad audientiam. 2. de rescript. Paulus Roman. de pension. cap. 6. num. 34. & cap. 7. num. 16.* Non esse, propriè, sed Beneficiorum appellatione venire dicit *Gambar. de offic. Legati lib. 6. à num. 309.* Nec esse Beneficia; nec eorum nomine venire, asserunt: Dominic. Franch. & alii *in c. quamvis. 1. de præbend. in 6.* Abb. & Felin. *in d. c. ad audientiam.* Selva *de benefic. 1. part. qu. 3. num. 11.* Caccialup. *de pension. qu. 12.* Gigas *de pension. qu. 28.* Covarruv. *pract. resolut. cap. 36. num. 10. vers. quarto quoties.* Duaren. *de benef. lib. 2. cap. 4. & lib. 6. cap. 4. vers. annua hujusmodi.* alii relati per Garciam *de benef. part. 1. cap. 5. num. 3.* 2

Distinguendum; Aut agimus de *pensionibus* quæ in *beneficii titulum* dantur; Nempe cum certæ pensiones extrahuntur ex beneficiis pinguibus 3

guibus, ut ſint Eccleſiaſtica beneficia deinceps: *c. conquerente. de Cleric. non reſident. ubi Abbas not. 1. num.* Et propriè ſunt Beneficia, & eorum appellatione veniunt: nec refert quod appellentur Penſiones: Nulla enim in nomine vis: *Cardin. in Clem. 1. §. eadem. num. 4. de ſuppl. negl. Prælat. Caccialup. d. qu. 12. Gigas qu. 1. num. 1. & qu. 28. num. 20. Covarr. d. loc.* Aut agimus de *penſionibus*, quæ conſtituuntur *ſimpliciter* ad tempus *de fructibus beneficii*, & alicui Superioris auctoritate aſſignantur. Et *Eæ* nec ſunt Beneficia, nec eorum nomine veniunt. Quia in ſe nullam habent ſpiritualitatem, ſed ſunt quid merè temporale, cujus Laici ſint capaces. *Domin. Franch. Abb. Felin. Selva, Caccialup. Gigas. dd. loc. Camill. Cautius de penſione Epiſcop. num. 32. Duar. d. lib. 6. cap. 4.* Habent *Illæ.* Quia ſicut Beneficia requirunt & præſupponunt Clericatum, & ideò dicuntur ſpiritualia, ſeu ſpirituale jus habere annexum dependenter ſive conſequenter: *D. Thomas 2. 2. qu. 100. art. 4. & ibi Ejus Expoſitor. Abb. in c. conſulere. num. 3. de Simon. Ugolin. de Simoniæ genere. tit. 1. de Simonia. cap. 34.* ita etiam penſiones iſtæ, ſecundum Stylum Curiæ, requirunt Clericatum: Penſionarii obligantur ad horas & Officium parvum B. Mariæ, *Conſtit. 71. Pii V. Conſtit. 30. Sixti V.*

4 Hinc conſtitui non poſſunt Laicis, etiam non conjugatis, *Reb. de pacific. poſſeſſor. num. 153. Navar. conſ. 34. de præbend. Flamin. Paul. de reſignat. benefic. lib. 4. qu. 2. num. 7.* nec citra vitium Simoniæ, pecunia redimi, ſeu emi, nec pretio, ſine authoritate Papæ, transferri. *Navar. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 200. & conſ. 11. de reb. Eccleſ. & cap. 47. 60. 62. de Simonia. Ugolin. d. loc. cap. 28. §. 3. num. 6. & 7. Zanzius praxi Epiſcop. part. 2. verb. Penſio. §. 8. & verb. Penſionarius. §. 1. Lorquez. in Summa. lib. 13. cap. 13. §. 2.* Commoditates & fructus earum poſſunt vendi. *Navarr. conſ. 11. de rebus Eccleſiæ. Garcias d. loco, num. 20. cum multis ſeqqq.*

5 Poſſunt tamen *Penſiones* omnes, (Eis ad quarum Titulum ordinati, exceptis, *Concil. Trident. ſeſſ. 20. de reform. cap. 2. ad fin. Tuſcus d. de viſitat. cap. 28. num. 40.*) abſque auctoritate Superioris gratis remitti per Penſionarios; *Sarnenſ. in reg. Cancell. de infirmis. qu. 16. & in Compendio ſignaturæ. num. 87. Corraſ. de benefic. 1. part. cap. 4. num. 4. Rebuffus an. de Simonia 2. part. cap. 14. num. 15.* etiamſi ſint expreſsè reſervatæ

pro alimentis; ut pensionarii commodius sustentari queant: Quia pensiones sunt odiosæ, extinctiones verò favorabiles; cum restituantur beneficia ad libertatem pristinam. *Caputaquen. decis.* 303. *part.* 2. *Flamin. Paris. d. lib.* 6. *qu.* 6. *num.* 1. *Sarmiento lib.* 1. *Selectar. cap.* 12. *in princ. & lib.* 8. *in l.* 2. *ff. de legat.* 2. *num.* 9. Unde dicit *Achilles decis.* 312. Cessatio pensionis, est beneficii à servitute liberatio.

Pensionem, quæ non est beneficium, appellat Duarenus *d. lib.* 6. *cap.* 4. Annuum: & rectè quidem, si in annos singulos præstanda: non rectè si aliud tempus pensioni præfinitum. 6

A variis definitur variè: Gigas definit: *d. tract. de pension. qu.* 1. *num.* 1. *ex Cardin. & Imola.* Quod sit certa portio ex aliqua mensa vel beneficio, ex caussa, ad tempus, non in perpetuum, separata. Corrasius *de benef. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Quod sit moderata quædam portio ex reditibus beneficii, authoritate Superioris ad tempus separata per modum quantitatis, & cum caussa alteri assignata. Ugolinus *de tab.* 1. *de Simoniæ genere. cap.* 28. §. 3. *num.* 3. Quod sit Jus quoddam spirituale annexum; quo quis pecuniam seu fructus ex beneficio aliquo Ecclesiastico consequitur. 7

Eleganter Duarenus *d. loco.* exemplo JCti Florentini in definitione legati, *l. legatum.* 117. *ff. de legat.* 2. sic: Quod sit quædam *Beneficii delibatio, quo ex eo quod universum Beneficiarii foret, pars quædam alteri confertur.* 8

Quæ delibatio, vel fit ex fructibus, vel ex proventibus aliis, quandoque in pecunia numerata; *c. nisi essent.* 21. *de præbend.* quandoque ex distributionibus quotidianis; ubi nempe tales distributiones sunt, quæ etiam dantur iis qui horis non interfunt. *c. postulasti.* 10. *Extr. eod.* 9

Pensionum in genere summa divisio est; Quod quædam dentur *Laicis*, quædam *Clericis*. 10

Hæ rursus vel dantur ob sacrum & *spirituale ministerium*, vel *nullo* ejusmodi *onere injuncto*. 11

Verum quidem est, Pensiones quæ præstantur Laicis ex Ecclesiarum proventibus, quandoque præstari ob munus aliquod profanum injunctum; ut quæ penduntur Ecclesiarum Advocatis, vel Campanarum pulsatoribus, *can.* 12. *quicunq;* 12. *qu.* 2. quandoque sine onere; 12

ac miniſterio & ἀσπαρτα καὶ ἀνήκεστα, proveniunt; veluti; quæ bene meritis de Eccleſia tribuuntur. *c. nobis fuit. 25. de jure patronat.* ſed nullam ſpecificam differentiam conſtituunt in penſionibus, quæ dantur Laicis. At in his quæ dantur Clericis, intereſt plurimum, utrum ob ſacrum & ſpiritale miniſterium dentur, an verò nullo onere injuncto. *Dartis de benef. ſect. 5. cap. 3.*

13 Ob ſacrum miniſterium dantur Penſiones vel *Vicariis perpetuis* vel *temporalibus*, vel *aliis* quàm Vicariis.

14 Conſtituuntur in Beneficiis *Vicarii perpetui* caſibus duobus:

Primò; Quando Eccleſia aliqua pertinet ad locum religioſum, vel *pleno jure;* id eſt, & quoad ſpiritualia & quoad temporalia; Eo caſu, ut dicitur *in can. 1. viſis. 16. qu. 2.* Religioſus locus eam Eccleſiam regere debet, per ſuos Sacerdotes, id eſt, *ſecund. Clem. un. de ſupplenda negl. Prælat. & Clem. 1. §. cæterum. de ſtatu monach.* unum e Monaſterii Monachis conſtituere Vicarium perpetuum: penſione congruâ ex aſſignatâ: *c. quoniam. 21. de privileg.* Vel *non pleno jure*, ſed quoad temporalia tantùm: & tunc debet locus religioſus regere Eccleſiam per Vicarium ſæcularem, ad Monachorum præſentationem, *c. cum & plantare. 3. §. in Eccleſiis. de privileg.* congruâ itidem penſione aſſignatâ, *c. de Monachis. c. extirpandæ. c. in Lateranenſi. de præbend.* per Epiſcopum inſtitutum.

15 Qui Vicarii perpetui deſtitui ex juſta & rationabili cauſſa poſſunt puta, ob quam amitteretur Beneficium; *c. ad hæc. 3. de offic. Vicarii* pro arbitrio & Voluntate Epiſcopi, ſi ſint ſæculares; pro libidine Monachorum ſi religioſi. *can. ſatis perverſum. diſt. 56.*

16 Ex quo nonnulli exiſtimant Vicariam perpetuam eſſe beneficium; maximè cum jura quæ de beneficiis loquuntur, in Vicariis perpetuis habeant locum. *c. Michael. de filiis Presbyter. c. poſtulaſti. 27. de reſcript. Clem. un. de offic. Vicarii.* Non rectè. Nec enim unius beneficii duo poſſunt eſſe intitulati. *c. cum non ignores. 15. de præbend.*

17 *Secundò*, Vicarius perpetuus congrua aſſignata penſione, per Epiſcopum, conſtituitur; cum vel alicujus Prælati menſæ, vel alicui Dignitati, vel Præbendæ beneficium eſt annexum: *d. c. extirpandæ. §. quia*

Corvin
De Perſo
er Benef; Ec
G I
32

verò. c. exposuisti. eod. c. 1. de jure patronat. vide Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 16.

Vicariis temporalibus etiam constituuntur pensiones congruæ. 18

Sunt qui vel non residentibus ex studiorum, *c. cum ex eo. de elect.* 19 *in 6.* aut quacunque alia caussa; *c. pervenit. 28. de appellation.* vel plura beneficia incompatibilia habentibus, vel Ordinariis illiteratis existentibus, constituuntur. *d. Concil. Tridentin. sess. 6. de reform. cap. 2. & sess. 7. cap. 5. & sess. 21. cap. 6.*

Aliis quam Vicariis, ob suarum ministerium præstantur Pensio- 20 nes: Cum Ecclesiæ Rector sibi adsciscit Clericum ad Ecclesiæ ministerium: *c. conquerente. de Cleric. non resident.* Cum ex unius Ecclesiæ divitis reditibus, alterius pauperis Canonico aut Rectori providetur. *Panorm. in d. c. exposuisti.*

Nonnunquam *Pensiones* attribuuntur Clericis nullo sacri mini- 21 sterii onere adstricti. Quod ut intelligatur commodè, videbimus; 1. *Quis eas possit imponere:* 2. *Ob quas caussas:* 3. *Ad quam quantitatem:* 4. *Quibus beneficiis:* 5. *Quod jus habeat Pensionarius:* 6. *Quibus modis illud amittat.*

Pensio itaque imponi non potest sine *Superioris auctoritate. c. nisi* 22 *essent. 21. vers. quia igitur. de præbend. c. 1. §. eadem de supplem. neglig. Prælat.*

Superiorem hic intelligimus primò Papam; qui plenariam ha- 23 bet, ut sæpe dictum, in beneficiis potestatem: *c. 2. de præbend. in 6. Clem. 1. in fin. Ut lite pend. nihil innov. Gigas de pension. qu. 6. num. 1.* Unde & assignat pensiones sine caussa; *Felin. in c. ad audientiam. 2. de rescript. num. 2. Gigas d. qu. 6. num. 6. & qu. 10. Mandos. de signatura gratiæ. tit. de pension. vers. Papa absq; aliqua caussa.* & consensu beneficiati. *Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. qu. 2. num. 131. & 155. Caputaquen. decis. 316. part. 2. Gabriel. de reg. jur. conclus. 3. num. 69. lib. 4. Gambar. de offic. Legati. lib. 10. num. 376.* Licet hoc regulariter non faciat. *Cassador. decis. 4. num. 6. de pension. Gigas qu. 1. num. 4. & qu. 6. num. 7. Marches. de commission. 2. part. cap. 4. de commiss. appellat. num. 42.*

Secundò Legatum Apostolicum; *Rebuff. de pacif. possess. num.* 24 *120. Corras. d. cap. 4. num. 9. Gambar. lib. 6. num. 77.* de latere; *Gigas*

qu. 6. num. 28. Zechus de benefic. & penſion. cap. 11. num. 5. Aut Miſſus cum teſtate Legati à latere. *Gigas d. qu. 6. num. 19. cum ſeqq.*

25 Tertiò Archiepiſcopum, Epiſcopum, in ſua dioeceſi: *Felin. in c. audientiam. num. 2. Caccialup. de penſion. qu. 5. & 13. Paulus Roman. tract. cap. 4. num. 1. Gigas d. tract. qu. 6. à num. 2. Rebuff. d. loc. num. 112. & in repet. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. in 6. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. §. 2. num. 295. cum ſeqqq.* Eſt enim regula; Quotieſcunque aliquid permittitur à Jure, & illud non ſibi ſpecialiter aſſervavit Papa, ejus quoque poteſtatem habere Epiſcopum. *c. nuper. 29. de ſentent. excommun.* De penſione illud probat, *d. c. extirpandæ. §. fin.* ubi prohibetur Epiſcopus penſionem imponere in fraudem: Ergo eâ ceſſante imponere poterit. *Dart. d. loco, verſ. quod ad.*

26 Inferiores Epiſcopo penſionem imponere non poſſunt. *Rebuff. d. loco. Corraſ. d. cap. 4. Gambar. d. tract. lib. 6. num. 77. Duaren. d. loc. Camillus Cautius de penſion. Epiſcopali. Zechus d. c. 15. num. 5.*

27 In Gallia ſolus Papa penſionem imponere poteſt; cùm ejus authoritatem impoſitio facta non valet. *Rebuff. tract. de pacific. poſſeſſ. num. 105. Dartis d. loco, verſ. quod ad primum in fin.*

28 Quod ubique uſu receptum eſſe inquit Lopez. *inſtruct. conſcientiæ 1. tom. cap. 303. poſt Sotum de juſt. & jure. lib. 9. quæſt. 7. art. 2. Garcias d. loco, num. 309. cum ſeqq.*

29 Papa Inferiores, ut Epiſcopi, penſiones imponere non poſſunt: ne cauſſa; aliàs cenſebuntur impoſitæ in fraudem. *ut in c. ad audientiam. 33. de reſcript. Anchar. Cardinal. in c. extirpandæ. §. fin. de præbend. Rebuff. d. loc. num. 131. Dart. d. loco.* Debet enim de cauſâ conſtare. *Gigas d. qu. 6. num. 2. Rebuff. d. loc. num. 123. Felin. in d. c. audientiam 2. num. concl. 2.* Nec hic ſufficit Epiſcopi aſſertio aſſerentis cauſſam interveniſſe. Nam ei non creditur. Cum actum liberè facere non poſſit. *fac. l. ſi forte. 8. ubi Bartol. ff. de caſtr. pecul. Corraſ. d. cap. 4. num. 4.* Sicut non creditur patri donanti filio & teſtanti merita præceſſiſſe. *Gigas & Doct. in l. ſi donatione. 13. Cod. de collation. Tyraquel. in l. ſi unquam. 8. Cod. de revoc. donat. verb. donatione largitus. num. 87. Maſcard. de probation. concl. 184. cum trib. ſeqqq.*

30 Papam movere ſolent; *Gigas d. q. 1. num. 4.* Bonum pacis, quæ

do beneficium est litigiosum, *d. c. nisi vers. quia igitur. de præbend.* verè, non fictè: *c. 3. de colluf. deteg.* & unus juri & liti cedit: Resignatio alicujus nihil recipientis: Permutatio pingioris beneficii cum minus pingui: *c. ad quæstiones. 6. de rer. permut.* Quæ causæ tantum in Gallia sunt receptæ. *teste Dartisio d. loc. vers. de causis.*

Sunt & aliæ jure probatæ, & ut recipiantur dignæ; veluti cum debilibus, infirmis, inopibus, vel de Ecclesia, aut de Principe cui militarunt, bene meritis, pensiones ex fructibus Ecclesiæ assignantur: *can. 66. quicunq. 12. qu. 2.* vel si pro debitis Ecclesiæ persolvendis imponantur: *cùm propter. de rescript. in 6.*

Animadvertendum inferiores Papa non posse imponere pensio- 31
nes; ubi partium aliqua intervenit conventio. *d. c. de ea. d. c. nisi essent. ubi non quidem ex pactione partium. Rebuff. d. loco, num. 122. Redoan. de Simonia. 2. part. cap. 14. in fin. & cap. 22. Camil. Cautius. d. tract. de pension. Episcopali. num. 5.* Et sic coram eis non potest reservata pensione, vel in favorem, fieri resignatio seu cessio: *Corras. de benef. part. 1. cap. 8. num. 13. Boër. decis. 2. num. 45. Petr. Gregor. de benef. cap. 29. num. 2. Garcias d. loco, num. 340. cum seqq.* nec permutatio, *Corradus in respons. casuum conscientiæ. qu. 42. in addit. pag. 88. Ludov. Carbo de restit. qu. 60. dub. 17. Covarr. var. resolut. cap. 5. num. 9.*

Nec possunt imponere pensiones super beneficiis juris patronatus, 32
sine consensu patroni: *Zechus d. cap. 11. num. 7. vers. debet. Rochus de jure patron. verb. honorificum. qu. 3.* Nisi hoc exigat magna Ecclesiæ utilitas. *Garc. d. loco, num. 360.* Potest Papa. *Marches. d. 2. part. cap. 4. de commiss. appellat. num. 57.* Factâ tamen, si beneficia sint juris patronatus Laicorum, juris ejus mentione; aliàs esset pensio surreptitia & nulla. *Gigas d. tract. qu. 24. Covarruv. pract. quæst. cap. 36. num. 10.*

Dubium est; An pensiones impositæ ab illis transeant ad Succes- 33
sores in beneficio, durante vita Pensionarii, an verò durent tantum ad vitam Beneficiati illi consentientis. Quidam *per d. c. nisi essent. de præbend. ubi Dd.* putant non posse Ordinarios pensiones imponere, quæ transeant ad Successores in beneficio, & sic eas durare tantum ad vitam consentientis: *Staphileus de literis Justitiæ. tit. Exceptio sola plus operat. &c. num. 14. Navar. cons. 8. num. 9. de jure patronat. & cons. 43. de Simonia.*

monia. Flam. Pariſ. de conſident. qu. 28. *num.* 120. Alii poſſe, & penſiones impoſitas tranſire ad ſucceſſores; quando cauſſa concordiæ non recedatur à lite, impoſitæ: *Sarnenſ. in reg. de annali. qu.* 2. *Gigas qu.* 8. *num.* 1. & 11. *Mandoſ. in reg.* 33. *qu.* 14. *num.* 11. *Redoan. d. tract.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 14. Alii abſolutè eis hoc conceſſum volunt. *Caccialup. d. tract. qu.* 4. & 5. *Camil. Canitius d. tract. num.* 10. *Gambar. de offic. Legati lib.* 6. *à num.* 385. Nos cum Garcia *d. loco, à num.* 354. dicimus poſſe ita ut tranſeant penſiones ad Succeſſores pro vita penſionarii; ſed non niſi ex cauſſis juſtis & rationabilibus manifeſtam Eccleſiæ utilitatem importantibus. *Felin. in d. c. ad audientiam.* 2. *num.* 2. *Gigas d. qu.* 8. *Cuchus in Inſtit. Jur. Canon. parvis. lib.* 2. *tit.* 8. *de penſion. verſ. Item Epiſcopus.*

34 Porrò penſio, quæ conſtituitur, debet eſſe moderata & juſta, itur tantum remaneat beneficii Rectori, ut commode ſuſtentari valeat *Abbas in c. conquerente. de Cleric. non reſident. Felin. in d. c. ad audientiam num.* 2. *Cuchus d. loc. verſ. moderatam.*

Hinc obſervari ſolet, ut non majorem tertia partem beneficii deducat; id eſt, ut quantitas fructuum, quæ ex beneficio in penſionem detrahitur, tertiæ partis annui reditus beneficii onerati ſummam non emoliat. Quod dicimus, ne cui ſit perſuaſum, poſſe penſionem aſſignari pro quotas, ut tres vel quatuor partes fructuum, id enim eſt prohibitum quia eſſet ſcindere beneficium, quod vetitum: *c. majoribus. de præbend. Ioan. Andr. & Anania in c. audivimus. de colluſ. deteg. Felin. in d. c. ad audientiam* 2. *de reſcript. n.* 2. *Gigas qu.* 8. *Caccialup. d. tract. qu.* 6. *Garc. d. part.* 8. *cap.* 3. *n.* 1. & 2. *Diſſ. Corraſ. d. tr. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. & *in Dartis d. loco verſ. nihil autem refert.* & Simoniæ vitio non careret. *Cuchus d. cap.* & *verſ.*

In ſumma id animadvertendum in penſione, imponenda eſſe, ut poſt eam ſolutam tantum beneficiato remaneat, unde poſſit commode vivere, Jura Epiſcopalia ſolvere, & omnia beneficii onera ferre. *c. monachis. c. vacante. c. cum cauſſam. de præbend. c.* 1. *de cenſib. Rebuff. in praxi benefic. tit. de reſervat. num.* 19.

35 Penſio tamen ultra debitam quantitatem ſemel impoſita in totum non reſcinditur, ſed peti poteſt, ut reductio ejus fiat ad quantitatem juſtam. *arg. c. ſuggeſtum. de decim. Rebuff. tract. de paciſc. poſſeſſor. num.* 122. & 123. *Paulus in pract. Cancellariæ in notabil. ſup. penſion. verſ. ſed in*

so immoderata. Gigas qu. 35. num. 4. Gamb. d. lib. 6. à num. 211. & 699. Dartis d. loco, vers. tertium. in fin.

Imponi non possunt pensiones in Gallia, præbendis Theologali- 36
bus; nec iis quæ requirunt residentiam & nullos alios proventus habent quam ex distributionibus quotidianis *Gloss. in §. 1. in verb. onus residentia. de collation. in Concordat.* nec ex Concilio Tridentino Ecclesiis Cathedralibus, quarum reditus summam mille ducatorum, & Parochialibus quæ summam ducatorum centum secundum verum annuum valorem non excedunt. *sess. 2. de reformat. cap. 13.*

Pensionarius in beneficia Jus habet quodammodo juri usus fructus 37
simile. Ut enim Usufructuarius onera patrimonii sustinet; *l. usufructu. 3. §. 2. vers. hactenus. ff. de usufructu.* ita is qui pensionis nomine partem fructuum capit, pro ea parte onera sustinet. *Gigas qu. 38. 59. 66. Rebuff. de pacific. possessor. num. 138. Gambar. d. lib. 6. qu. 5. ex num. 207. Garcias de expens. & meliorat. cap. 11. num. 58.* Nisi pensio sit reservata libera & ab omni onere exempta. Quia tunc onus pertinet ad Beneficiarium. *Gigas dd. qq. 38. 59. & 90. Garcias d. loco. Gambar. d. loco, à num. 216.*

Verum non est, usquequaque jus pensionis cum usufructu esse si- 38
mile; patet ex eo, quod onera consueta hospitalitatis & jurium Episcopalium, solus sustineat Beneficiarius: ad tributa, decimas cæteraque onera extraordinaria tantum teneatur pro parte sua Pensionarius. *Dd. comm.* Deinde Pensionarius fructus aut pensionem non recipit auctoritate propria, sed Beneficiarium, ut pensionem solvat, compellit per Ordinarium; *arg. §. item quod ratione. de annat. in Pragm. Sanct.* Fructuarius per se fructus percipit.

Hoc tamen similitudinis habet Pensio cum Usufructu; quod 39
mortuo Pensionario non dicitur vacare pensio, sicut dicimus; mortuo Beneficiario vacare beneficium, sed velut usus fructus extinguitur. *Dartis d. loc. vers. verum non esse.*

Non potest pensio, quæ habet aliquid temporale, permutari cum 40
beneficio quod spirituale, cum rerum spiritualium cum temporalibus nulla sit permutatio. *c. fin. de rerum permutat.*

Et pensio, cum non detur ob sacrum & spirituale ministerium, 41

sed

ſed privatum tantum hominis commodum, liberè poteſt remitti, cum tamen nemo ſe beneficio abdicare poſſit. *c. admonet. de renuntiat.*

42 Quinetiam & vendi poteſt Penſio, eſtque illud uſitatum, ut repræſentatis aliquod annorum penſionibus liberetur Beneficiarius penſionis præſtatione: Sed hoc multis Interpretibus non probatur; vel quia ejuſmodi conventiones ſpeciem quandam habeant Simoniæ; vel quod ut Jus patronatus quod prophanum, ſpiritualibus tamen eſt annexum, vendi non poteſt. *c. de jure verò. 16. de jure patronat.* ſic nec vendi poteſt jus Penſionis. Quod non eſt, *inquit Navarrus conſ. 63. num. 6. de Simonia. & in Enchirid. cap. 23. num. 111.* ſpiritualibus annexum antecedenter, ut Jus patronatus, ſed dependenter aut conſequenter: & propterea non poteſt redimi anticipata ſolutione, vel penſionibus aliquod in anteceſſum datis. *Dartis d. loco, & verſ. in fin.*

43 Beneficio vacanti vel quaſi, Penſionarius, ab Adminiſtratore penſionem exigit ex fructibus beneficii. *Gigas qu. 65. Burſat. conſ. 361. num. 24. Gutierrez. canonic. quæſtion. libro 1. cap. 1. num. 116. Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 1. qu. 8. num. 23.*

44 Ut ſequeſtrato Beneficio, à Sequeſtro. *Gigas de penſion. quæſt. 7.*

45 Beneficio translato ſolvenda penſio & ab anteceſſore & à ſucceſſore in beneficio, pro rata temporis, quo illud poſſederunt, & fructibus gaviſi fuerunt. *Mohedan. deciſ. 6. de locato; alias. 37. Flam. Pariſ. d. qu. 5. num. 51. Garc. d. loco, num. 190.*

Poteſt etiam Penſionarius penſiones tempore anteceſſoris decurſas petere pro libitu, vel ab ipſo, ſi vivat, ſi non ejus hærede, niſi aliud ſit actum; *c. niſi ubi Gloſſ. de præbend. not. in c. 1. de ſolution.* vel à beneficii poſſeſſore. Penſio enim ei cenſetur conceſſa in perpetuum, quamdiu vivet. *fac. l. Imperatores. ff. de publican. & vectig. Dartis d. loc. verſ. ult. Franc. in c. fin. §. fin. num. 4. de offic. Ordin. in 6. Gigas qu. 39. 40. 43. & 51. num. 27.* Hoc & ei conſultius. *Gigas qu. 45. num. 6. Garcias de expenſ. & melior. cap. 11. num. 54. Burſat. conſ. 361. num. 20. Gutierrez. d. cap. 1. num. 10. & ſeqq. aliiq; quos citat Garcias d. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 191. Diſſ. Gambar. d. lib. 6. qu. 10. ex num. 428. Flam. Pariſ. d. lib. 6. qu. 3. num. 19.*

Poteſt etiam penſionarius, penſione ſuper fructibus & diſtributo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quibus præbendæ ob non residentiam vel alias vacantis, quamdiu Beneficiatus non lucratur, constituta, eam petere à Capitulo illos percipiente: Cum sit onus reale. *Roman. consil.* 1388. *Gigas qu.* 51. *Bursat. d. cons.* 361. *num.* 17. *Wames. cons.* 267. Negant alii. Quorum opinio servatur in Hispania *testante Navarro cons.* 20. *num.* 3. *de celebrat. Missar. & Zerola in praxi Episcop. part.* 2. *verb. Canonicæ.* §. 8.

Solvenda Pensionario pensio in loco beneficii; nisi aliud sit in re- 46
servatione expressum. *Gambar. d. lib.* 6. *à num.* 612. *vid. Gigas qu.* 77. *num.* 16. *Buca de stylo Curiæ Auditores Cameræ cap.* 23.

Præfertur in beneficii gravati fructibus, quibusvis, etiam anterio- 47
ribus, creditoribus. *Marchesan. de commission. part.* 2. *cap.* 4. *de commission. Appellat. num.* 69. *Collantes in pragm. agricolæ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 8.

Nec juvatur Beneficiatus pensione oneratus *c. Oduardus.* 1. *de solution.* Est enim pensio ex fructibus beneficii, super quibus imposita, solvenda ante omnia. *Gomes. in reg. Cancell. de annali. qu.* 53. *Brunus de cess. bonor. qu.* 3. *princ. num.* 16. *Covarr. lib.* 2. *var. resolut. cap.* 1. *num.* 9. *Marchesan.* 1. *part. cap.* 3. *de commiss. super dilation. num.* 26. *Collantes d. loc.*

Expirat & extinguitur Pensio, cum fiat ad tempus; morte Pen- 48
sionarii, adeo ut nequidem à Romano Pontifice in Gallia in aliam personam transferri, aut transcribi possit: *Rebuff. in d. tract. num.* 157. *& in praxi benefic.* 1. *part. tit. de reservation.* Possit in terra obedientiæ: sed tri- 49
bus tantum casibus. *Garc. post alios d. part. cap.* 9. *num.* 340.

Primò; Quando in reservatione, transferendi adest clausula *Puteus decis.* 342. *lib.* 2. *Caputaquen. decis.* 303. *&* 319. *part.* 2. *& decis.* 100. *part.* 3. *Mandos. de signat. gratiæ. tit. de translat. pension. in princ.* Secundò; Ipsius Pensionarii, & solventis pensionem consensu. *Ferret. cons.* 53. *Mandos. supra in princ. Flam. Paris. d. lib.* 2. *qu.* 4. *num.* 3. *&* 7. Tertiò; Ex privilegio concesso. *Mandos. supra. vers. non omittam. & in reg. Cancell.* 19. *qu.* 11. *num.* 9. *Flamin. Paris. d. qu.* 4. *num.* 7. *&* 9.

Facta translatione prima extinguitur pensio & creatur nova. *Gi-* 50
gas qu. 74. *num.* 1. *& num.* 88. *num.* 8. *Mandos. d. loco. Puteus decis.* 524. *num.* 3. *lib.* 2. *Flam. Paris. d. qu.* 4. *num.* 7. *Vestrius in pract. Rom. Aulæ. lib.* 3. *cap. ult. num.* 2.

TITULUS XII.

Beneficiorum collationem debere eſſe puram.

SUMMARIA.

1. *Collatio Beneficii debet eſſe pura, non Conditionalis: Et Cur.*
2. *Quæ conditiones actum legitimum non vitient.*
3. *Conditionem Collationi adjicere poteſt Papa, non Epiſcopus.*
4. *Alternationis eadem ratio quæ conditionis.*
5. *Copulativa Collatio prohibita.*

1 EST etiam neceſſarium in omni Collatione Beneficii, ut *pure fiat*, non *ſub conditione*. Eſt enim Collatio actus legitimus perſolemnis: *c. ſolet. de ſent. excommun. c. ut circa. 4. de elect. in 6. & ibi Gloſſ.* Actus autem legitimos conditionem nullam admittere eſt certum. *c. 2. de elect. in 6. c. ult. de pact. not. in ſpecialibus. 4. de elect. c. actus. de reg. jur. Gloſſ. ad d. c. 2. & ibi Domin. num. 5. Franch. num. 4. Duar. de benef. lib. 6. cap. 5. Dart. eod. ſect. 5. cap. 4.* Nam in iis requiritur certus, clarus, & liber conſenſus, qui per conditionem, ut & alternativam, & incertitudinem redditur incertus, obſcurus & non liber. *Gloſſ. in d. c. actus.*

2 Si vero talis ſit conditio, quæ tacitè ineſt de ſui natura; puta, *Confero tibi talem Eccleſiam vel præbendam, ſi vacat*, vel *ſi capax es*; tunc non vitiatur actus legitimus; quia talis expreſſio non facit eum conditionalem cum ſubintelligatur, etiamſi non expreſſa: *Gloſſ. ad d. c. 2. vers. incerta. & ibi Domin. num. 10. Franch. 4. Corraſ. de benef. part. 4. cap. 3. num. 24. Lambert. de jure patron. 2. part. 2. lib. qu. 3. art. 9. num. 2.*

Idem eſt in aliis omnibus conditionibus, quæ ad præſens, aut præteritum tempus referuntur; ut *Eligo, ſi poſſum; Eligo Titium, ſi vivit, aut*

aut *Si legitimè natus est;* Adjectiones enim istæ non suspendunt actum, nec faciunt illum conditionalem. *l. 9. ff. de legat. 1. l. aliquando. 107. ff. de condit. & demonstr. Corras. d. loc. Lambert. d. loco. Cuchus in Jur. Canon. Inst. major. lib. 4. tit. 1. à num. 216. Fr. Emmanuel. regul. quæst. tom. 2. quæst. 51. art. 3.*

Quod diximus sub conditione beneficium conferri inutiliter, accipi vulgo solet de Episcopis, non de Summo Pontifice: Huic enim, ex plena quam habet in beneficiis potestate, *c. 2. de præbend. in 6. & Clem. 1. Ut lite pend.* liberum est, quamcunque libuerit conditionem adjicere collationi, modo ea in crimen ambitus jure divino prohibiti non cadat. *d. Clem. 1. in d. c. significasti. Panormit. & alii. Duar. d. loc. Dart. d. loco.* 3

Eadem est *alternationis* ratio quæ conditionis. *Archid. & Not. in c. pastoralis. 7. qu. 1. in c. 2. de elect. in 6. Felin. in c. 2. de appellat. Rebuff. in praxi tit. requisita ad collation. bonam. num. 14. Navar. in c. si. quando. de rescript. prælud. 2.* 4

Nec etiam fieri debet Collatio *copulative;* Ne duo intitulentur in eodem beneficio contra Concilium Turonense. *c. majoribus. c. vacanu. c. dilecto. de præbend. Felin. in d. c. de appellat. num. 5. Corras. d. part. 4. cap. 1. num. 4.* 5

TITULUS XIII.

Collationem Beneficiorum non debere esse surreptitiam.

SUMMARIA.

1. *Beneficii Collatio non debet esse Surreptitia.*
2. *In quibus hoc procedat.*
3. *In quibus non.*

UT valeat Collatio Beneficii, etiam necessarium, ut ea *non* sit *Surreptitia. c. cum adeo. de re judic.* Surreptio enim ipso jure vitiat 1

gratiam. *c. ad aures. c. conſtitutus. cum ſimil. de reſcript. c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. Clem. 1. eod.*

2 Procedit hoc in Papa & Legato ejus, non in Ordinario; qui dicitur providere motu proprio, & Eccleſiis, non Perſonis: ut Illi. Unde Ordinarii proviſio ut ſurreptitia impugnari non poteſt. *Clem. 2. de offic. Ordin. & ibi Cardin. ad fin. Abbas in c. cum noſtris. num. 19. de conceſſ. prebend. Felin. in d. c. ad aures. num. 15. & c. in noſtra. 29. de reſcript.*

3 Imo nulla Ordinarii gratia ſurreptione vitiatur. *Dd. alleg. & Selva de benefic. 3. parte. qu. 12. decima tertia qualitate. num. 19. Gonzalez. ad reg. 8. de menſe. Gloſſ. 4. à num. 173. Emanuel Sá. verbo gratia. num. 22. Garcias de benefic. part. 8. cap. 3. num. 6.*

TITULUS XIV.

Vtrum publica, an clandeſtina Beneficii Collatio valeat.

SUMMARIA.

1. *Collatio non debet eſſe clandeſtina.*
2. *Facta eſt valida.*
3. *Non Electio.*
4. *Sed tantum ea, in qua ſervanda forma. c. qui. 6. propter. de elect.*

1 COllationem neceſſariò debere fieri *palam*, nec *clandeſtinam* valere videtur dicendum, *Archidiac. in c. ſi tibi abſent. 6. præbend. in 6.* Cum Clandeſtina electio non valeat; *c. qui propter. §. fin. de elect.* & collatio clandeſtinè & ſecretè facta ſuſpicione non careat; *c. un. §. porro. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. confer. & ibi Abbas num. 7. & in c. 1. 2. de clandeſt. deſponſ. Gloſſ. in c. conſuluit. verb. odit lucem. de offic. deleg.* Nam actus clandeſtini ſunt ſuſpecti: *d. c. conſuluit. & d. Gloſſ. & in l. 1. Cod. de interd. matrim.* Inva-

Invaluit tamen consuetudo, ut Episcopi in suis cameris paucis præsentibus beneficia conferant. *Dartis d. tract. de benef. sect. 5. cap. 4.* Clandestina enim Collatio, licet suspecta, est tamen valida. *d. c. un. & ibi Gloss. verb. occulta. & ibid. Imola & Abbas in d. c. 1. num. 2. Domin. & Franch. in d. c. si tibi absenti. Selva de benef. 3. part. qu. 17. num. 4. Rebuff. in concordat. Rubr. de Collation. vers. palam etiam. Corras. de benefic. 4. part. cap. 1. num. 7. 8.*

Ut & facta de nocte. *Felin. in d. c. consuluit. num. 20. & ibi Decius num. 32. Selva d. loco. Gimon. in Enchirid. Benefic. tit. 2. cap. 3. num. 57. cum seqq.*

Non est valida Electio clandestinè, *Gloss. in d. verbo occulta. Abbas in d. c. 1. num. 2. Selva d. loc. Gimon. d. loco, num. 58.* aut de nocte. *Felin. Selva, Gimon. dd. locis. Cuchus in Instit. Jur. Canon. majorib. lib. 4. tit. 1. num. 22.* sine tribus luminaribus, *Cuchus d. loco. Fr. Eman. Quæst. Regul. 2. tom. quæst. 51. art. 15.* facta. 3

Quod tamen in omni electione non procedit, sed in ea duntaxat, in qua *d. c. quia propter.* forma est servanda; Alia enim, etiam facta occultè, & clandestinè, valet; sicut Collatio; *Abb. in d. c. un. num. 18. & in d. c. quia propter. §. fin. Selva d. loco. Corras. d. cap. 3. num. 27. Gimon. d. loc. num. 61. Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 6.* 4

TITULUS XV.

Quomodo Beneficii Collatio sit probanda.

SUMMARIA.

1. *Collatio probanda: Quomodo.*
2. *Quid si facta à Papa.*
3. *Eo mortuo concedendæ literæ à Successore.*
4. *An necessariæ.*
5. *Quam vim habeant literæ Episcoporum.*
6. *Qua*

6. *Quæ requirantur ad eas.*
7. *Quando eis credatur, ſolo Epiſcoporum ſigillo roboratis.*
8. *Sola Epiſcopi narratio an probet Præſentationem.*
9. *An contra Patronum reclamantem.*
10. *Præſentationis inſtrumentum an requirat teſtes; & quot.*

1 AD Collationis *probationem* requiritur, ut fides de eo quoquomodo fieri poſſit. *Abbas in c. un. §. porro. num. 2. Ut Eccl. benef. ſine dimin. confer.* Scilicet per inſtrumenta vel teſtes. *Rota 38. de probation. Maſcard. de probation. concluſ. 174. num. 1. & concluſ. 313. num. 21. & concluſ. 845. num. 8. qui alios refert.*

2 Et tamen, cui Pontifex pronuntiavit ſe conferre beneficium, jus eſſe acquiſitum intelligitur, tametſi ſcriptura nulla, nullumve diploma de re fuerit confectum. *can. inſtitutionis. 35. qu. 2.*

3 Itaque Pontifice, à quo beneficium, etiam nudo ſermone, eſt collatum ſtatim mortuo, collatio minime eſt irrita, ſed debent à Succeſſore diplomata & literæ expediri, in quibus fiat ejus conceſſionis mentio. *c. literas. de reſcript. Abb. in c. ex noſtra. num. 11. eod. Baldus humanum. Cod. de legib. & Rubr. deciſ. 62. Felin. ad rubr. de conſtitut. num. 6.*

4 Eæque literæ, contra communes Juris Regulas, dicuntur ad probationem eſſe neceſſariæ: nec licet beneficiario, antequam eas acceperit, quicquam, quod pertineat ad beneficium, attingere. *c. injuncta. 3. Extr. com. de elect. Novel. 17. cap. penult. Duar. de benef. lib. 6. cap. 2. vid. addit. ad Abb. in d. c. ex noſtra. num. 11. lit. a.*

Proinde ad fidem talis collationis faciendam non ſufficient teſtes ſoli. *Felin. d. loco & num.*

5 Habent etiam ſuam auctoritatem & fidem ad probandam collationem eſſe factam, literæ ſive tabulæ ab Epiſcopis de ea confectæ: non tamen, ex Stylo Curiæ Romanæ, contra impetrantes ſeu proviſos Apoſtol-

stolicos, & in eorum præjudicium, ad evitandas fraudes. *Rota decis.* 1. & 10. *de probat. Millis in Repertorio. verb. literis Ordinarii. Selva de benefic.* 3. *part. qu.* 23. *Rebuff. in rubr. de collation. vers. palam etiam. Mascard. vol. concluſ.* 991. *num.* 3. *cum seqq.*

Et sic intelligendus Azorius, cum *Instit. Moral.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 26. ait; usu Curiæ Romanæ esse receptum; Ne collatio sine testibus facta sit rata & firma: etiamsi, *secundum Achillem decis.* 172. in literis Ordinarii suo sigillo sigillatis sint nominati testes, sed non subscripti.

Ergo ut Ordinarii provisio prævaleat Apostolicæ, literæ ejus habere debent testes subscriptos, Notarium & Sigillum. *Rota decis.* 1552. & 1592. *Mandos. reg.* 8. *Cancell. qu.* 8. *num.* 4. *Decis. in causa Placentina Benefic.* 2. *Maji* 1602. *relata à Garcia d. tract. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 28. 6

Creditur tamen etiam Ordinarii literis cum solo ejus sigillo, in præjudicium Apostolicarum, si dicat Papam ipsi concedendo indultum, sibimet manus ligasse. *Millis verb. Literis Episcopi. Navar. consil.* 1. *de fide instrum. Zerola in praxi Episcop. part.* 2. *verb. bullæ.* §. 7. *Rota decis.* 1557. & 1587. 7

Dicta intelligenda, cum agitur de provisionis anterioritate: Aliàs enim statur Literis Ordinarii solo suo sigillo roboratis in his, quæ ad ejus officium pertinent; *c. post sessionem de probation. c.* 2. *de off. Ordin. in* 6. *Abb. Felin. num.* 15. *Decius & alii in d. c. post cessionem. Mascard. de probat. concluſ.* 99. *alias* 998. *à num.* 1. *& concl.* 492. *alias.* 488. *num.* 1. etiam quoad omnia in eis narrata, licet diverso tempore gesta. *sec. Mascard. d. concluſ.* 991. *num.* 10.

Probatur etiam præsentatio per solam narrationem Episcopi in literis institutionis factam; *Rota decis. pen.* 11. *de jure patron. alias* 423. Quia factum, nisi contrarium probetur, præsumitur solemniter actum. *c. in præsentia. de renunt. Felin. in d. c. post cessionem. num.* 13. *vers. quid autem. & in c. sicut. de re judic. num.* 26. *Rochus de jure patron. verb. honorificum. qu.* 50. *num.* 83. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 36. *num.* 4. *vid. Garc. d. tract. part.* 8. *cap.* 4. *num.* 39. 8

Non tamen contra Patronum se præsentasse negantem, & saltem infra tempus ad præsentandum datum reclamantem; *Everhard. in Loco Legali. loco ab extremis. num.* 3. *Menoch. d. lib. præsumpt.* 36. *num.* 5. 9

Nec

Nec contra tertium in ejus præjudicium. *Felin. in d. c. sicut. de jud. num. 26. Rechus d. verb. honorificum. quæst. 50.*

10 Præsentationis instrumentum requirit testes. *Lambert. de jure patron. 2. part. lib. 2. quæst. 10. art. 6. Garc. d. loco, num. 5.*

Sufficiunt, ut & in provisione, duo; secundum Jus commune *Gloss. in Novel. 73. cap. 5. verbo adjiciatur. Dd. in c. 1. de fide instrum. Covarr. præst. quæst. cap. 20. num. 4.* sed omni exceptione majores. *Rebuff. in concord. in Rubr. de collation. vers. non admittunt. tamen collatio sub vers. palam etiam.*

LIBER QUINTUS.

TITULUS I.

De modis quibus Iure Ordinario acquirantur Beneficia.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Modi quibus Beneficia acquiri possint, hodie vel sunt Ordinarii, vel Extraordinarii.*
3. *Qui Illi.*

EXplicavimus præcedenti libro ea, quæ in Beneficiorum acquisitione observatu necessaria, explicandi nunc *modi, quibus ea acquiri possunt.* 1

Fuit olim tantum unus: Nempe Electio; ut patet ex ritu ab Apostolis observato: *Actor. cap.* 1. *&* 6. *&* 13. *&* 14. *Euseb. lib.* 3. *histor. Ecclesiast. cap.* 11. Postea, hominum mores, variis ætatibus & sæculis subinde mutati, fecerunt ut orti fuerint multi; iique vel *Ordinarii*, vel *Extraordinarii.* 2

Ordinarios examinabimus hoc libro; Extraordinarios sequenti, idque singulis titulis.

Sunt *Illi; Electio, Postulatio, Translatio, Collatio*, sive fiat *Jure Ordinario*, sive *devoluto; Præsentatio, Institutio, Conjunctio*, seu *Unio, Commenda*, & *Possessio Triennalis.* 3

TITULUS II.

De Electione.

SUMMARIA.

1. *Electio quid.*
2. *Ejus forma jure Novo triplex.*
3. *Ad quos pertineat Electio.*
4. *Ut ad actum Electionis perveniri poſsit, quæ obſervanda.*
5. *In electione per Scrutinium ſunt particularia. Quæ?*
6. *Per Compromiſſum quando ſit Electio.*
7. *Quando per Inſpirationem.*
8. *Contigit in Electione Papæ Fabiani.*
9. *Electio intra quod tempus Electo præſentanda.*
10. *Electus conſentiens Confirmationem debet petere. A quo?*
11. *Eam debet ſequi Conſecratio.*
12. *Conſecratio an fuerit olim à Confirmatione diſtincta.*

DE Electione, Poſtulatione & Translatione egimus in Tractatu noſtro de Perſonis Eccleſiaſticis fuſius, ermus propterea hic breviores.

1 Eſt *Electio* idoneæ perſonæ ad Prælaturas & Dignitates tè facta optio.

Alia ejus forma fuit olim, *ut oſtendimus dicto tractatu, titulo xxviii & hoc, ſupra libro ſecundo:* alia jure novo introducta.

2 Quæ triplex; Per *Scrutinium*, *Compromiſſum*, *Inſpirationem*. t. *quia propter. de elect.*

Per-

Pertinet Electio ad Collegium Canonicorum, cui Pastor quæritur. 3
c. Abbatem. cum seq. eod.

Ad actum electionis ut perveniri possit, quædam necessario sunt 4
observanda.

Primò: Omnes Canonici, Jus eligendi habentes, *De quibus. in d. Tract. de person. Eccles. lib. 1. tit. 6.* existentes in provincia & de dicto Collegio, statim, vel tertio die, ab obitu prælati, *can. nullus. dist. 79.* convocari debent: *c. coram. c. venerabilem. c. bonæ memoriæ. c. in genes. eod. c. cum in Ecclesiis. de præbend.* Vocati, comparere; si sine periculo possint; aut procuratorem mittere: *c. quia propter. §. illud. de elect. c. pen. eod. in 6.* Fieri electio Dignitatum majorum, intra tres menses: *c. ne pro defectu. 41. eod. can. post quam. dist. 50. c. quoniam. dist. 25.* Quod tamen ex justa caussa, & prorogari, *d. can. quoniam. dist. 25.* & restringi etiam ab ipso Collegio quod eligit, potest: *Gloss. in verbo Abbreviationem. tit. de auctorit. Concil. General. & in verb. aliud. tit. de election. & reservation. in Pragm. Sanct.* Præfici etiam debet Electioni dies, *vers. & cum humanæ eod. in Pragm. Sanct.* locus: qui regulariter Ecclesia Cathedralis: *c. sicut. de elect.* Habita & audita Missa de Spiritu Sancto: *c. cum terra. de eod.* Confessione facta & Sacramento Eucharistiæ susceptо: *d. vers. & cum humanæ. ubi Gloss. verbo suscipiant.* corporali, *c. Ego. de jurejur. c. ubi periculum. §. propterea. de election. in 6.* juramento præstito; *de cujus forma in divers. & cum humanæ. & ibi Gloss. in verb. Prælato.* Quæ in omni forma electionis servanda.

In Electione verò quæ fit per *Scrutinium* particularia sunt. Quod 5
Eligentes conveniant in unum: Collegialiter: *d. c. in Genesi. de elect.* Assumantur tres de Collegio, fide digni. Ii secretò & sigillatim cunctorum vota exquirant: *d. c. quia propter.* Exquisita in scriptis redacta in communi publicent: *c. cum post. 46. c. Ecclesia. 48. de elect.* Ad Collationem tum procedant: *d. c. quia propter. verb. collatione habitâ:* Tum in quem major & sanior pars Collegii consenserit, nullo extraneo actu intermedio, *c. cum in jure. eod.* eligant: Electionem unus de Collegio ejus nomine, per verba singularis numeri solemniter, pronuntiet. *c. sicut. eod. in 6. c. cum ab uno. de sent. & re judic. in 6. Vide d. nostrum*

Tract. d. lib. & tit. & Jus noſtrum Canonic. ſtrictim explicat. lib. 1. tit. 4. de elect.

6 Per *Compromiſſum* fit Electio, cum eligendi poteſtas uni, *c. conſ ſam. 8. de elect.* vel duobus, vel pluribus, viris idoneis, *c. in cauſſis. 30. c. cum in jure. 33. c. cum in veteri. 52. eod.* ſive de collegio, *d. c. cauſſis. d. c. cum in jure. d. c. cum in veteri.* ſive extra illud, *d. c. cum cauſſam* ab omnibus jus eligendi habentibus. *Gloſſ. & Abb. in d. c. quia propter. §. vel ſaltem. num. 2.* committitur; qui vice omnium, vel loco vocanti proſpiciant, vel alios, qui hoc Compromiſſi forma diligenter ſervata, *d. c. cum dilectus. 32. ubi Abb.* & nomine diſcrepante, *Abb. d. c. qui propter. §. vel ſaltem.* faciant, eligant. *d. c. in cauſſis. Vid. Tract. noſtros dd. locis.*

Sic olim electus Papa Joannes XXII. per ſemetipſum teſte Platina Maſſano *in ejus vita. libro de Vitis Pontificum.*

7 Per *Inſpirationem* fit Electio; vel *Veram*, quæ fit revelante Deo, vel *Quaſi*, cum Electores nullo tractatu præcedente, omnes in unum conſentiunt: *d. c. quia propter. 42. verſ. vel ſaltem. Gloſſ. in d. verſ. cum humanæ. in verb. Inſpiratione. tit. de elect. in Pragm. ſanct.*

8 Contigiſſe hoc dicit Euſebius. *Eccleſ. hiſtor. lib. 6. cap. 22.* in ſubſtituendo in defuncti Pontificis Summi Electione; Nam cum de ſubſtituendo in defuncti Pontificis locum alio ageretur, nec cogitarent de Fabiano cuiquam capiti inſedisſet columba, clamaverunt omnes uno animorum conſenſu, illum eo dignitatis gradu dignum, & abſque mora arreptum in Pontificali Sede collocarunt.

9 Electio facta & publicata, intra dies octo, ex quo id commode fieri poteſt, Electo præſentari ejuſque conſenſus peti debet, *c. cupientes. 16. verſ. cæterum. de elect. in 6.* Electus ſi eam acceptet, (ad quod non cogitur. *c. geſta. 2. c. ubi iſta didiciſti. diſt. 71.*) olim intra tres menſes, *Balſamon. in can. 25. Synodi Chalcedonenſ.* ex Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. intra menſem, à die præſentationis numerandum, aſſenſum, præſtare tenetur: *c. quamvis ſit. 6. eod. in 6.* aſſenſum ſi præbeat, 10 & jure per Electionem quæſito gaudeat, *c. avaritiæ. 5. eod. in 6. c. quæ liter. 17. & ibi Abbas. eod. Confirmationem.* petere ab Eo prælato, cui dignitas, ad quam electus, immediatè ſubeſt. *Abb. in c. cum Eccleſia. num. 8.*

vod. De quare. vide d. Jus nostr: Canon. lib. 1. tit. 6. & d. Tract. de person. Eccles. lib. 1. tit. 8.

Confirmationem sequi, intra menses tres, *can. 1. dist. 101. c. cum in* 11
cunctis. 7. de elect. can. 2. dist. 75. debet *Consecratio*; & quidem necessario: Quamvis enim Episcopus post Confirmationem in spiritualibus & temporalibus plenam consequatur administrationem, non tamen potest exercere ea quæ sunt ordinis. *c. licet. 4. de translat. Episcop. c. transmissam. 15. c. quod sicut. 28. de elect. Conjunge in d. Jure nostro Canonico tit. 7. lib. 1. & in d. Tract. lib. 1. tit. 9.*

Consecrationem hanc non fuisse olim à Confirmatione distin- 12
ctam putat Duarenus *cap. 1. lib. 5. de benefic.* Contradicit Dartis *de benef. sect. 6. cap. 1. vers. puto.* Recte. Probant hoc *tot. dist. 64. can. 1. Apostol.* & ad illum Balsamon. Dicens *in d. can. verbum* χειροτονίαν consecrationem significare.

TITULUS III.
De Postulatione.
SUMMARIA.

1. *Postulatio Electioni similis, distinguenda tamen ab ea diligenter.*
2. *Olim non fuit in usu: & quare.*
3. *Introducta postea.*
4. *Quid.*
5. *Cur dicis gratia.*
6. *In Postulatione via supplici & humili incedant postulantes.*
7. *Postulare qui possint.*
8. *An Election. & Postulation. materia hodie in usu.*

Electionem, de qua in præcedenti titulo diximus, sequitur 1
Postulatio, Ei valde similis. Non cum ea eadem: licet postulationis & electionis verbis veteres usi fuerint promiscuè; *can. Episcopus. 11. dist. 61. can. literas. dist. 63.* Distinguendæ propterea diligenter.

2 Et ſciendum; Electionem tantum, non Poſtulationem olim fuiſſe in uſu. Fuiſſet enim ſupervacua. Quia Epiſcopus, Cleri Electione, conſenſu Populi, à Metropolitano atque Epiſcopis Comprovincialibus ordinabatur: & ſic peragebatur negotium totum Metropolitano, & Epiſcoporum Synodo præſente, penes quam hujus rei erat poteſtas. *can. 3. Valentinianus. can. 25. cum longè. diſt. 63.*

3 Poſtea introducta poſtulatio; quando exiſtimabatur dignus, qui eligi non poterat; Ut quia neophytus, ut D. Ambroſius; *can. Neophytus. 9. can. Epiſcopus. 11. diſt. 61.* Laicus, ut D. Nicolaus, *can. ſanctimus. 8. §. his omnibus. d. diſt.* non perfectæ ætatis, in minoribus ordinibus, illegitimus. *c. 3. & ibi Gloſſ. & in c. fin. de poſtul. c. innotuit. 22. & ibi Gloſſ. de elect.*

4 Eſt *Poſtulatio*, gratia à Superiore facta, quò aliquis promoveatur ad Prælaturam, ad quam, jure Communi, propter aliquod impedimentum, eligi non poterat. *ſecund. Dartis de benef. ſect. 6. cap. 2.* Aut gratiæ petitio. *ſec. Panorm. in rubr. de poſtul. Quem ſecuti ſumus in ſere noſtro Canon. lib. 1. tit. 5. & Tract. noſtro de perſon. Eccleſ. lib. 1. tit. Quos huic titulo conjuge.*

5 Dico *Gratia;* Quia ii qui poſtulant, diſpenſationem petunt, poſtulant gratiam, quia jure deficiunt. *d. c. innotuit. 22.*

6 Eſt propterea in poſtulatione non ſolum neceſſarium, ut via ſupplicatoria & humili incedant poſtulantes, *d. c. innotuit. c. 1. cum ſupp. de poſtulat. Prælat.* ſed etiam ut Poſtulationis libello inſeratur poſtulati defectus omnis. *d. c. innotuit.*

7 Poſtulare poſſunt iidem qui eligere: Et quæ diximus ſupra, & dictis dictorum tractatuum noſtrorum titulis, in electione eſſe obſervanda, & ſunt obſervanda in Poſtulatione. *Gloſſ. in verb. Electionem. de Electione in Sanct. Pragm. Vide in d. Tract. noſtro. lib. 1. d. tit. 7. de poſtula.*

8 Sed Electionis & Poſtulationis materiam parum eſſe in uſu, nec his temporibus practicabilem maximè in Hiſpania, titulumque de electione ab aula receſſiſſe, poſt Lambertin. *de jure patronat. part. 1. lib. 2. qu. 7. art. 20. num. 6. in fin.* & Mandoſ. *reg. 2. Cancell. in præſat. num. 3.* dicit Garcias *tract. de benefic. part. 4. cap. 1. num. 11.*

TITU-

TITULUS IV.
De Translatione.

SUMMARIA.

1. *Postulationi affinis est Translatio: & Cur.*
2. *Regulariter prohibita.*
3. *Prohibitionis ratio duplex.*
4. *Balsamon qualem faciat differentiam.*
5. *Permittitur Translatio aliquando.*
6. *Requiritur tum Superioris auctoritas.*
7. *Cujus olim, & hodie.*

POstulationi affinis est *Translatio*, quoniam in postulato locum habet, quando alterius Civitatis Episcopus postulatur in Episcopum. 1

Est regulariter, tam in Episcopis, quam in cæteris Clericis, prohibita. *can. Episcopo.* 13. *cum seq. Apostol. can.* 15. *&* 16. *Concilii Nicæni.* Statutum enim *can.* 6. *Synodi Chalcedonensis. rel. in can. neminem.* 1. *dist.* 70. Nullum absolutè ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omninò aliquem eorum, qui sunt in ordine Ecclesiastico; nisi specialiter in Ecclesia Civitatis vel pagi, vel Martyrio, vel Monasterio ordinatus designetur. Concilium Sardicense *can.* 1. *&* 2. se ab una Ecclesia in aliam transferentes, nec Laicorum quidem communione dignos habet: Carthaginense *can.* 52. depositos, Magistratibus sæcularibus puniendos tradet: Rothomagense à Clero dejicit: *can.* 33. *sanctum.* 7. *qu.* 1. Papa Leo *epist.* 82. *ad Anastas. Thessalonic. Episc. rel. can.* 31. *si quis Episcopus.* 7. *qu.* 1. & Concilium Meldense *can.* 30. *rel. can.* 32. *si quis.* 7. *qu.* 1. utraque Ecclesia carere jubet. 2

Prohibitionis ratio est duplex. Odium ambitionis; *Sardicense Concil. can.* 1. *d. can. si quis Episcopus. Theodoret. histor. Eccles. lib.* 5. *cap.* 8. & vinculum matrimonii inter Episcopum & Ecclesiam contracti, quod hominum arbitrio dissolvi non potest. *c.* 2. *de translat. Episc.* 3

Balsa-

4 Balſamon *in can.* 15. *Synodi Nicænæ.* differentiam ponit inter Metatheſin, id eſt, translationem, *Metabaſin*, id eſt, tranſitionem, & Epibaſin, id eſt, invaſionem: translationem & tranſitionem permitti dicit, non invaſionem. Translationem eſſe dicit, quando Epiſcopus multiplici ſcientia inſtructus de ſua Eccleſia in majorem Eccleſiam viduam & auxilio deſtitutam traducitur ab Epiſcopis: Metabaſin, quando vocans quis, jus Eccleſia à Gentilibus occupata, in vacantem tranſire cogitur à multis Epiſcopis: Invaſio eſt à ſeipſo, malis artibus.

5 Sed eſt verius Epiſcoporum Translationes & Tranſitiones omnes eſſe prohibitas, præter eas quas neceſſitas vel utilitas Eccleſiæ poſtulat. *can. mutationes.* 34. *cum can. ſcias. ſeq. can. tempori. can. in apibus.* 41. *can. paſtoralis.* 42. *cauſ.* 7. *qu.* 1. *Vid. Socrates lib.* 7. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 4. *Hiſt. Tripart. lib.* 2. *cap.* 8. *Theodoret. lib.* 5. *hiſt. Eccleſ. cap.* 8.

6 Ad quas tamen Superioris requiritur authoritas.

7 Olim Metropolitani cum ſua Synodo, id eſt, cum Epiſcoporum ſuorum conſenſu: *Cedren. in Annalib.* & *Balſamon d. loco teſtib. Joan. Carnot. epiſt.* 171. *& In Capitular. Caroli Magni cap.* 137. *lib.* 1. Hodie Papæ. *c.* 1. *cum ſeqq. de translat. Epiſcop.* Accedente, ſed in Galliis Regis authoritate. *Rebuff. in* §. 1. *verb. vacantibus tit. de Regia ad Præſent. nomination. facienda in Concordat. Dartis de benef. ſect.* 6. *can.* 3. *in fin. Adjunge quæ ſcripſimus In jure noſtro Canonico. h. t. & Tractatu de perſon. Eccleſiaſt. eod.*

TITULUS V.

De Collatione Iure Ordinario.

SUMMARIA.

1. *Collatio quid.*
2. *Vel eſt Neceſſaria, vel Voluntaria.*
3. *Illâ quæ dicantur conferri Beneficia.*
4. *Voluntaria quando fiat.*
5. *In ea gratificationi locus.*

6 Quo

6. *Quomodo fiat.*
7. *Quomodo utraq;*
8. *Quæ, si fiant Jure Ordinario, dispicienda.*
9. *Tempus: & quale.*
10. *Vacationis modi: & qui: & an exprimendi.*
11. *Diversis modis, non uno, possunt conferri.*
12. *Cur non.*
13. *Quid si factum.*
14. *Quomodo possit duobus idem Beneficium conferre Ordinarius, modis diversis.*
15. *Quid si uni, eidemq; diversis modis, Beneficium sit collatum ab uno.*
16. *Quid si à diversis, duobus.*
17. *Quid si de præventione non constet.*

Sequitur *Collatio.* Quæ est libera, sine ulla vi aut metu illato; *c. Abbas. c. ad aures. c. cum dilectus. de his quæ vi met. caus. fiunt.* & gratuita quædam beneficii, non electivi, concessio. 1

Fieri eam *Ordinariè*, vel *Extraordinariè*, vidimus supr. *lib.* 2. Vidimus itidem *libro* 4. quando Collatio facienda, quæ in ea observanda & præcavenda.

Collatio, secundum Interpretes, rursus, sed sensu alio, est duplex. Alia *Necessaria* & Non-libera, alia *Voluntaria* & Libera. 2

Illa conferri dicunt Beneficia, quando qui confert, tenetur certæ personæ, vel certo personarum generi, etiam nolens, conferre: Veluti, 3

1. Si mandatum habenti & accepranti beneficium primò vacaturum teneatur conferre: *c. si duobus. c. si tibi. de rescript. vide Rebuff. in concord. tit. de Mandat. Apostol.* 2. Si præsentatum à Patrono Laico vel Clerico, tenetur instituere: sine præsentatione enim conferre nequit: *c. illud. c. relatum. de jure patronat. can. decernimus.* 16. *qu.* 7. 3. Quando providetur tantum à Papa in prælaturis vel beneficiis aliis, ad Nominationem Regis vel alterius Principis pertinentibus: §. 1. *de Regia ad Prælatur. nominat. in Concordat.* 4. Quando fit Collatio graduatis vel simplicibus vel nominatis, in vim nominationum & literarum gradus concessarum ex privilegio ab Academiis: *§. quia verò. & §. ult. de*

de collation. in Concordat. 5. Quando ratione optionis debetur antiquiori optanti beneficium: *De qua vide quæ ſcripſimus in Tract. noſtro de perſon. Eccleſ. lib. 3. tit. 2. de Canonic. Sæcularib. à num. 60.* 6. Quando fit de beneficiis renuntiatis. *Clem. un. de rer. permut. c. un. eod. in 6. Clem. 2. de renunt. c. olim. §. 1. de reſtit. ſpoliat. Vide d. Tract. lib. 1. tit. 13. §. 14.*

4 Hæc ſeu *Voluntaria* Collatio fit, cum qui poteſtatem conferendi habet, ſponte cui vult, dummodo idoneo, confert. *c. relatum, juncta Gloſſ. de præbend.*

5 Eſt enim in ea, pluribus exiſtentibus idoneis, gratificationi locus. *§. ſtatuimus. de Collat. in concord. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 33. num. 1.*

6 Ea fit, vel conferentis motu proprio, vel ad ſupplicationem provisi. *c. ſi motu proprio. c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6.* Quæ Supplicatio aut *verbo* fit, aut *ſcripto; verbo*, ut plerunque coram Ordinario Collatore: Conſequenter & eodem modo conceſſio ſeu Collatio. *can. inſtitutionis. 25. qu. 2. Scripto* maxime coram Summo Pontifice. Quæ dicta infra.

7 Utraque Collatio vel fit *jure Ordinario*, de qua hoc, vel *jure Devoluto*, de qua titulo ſequente.

8 In priori diſpiciemus tria. *Primum:* Intra quod tempus Ordinarii conferant beneficia: *Alterum:* Cum pluribus modis & vacare & conferri poſſint Beneficia, an hi modi poſſint ſimul jungi, & ut loquimur, accumulari: *Tertium:* An ejuſdem beneficii poſſint fieri Collationes plures; &, ſi ſive ab uno, ſive à pluribus ſint factæ, quamnam prævaleat. *D'art. de benefic. ſect. 6. cap. 4. verſ. de Collationibus.*

9 Quod ad *tempus* attinet; Illud in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. eſt omnibus beneficiis definitum ſemeſtre: *c. nulla ubi Abbas. c. dilectus. de conceſſ. præbend. c. 2. cum ſeq. de ſuppl. negl. Prælat.* in Concilio Lateranenſi alio, ſub Innocentio III. in Eccleſiis Cathedralibus vel Regularibus, trimeſtre. *c. ne pro defectu. de elect. & in d. c. dilectus. ubi Gloſſ.* Propter majus periculum quod his imminet. *can. denuntibus diſt. 63. can. poſtquam. diſt. 50. Barboſ. Jur. Eccleſ. univ. lib. 3. tit. 4. num. 105. cum ſeq. vide ſupra lib. 4. tit. 3. ubi vide.*

Utrumque definitum omnibus; præterquam Papæ. Quoniam

Eius

Ejus negligentiam supplere nullus potest. *can. aliorum. 3. qu. 3.* ne quidem hodie in beneficiis quæ vacant in Curia Romana; abrogatâ constitutione. *c. statutum. 3. de præbend. in 6. Dartis d. loc. vers. quoad tempus.*

Vacationis Beneficiorum modi sunt varii: Enarrabimus eos infra. 10
Hic dicimus in Collatione vacationis modum exprimi non esse necesse. *Gloss. in verb. faciendas. tit. de collation. in Pragm. Sanct.* Si tamen unus sit expressus, is non porrigitur ad alium. *c. susceptum. de rescript. in 6.* Consultius ergo vel exprimi omnes, vel expresso uno, apponi hanc Clausulam; *Aut alio quovis modo. tit. de causis vacat. in Pragm. Sanct. Dartis d. loco, vers. an necesse.*

Quoad modos conferendi dicimus posse quidem Ordinarium 11
unum & idem beneficium modis conferre diversis, sed non uno eodemque.

Non uno eodemque modo; Quia conferendo semel functus est 12
officio suo, & jus alteri quæsivit; quod ipsi auferre non potest: *Clem. un. de renuntiat. c. si tibi absenti. de præbend. in 6.* Si quidem ejus contulerit, digno: Sine indigno; privatur ideo iterum conferendi jure. *c. cum in cunctis. §. fin. de elect.* Nisi fecerit ignoranter: Quo casu non privatur conferendi jure, imo secunda collatio valebit, si modò post, non ante, priorem cassatam (quæ aliàs valet: *c. post electionem. vers. quoniam. de concess. præbend. c. inter dilectos. de excessib. Prælator.*) seu pronunciatam irritam, fuerit facta. *d. c. post electionem. vers. quoniam. & ibi Abbas.*

Facta eodem modo ab Ordinario collatione ejusdem beneficii du- 13
obus, uno eodemque die; si nec per Regestum Ordinarii, sive per testes, in quorum præsentia facta, aut partium confessionem, *Gloss. in c. duobus. de rescript. in 6. c. si eo tempore. de elect. in 6.* quænam sit tempore prior, appareat, neutra valet, *arg. l. duo sunt Titii. 30. ff. de testam. tut.* Et sic judicatur in Gallia. *teste Papon. Placit. Curiæ. lib. 2. tit. 9. refer. Dart. d. loco, vers. tertium est.* Nec spectabitur quis possideat. *ut in c. si à Sede. 31. de præbend. in 6.* Loquitur enim illud in casu ubi à diversis, non ab uno, ut nos, plures collationes factæ.

Potest Ordinarius, Jure diverso, sive diversis modis, idem benefi- 14
cium duobus conferre: Exempli gratia: Beneficium, in mensibus

Graduatorum vacans, conferre non graduato, in Collatione Libert. tanquam Ordinarius: Poſtea idem conferre Graduato, ex Collatione Neceſſaria tanquam Concordatorum Executor: Utraque erit valida. Hæc adeo, ut non habeat neceſſe graduatus recurrere ad Conferentis Superiorem: Illa, ut petat ad ejus infirmationem, neceſſe habeat ab Ordinario ſubconferri beneficium. *Gloſſ. verb. eo ipſo de collation. in Pragm. Sanct.* & valeat, ſi graduatus noluerit ea vice uti gradu, vel nominatione ſua, vel fuerit factus incapax. *Gloſſ. d. loc. Dart. d. loco, verſ. quartum.*

Idem obtinet, ſi Epiſcopus uni conferat ſine Patroni præſentatione; & ſic ex Collatione Libera, deinde alterum ad præſentationem Patroni inſtituat, ex Neceſſaria. *Gloſſ. & Dart. d. d. locis. d. can. decernimus. juncta Gloſſ. 16. qu. 7. fac. c. ex inſinuatione. de jure patron. Petr. Gregor. d. tract. num. 10.*

15 Quod ſi uni eidemque à diverſis idem beneficium fuerit collatum, *ut in c. poſt electionem. 7. de conceſſ. præbend.* diſtinguendum: Aut Beneficiatus agit, aut ſe defendit: Priori caſu alterutram collationem eligere debet; quia ut utraque collatio ſubſiſtat, impoſſibile. *c. ut quæ dant. 25. de elect. in 6.* Altero caſu utraque collatione fulcire poteſt ſuam defenſionem. *ut in d. c. poſt electionem. 7.* Defenſionibus enim pluribus nemo uti prohibetur. *c. nullus. 20. de reg. jur. in 6.*

16 Idem verò Beneficium ſi à diverſis, ut Epiſcopo, ejuſque Vicario, cum conferendi poteſtate conſtituto; ſi, non uni, ſed duobus, ſit collatum, Præventioni eſt locus. Eaque facit, ut collatione ab uno facta, alter conferre nequeat, quia beneficium non vacat amplius *ſic. c. ſi duo. de procurat. in 6. c. cum plures. de offic. & poteſt. deleg. in 6.*

17 Quod verum, quando de præventione conſtat. Nam ſi non appareat, quæ collatio tempore ſit prior, ſervanda erit. *d. c. ſi à Sede 31. de præbend. in 6.* diſpoſitio. *Rebuff. tract. de pacific. poſſeſſor. num. 292.*

TITU-

TITULUS VI.

De Collatione Iure Devoluto.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Collationi, quæ sit Jure Devoluto, quando locus.*
3. *Tempus illud quale.*
4. *Quando incipit carere.*
5. *Devolutio fit ipso jure, nec potest negligentia purgari.*
6. *Potest Superior Collationem malè factam tolerare.*
7. *Non potest dictum tempus abbreviare.*
8. *Potest, nullo tempore à Jure definito, certum Inferiori præfigere.*
9. *Ante lapsum, temporis Superior Beneficium inutiliter conferre; nec Collatio facta postea convalescit.*
10. *Licet sit Ordinarius.*
11. *Ad quos ex Superioribus fiat Devolutio: si sit negligens jus conferendi habens Patronus.*
12. *Si Episcopus.*
13. *Si Prælatus Episcopo Inferior.*
14. *Quid, si vacet Sedes.*
15. *Quid, si Collatores Regulares sint negligentes.*
16. *Quid, si Capitulum Ecclesiæ Cathedralis.*
17. *Quid, si ipse Episcopus: sive jure proprio, sive devoluto ad eum pertineat Collatio.*
18. *Quid si sit exemptus.*
19. *Fit devolutio gradatim.*
20. *Ex usu recta via ad Papam.*
21. *Quare.*

22. *Devolutioni in Beneficiis Manualibus etiam locus.*
23. *Fit Devolutio cum onere.*
24. *Cauſſatur etiam per delictum.*
25. *Quid ſi Vicarius Epiſcopi contulerit indigno.*
26. *Beneficii Collatio acceptata tribuit Jus in re.*
27. *Sed prævia inveſtitura.*
28. *Quomodo ea fiat.*
29. *Non poſſeſſionem.*

1 VIdendum nunc de *Collatione*, quæ fit *Jure devoluto*. Seu, ut ait qui amat Duarenus, *de benefic. lib. 5. cap. 5.* Caduco.

2 Ei eſt locus, cum jus conferendi Is qui habebat, amiſit ve propter negligentiam, non conferendo intra tempus jure ſtatutum, *c. nulla. 2. c. quia diverſitatem. 5. de conceſſ. præb.* Nec eccleſiæ diu maneant Paſtore viduatæ & ſic damnum patiantur; *c. ut ſuper defectu. 41. de elect. c. quam ſit. 6. eod. in 6. c. dilectus. ubi Gloſſ. de concess. præbendæ.* ſive propter delictum, conferendo indignis, inhabilibus & incapacibus. *c. cum in cunctis. §. fin. de elect. c. ſi compromiſſarius. eod. in 6.* aut contra formam *c. quia propter. de elect.* Obeſt enim hoc valde Eccleſiæ Dignitati. *c. nihil eſt. 44. in princ. eod.*

3 Tempus illud in Eccleſiis Cathedralibus & Regularibus eſt menſtre; *d. c. ne pro defectu. 41. d. c. dilectus.* in cæteris, ſemeſtre. *c. licet. literas. de ſuppl. negl. Prælat. c. 2. & 5. de conceſſ. præb. in 6.*

4 Currere incipit à tempore notitiæ vacantis beneficii. *d. c. licet. 5. d. c. literas. 4. d. c. quia diverſitatem. 5. in fin.* Ratio. Quod Devolutio ad Superiorem fiat ex cauſſa negligentiæ ejus ad quem pertinet provisio, qui non poteſt videri negligens, ſi ignoret; ut nec ſi fuerit impeditus propter ſuſpenſionem, etiam ſua culpâ cauſſatam. *d. c. quia diverſitatem. 5.* Quod culpa iſta directè non concernat conferendi licentiam. Niſi committatur nova culpa in petenda abſolutione, quæ imputatur negligenti, & ad Superiorem facit devolvi hanc poteſtatem. *Gloſſ. in c. quia*

c. quia diversitatem. 5. vers. suspensionis. Zæs. comment. ad Decretal. lib. 1. tit. 10. num. 4.

Fit Devolutio ipso jure, *d. c. licet. & c. fin. de suppl. negl. Prælat.* 5
nec propterea negligentia purgari potest. Est enim tempus à canone requisitum de forma actus.

Potest tamen Collatio malè facta per Superioris patientiam tolerari. *c. literas. eod.* Potest etiam Is indulgere negligenti, ut conferat. Qui tamen tunc fungetur Superioris tantum vice. *Zæs. dd. loc. num. 5. in fin.* 6

Nec potest Superior dictum tempus coarctare aut abbreviare. *c. indultum. de reg. jur. in 6.* Cum juri publico nemo deroget, nisi qui posuit. 7

Potest Inferiori certum tempus præfigere, cum nullum jure definitum. Quia tum non aufert Jus competens, & prodest Ecclesiæ, cui citius providetur. *Zæs. d. loc. num. 8.* 8

Ante ergo illud tempus elapsum, Jure Devoluto nullum beneficium Superior conferre potest. Quia nullam antea conferendi potestatem habet; adeo ut non convalescat Collatio postquam Devolutio evenerit, sed nova sit opus. *Dd. in c. 2. de præbend. in 6. Boer. decis. 70. Felin. in c. cum ex officii. num. 37. de præscript. Rebuff. in praxi benefic. tit. de devolut. num. 32. Barbos. de Jure Eccles. Univ. lib. 3. cap. 13. n. 118.* 9

Etiamsi Is qui Jure Devoluto à se putato contulit; habeat potestatem conferendi jure Ordinario: Quod enim potuit, noluit; quod voluit, adimplere nequivit. *c. cum super. de offic. deleg. l. multum. interest. 6. vers. si verò. Cod. si quis alteri vel sibi. Rebuff. d. loco, num. 52.* 10

Explicandum nunc, ad quem *Ex Superioribus*, & *quomodo*, & num interdum, *ad Inferiores*, fiat Devolutio propter Ordinarii negligentiam.

In Ecclesiis Patronatis, Patrono ad Beneficium Ecclesiasticum, intra tempus ipsi ad præsentandum definitum; puta si Laicus quadrimestre, *c. quoniam in quibusdam. 3. in fin. c. cum largiter. 27. de jure patron. c. un. eod. in 6.* si Clericus semestre, *d. c. eam te decet. 22. eod. d. c. un.* à tempore scientiæ numerandum, *d. c. un.* præsentare negligente, tunc jus conferendi, ad Jus instituendi habentem devolvitur, tanquam ad proximum hujus negotii Superiorem. *d. c. cum propter. d. quoniam in* 11

quibus-

quibuſdam. d. c. eam te decet. 22. Cardin. in Clem. un. num. 5. & 9. de ſuppl. negl. Prælat. Panorm. & alii in c. 2. de conceſſ. præbend. Rebuff. d. tit. num. 54. Rochus de Jure patronat. verb. honorificum.

12 Ergo ſi ſit alius quam Epiſcopus Diœceſanus, qui Inſtitutionis ius habet, ad illum, non ad Epiſcopum fiet Devolutio. *Gloſſ. in d. Clem. un. verb. diſpoſitionem. & ibi Imola num. 33. Cardin. num. 5. Rebuff. d. tit. num. 26. Dartis d. loco, verſ. poſterior.*

13 Prælato Epiſcopo inferiore, & jus beneficia Eccleſiaſtica conferendi habente, ea conferre negligente, conferendi poteſtas devolvitur ad loci, in quo beneficium vacat, Epiſcopum, tanquam ad proximum Superiorem. *d. c. 2. de conceſſ. præbend. d. Clem. un. Rebuff. d. tit. num. 35. Azor. Inſt. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 26. num. 5.*

14 Non ad Epiſcopum Sede vacante; *d. c. un. Ne Sede vacante. in Abbas in c. cum olim. ſub num. 2. col. 2. de major. & obed. Joan. Monetis in c. quanquam. 18. de elect. in 6. Diſſ. Abb. ſibi contrar. in num. 3. Ne Sede vacante. Joan. Andr. in d. c. quanquam. Petr. Gregor. in ſyntagm. jurisprud. lib. 17. cap. 9. num. 38.*

15 Collatorum etiam Regularium poteſtas ex negligentia in conferendis beneficiis devolvitur ad Epiſcopum loci, tanquam Ordinarium, ſi quidem Illi non ſint exempti: Sin exempti, ad Papam: *c. ſicut. de ſuppl. negl. Prælat.* aut Epiſcopum tanquam hujus Delegatum. *Clem. un. Rebuff. d. tit. num. 37. & 39. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 35. Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. verb. beneficia. verſ. ad tertium.*

16 Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, in conferendis beneficiis ad ſuam collationem ſeparatim ab Epiſcopo pertinentibus, negligente, ad Epiſcopum tanquam immediatum Superiorem fit devolutio. *d. c. 2. de conceſſ. præb. ubi Abb. num. 6. Gloſſ. in c. irrefragabili. Ext. de off. Ord. vers. Capitulum. Rebuff. d. tit. num. 21. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 40.* Licet Epiſcopus collationi intereſſe, non ut Prælatus, ſed Canonicus, debuerit. *c. pen. de conceſſ. præb. Rota deciſ. 1. de ſuppl. negl. in novis. Barbos. d. lib. 3. cap. 13. num. 110.*

Si verò Collatio ad Capitulum & Epiſcopum ſimul ſpectet, tunc ex negligentia non fiat devolutio ad Epiſcopum, ſed Archiepiſcopum.

pum, tanquam ad proximum Superiorem. *d. c. pen. Barbos. d. loc. & num. Dartis d. loco, vers. sciendum in fin.*

Episcopo autem negligente conferre beneficia ad suam collatio- 17
nem separatim à Capitulo proprio jure spectantia, tunc Devolutio fit ad ipsum Capitulum: *d. c. 2. de conces. præbend.* & sic ad Inferiorem. Quia sic jure expressum. *vide & can. ult. vers. quod si. dist. 65. & can. 2. vers. si verò. dist. 89. can. cum sumus. 9. qu. 3.*

Si jure devoluto; tunc negligente Episcopo, hæc Collatio devolvitur ad Superiorem. *Abb. in d. c. 2. num. 6. & 8. Felin. in d. irrefragabili. num. 3. Franch. in d. c. un. §. cum verò. num. 3. & 4. Ne Sede vacant. in 6. Rebuff. d. tit. à num. 21.*

Ubi verò Episcopus fuerit exemptus & Romano Pontifici imme- 18
diatè subjectus, tunc illo negligente potestas conferendi devolvitur ad solum Pontificem. *Abb. in d. c. 2. num. 7. & 8. Rebuff. d. tit. num. 36. & in Concord. tit. de collation. §. si quis verò. in Gloss. verb. ad alium. vers. in exemptis. Barbos. d. loc. num. 112. & seq.*

Fit Devolutio hæc quæ cadit propter Ordinarii negligentiam, gra- 19
datim; *d. c. licet. d. c. 2. ubi Dd. Corras. de benefic. 1. part. cap. 7. num. 8. & 4. part. cap. 1. num. 11. Garcias de Benef. part. 10. cap. 3. num. 1.* veluti; ab Episcopo ad Metropolitanum, donec ad Romanum Pontificem perventum sit. *d. c. quanquam. 18. de elect. in 6. Rebuff. d. tit. num. 7.*

Quod & obtinet in Devolutione, quæ fit propter recusationem Ordinarii; veluti si is noluerit ad requisitionem Graduati ei conferre Beneficium quod vacat in mensibus affectis Graduatis. *§. si quis verò. tit. de Collation. in Concordat. Gall. Dartis d. loco, vers. ad quem.*

Verum non omnino gradatim fieri Devolutionem hodiernus 20
probat usus; quo non à Metropolitano ad Patriarcham vel Primatem fit Devolutio, ut jure fieri debet, si fiat gradatim; sed recta via ad Papam. *d. c. licet. Petr. Greg. d. loc. num. 38.* Excepto Patriarcha seu Primate Lugdunensi, ad quem & fit Devolutio, ex consuetudine Regni Galliæ, ab Archiepiscopis. *Rebuff. d. tit. num. 24. Petr. Gregor. d. loc. num. 38. Dartis d. loc. vers. Excipatur.*

Potest etiam Papa in beneficiis inferiorum conferendis uti non so- 21
lum jure devolutionis, sed etiam jure præventionis. *c. nudum. 14. de*

præbend. in 6. vel jure concurſus. *d. c. quia diverſitatem. verſ. niſi. de conceſſ. præbend. & c. ſi eo tempore. de elect. in 6. Rebuff. d. tit. num. 46. cum ſeqq. Petr. Gregor. d. loco, num. 23. Barboſ. d. loc. num. 116.*

22 In Beneficiis Manualibus Devolutioni etiam ad Superiorem locus, ut ille Inferioris ſuppleat negligentiam; *Clem. un. & ibi Gloſſ. præmiſſa. verb. revocari. de ſuppl. negl. Prælat. & ibi Cardin. num. 49. Bonifac. num. 8.* Qui tamen re integra poteſt purgare moram & inutilem, cum ſint ad Ejus nutum amovibilia, providere. *Garc. d. loc. num. 47.*

23 Fit omnis Devolutio ex negligentia perveniens cum onere & qualitatibus in prima proviſione requiſitis. *Felin. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. num. 18. Rochus d. verb. honorificum. qu. 3. Rebuff. d. tit. num. 40. cum ſeqq. Corraſ. d. 4. parte, cap. 4. num. 16. Garc. d. loc. num. 42.*

24 Ut devolutio cauſatur per negligentiam; ſic & per *Delictum*: puta cum ii, ad quos ſpectat, provident indignis, ſeu inhabilibus, & incapacibus: *c. cum in cunctis. §. fin. ubi Dd. de elect. c. ſi compromiſſum. eod. in 6. Zechus de benefic. part. 10. cap. 3. num. 2.* vel non ſervaverint formam. *cap. quia propter. de elect.* Sed diſtinguendum; An omnes peccaverint, an verò eorum tantum pars. Priore caſu in Eccleſiis Cathedralibus hodie fit Devolutio ad Papam, non ad proximum Superiorem; *c. quanquam. de elect. in 6.* abrogato jure *d. c. cum in cunctis. §. fin.* In Inferioribus autem obtinet *diſt. c. cum in cunctis. d. c. quanquam.* Poſteriore caſu jus providendi manet penes eos, qui non peccaverunt. *c. gratum. de peſtil. Prælat. Dartis d. loco, verſ. Et hæc dicta. Petr. Greg. d. loc. num. 41.*

25 Vicarius Epiſcopi ſi contulit indigno, non fit Devolutio, nec Epiſcopus conferendi poteſtate privatur, niſi collationem habeat ratam. *Rebuff. d. praxi. tit. forma vicariatus. num. 140. Sbroz. de offic. Vicarii lib. 3. qu. 37. Barboſa d. loco, num. 114.*

Cum ſi conferre neglexerit, fiat devolutio ad Archiepiſcopum, non Epiſcopum; ne ea ab eodem ad eundem fiat. contr. *c. 2. de conceſſ. præb. in 6. Petr. Gregor. d. loco, & num. Rebuff. tract. nomination. qu. 14. num. 63. Dartis d. loco, verſ. poſterior.*

26 Poſtremo ſciendum Beneficii Collationem, ſed acceptatam, poſſe vel per alium nomine Beneficiati, jus in eo tribuere, etiam ante poſſeſſi-

sessionem adeptam. *c. fin. de conces. præb. in 6. c. si tibi absenti. ubi Gloss. Domin. num. 2. Franch. num. 3. de præbend. in 6. Rebuff. in prax. super Reg. de non tollendo jure quæsito. Gloss. 6. num. 38. Covarruv. lib. 3. variar. cap. 16. num. 3. 4. & 5. Dyn. in reg. beneficium. de reg. jur. in 6. num. 11. & 12.*

27 Investitura tamen necessaria; uti argumentum concessionis & collationis factæ. *Dartis d. loc. vers. fin.*

28 Fit jure communi ab Archidiacono, verbali collatione per annuli, virgæ, calami, pallii, aut cujusvis rei alterius traditionem. *c. ad hæc. c. ut nostrum. de offic. Archidiac. ex eo. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.*

29 Non tribuit possessionem; proinde Judicis missionem in possessionem beneficii esse necessariam *can. 1. visis. 16. qu. 2.* hoc est, titulum habentem mitti debere per aliquem in beneficii possessionem; alioquin haberi intrusum; quia auctoritate propria beneficii possessionem est ingressus; *per c. ad aures. 3. de excessib. Prælat. c. pastoralis. 19. de privileg. Dartis d. loco, vers. fin. in fin.* volunt. *Dynast. d. loco, num. 25. Archidiaconus in c. eum qui. de præbend. in 6. & ibi* Lupus, Paulus & Ancharan. Idem *in c. sine possessione. 3. de reg. Jur. in 6.* Cosmas *in pragm. Sanct. tit. de pacif. possessor. in princ. verb. non violentus.* Rebuff. *in praxi in forma novæ provisionis. verb. per se, vel per alium.* Corras. *d. part. 4. cap. 1. à num. 15.* & alii: Quorum sententiam æquitati esse consentaneam dicit Covarruvias. *variar. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 8.* Licet investituram seu titulum Canonicum habentem, propria auctoritate vacantem beneficii possessionem apprehendere posse Ipse *d. loc. num. 7.* sentiat, cum aliis; *ut Ripa in c. cum M. 9. de constitut. Roch. de jure patronat. verb. Jus quæst. 5. num. 9. Rebuff. in praxi. tit. de remission. in possessionem. num. 5. & de pacific. possessoribus. art. 290. & 294. Rosiniac. de benef. cap. 23. Pontano de spolio. lib. 1. & 2. Puteo decis. 402. lib. 1. Garcia de benef. part. 4. cap. 2. num. 6. cum seqq.*

TITULUS VII.

De Præſentatione.

SUMMARIA.

1. *Præſentatio, per quam acquiruntur etiam Beneficia patronata, præcedit Inſtitutionem.*
2. *Præſentat Patronus in poſſeſſione, etiam quaſi exiſtens.*
3. *Acquiritur ea & per præſentationem unicam.*
4. *Quæ tamen requirantur.*
5. *An tranſeat ad hæredes.*
6. *Quid ſi plures ſint Patroni.*
7. *Quid ſi moriatur Patronus.*
8. *Ejus hæredes, ſi plures, alterius vicibus præſentant.*
9. *Quid ſi diſſentiant.*
10. *Qualiter major pars hic intelligenda.*
11. *Ad præſentandi actum quando convocandi Patroni omnes.*
12. *Qualem debeat præſentare Patronus.*
13. *An poſſit ſeipſum.*
14. *An eum Is cui præſentandi jus ceſſit.*
15. *Unus ex patronis poteſt præſentare alium.*
16. *Et Epiſcopus conferre Patrono: & quando: & quare.*
17. *Patronus rectè præſentat filium, &c.*
18. *Etiam per procuratorem.*
19. *Qui ſeipſum non recte præſentat.*
20. *Intra quod tempus facienda præſentatio.*

21. Præ-

21. *Præsentationis Patroni Clerici, & Laici quis effectus.*
22. *Quid si Patronorum unus sit Clericus, alter Laicus.*
23. *An Laico tum liceat variare.*
24. *Quoties.*
25. *Quando præsentatum instituet Ordinarius.*
26. *Quid, si Institutio ante facta.*
27. *Præsentatio quæ Simoniaca.*
28. *Quæ non.*
29. *An ante vacationem Ecclesiæ præsentare potest Patronus.*

ACquiruntur etiam Beneficia, sed patronata, mediante *præsentatione Patroni.* Ea enim *Institutionem* præcedere debet. 1

Præsentare debet Patronus, sive verus, sive putativus, non alius qui caret possessione, licet in proprietate jus habeat. *c. consultationibus. 19. de jure patron. Rochus de jure Patron. verb. competens. qu. 19. num. 39. cum seqq.* 2

Præsentat enim validè qui est in quasi possessione juris patronatus seu præsentandi. *in d. c. consultationibus. Gloss. 1. Innoc. Butr. num. 1. Ancharan. num. 4. & 5. Rochus d. verb. competens. qu. 14. num. 28. & qu. 22. num. 44. Ricc. tract. de novissi. jur. patronat. probat. resol. 84. Mascard. de probat. concl. 173.*

Acquiritur illa possessio etiam per unicam præsentationem, si eam secuta Institutio. *Barbos. in collect. ad d. c. consultationibus. num. 6. Ricc. d. tract. resol. 229. 216. Barbos. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 12.* 3

Ad eam acquirendum requiruntur quinque: 1. Ut qui præsentare vult, præsentaverit bona fide. 2. Admissa fuerit præsentatio: 3. Institutus fuerit admissus. 4. Præsentans crediderit uti jure suo. 5. Ille, in cujus præjudicium quæritur possessio, hoc sciat & patiatur. *Calderin. cons. 12. de jure patron. Roch. d. verb. competens. qu. 14. Lambert. tract. de jur. patron. lib. 2. part. 1. qu. 3. art. 10. Ricc. resol. 214.* 4

5 Dicta quaſi poſſeſſio præſentandi ſine nova apprehenſione in hæredes præſentantium non tranſit. *l. cum hæredes. 23. ubi Dd. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Riccius d. tract. reſol. 226. Caputaq. deciſ. 135. & 420. part. 2. Nogueral. tom. 1. alleg. 28. num. 64. Barboſ. d. loc. num. 190.*

6 Patroni plures, vel poſſunt ſinguli alternis vicibus præſentare, vel omnes ſimul in præſentatione concurrere, prout convenerit inter eos: *c. 1. 2. 3. eod. Clem. plures. eod.* & ſi fuerint in præſentando diſcordes, majoris partis ſententia præferetur. *c. quoniam. 3. eod.* Niſi ea eligeret indignum. *Abb. in d. c. quoniam. Ricc. d. tract. reſol. 173. Rota deciſ. 544. num. 2. & 3. part. 1.*

7 Mortuo Patrono jus patronatus tranſit ad hæredes, *d. c. quoniam. 3.* & ſi plures unius Patroni ſint hæredes, habentur in præſentatione pro uno. *d. Clem. plures. 2.* Nec enim jus illud, inter eos poteſt dividi. *cc. eod. ubi rationem dat Caniſius in com. ad Decretal. num. 7. Covarruv. variar. reſol. lib. 3. cap. 19. num. 5. in princ.*

8 Poſſunt ad evitandum diſſidium convenire inter ſeſe ut alternis vicibus præſentent. *d. c. 1. d. Clem. plures. & ibi Panorm. Caniſ. d. loc. num. 8.*

9 Si non convenerint, & æqualiter inter ſeſe diſſentiant ſequenda conſtitutiones *c. 1. & 2. eod.* Sin inæqualiter; ut quia, exempli gratia, ex tribus Patronis unus certum præſentet Clericum, reliqui duo alium: hic in inſtituendo præferri debet, propter patronorum numerum, modo mereatur. *d. c. quoniam. 3. eod.* Etenim id ubique ferè eſt receptum, ut ſi actus aliquis explicandus ſit à pluribus, ſemper inſpiciamus & ſequamur partem majorem. *per l. item ſi unus. 17. §. 6. ff. de arbitr.* Sicuti videre eſt in electione, aliiſque negotiis, quæ in Collegio expediuntur, *c. quia propter. 42. §. 1. de elect. c. 1. c. fin. §. 1. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit.* item in pluribus Judicibus, *l. duo ex tribus. 39. ff. de re jud. dic.* in arbitris. *d. l. item ſi unus. 17. §. 2.* & ſimilibus caſibus. *Caniſius d. loco, num. 9. vide & Felin. in c. cum omnes. 16. num. 15. de conſtitut.*

10 Diximus præſentatum à majori patronorum parte præferri, & ſic inſtitui debere, ſed dubium eſt, qualiter major pars ſit intelligenda, utrum reſpectu habito ad patronos omnes, an verò habita ratione ad majorem partem; verbi gratia; *Quatuor ſunt patroni, quorum duo præſe-*

præsentant unum, tertius alium, quartus alium: præsentatus à duobus non habet omnium patronorum majorem partem, sed habet majorem partem respectu aliorum duorum singulos præsentantium. Distinguit, *ex Joan. Andreæ sententia,* Panormitanus *ad d. c. quoniam. 3. num. 13.* Aut præsentatio sit à pluribus, ut à Collegio; Aut tanquam singularibus, ut solet communiter fieri à Patronis Laicis; Illo casu requiritur major pars respectu collegii. *c. Ecclesia vestra. 48. §. 1. de elect. c. ea noscitur. 6. de his quæ fiunt à Prælat.* Hoc sufficit major pars respectu aliarum partium. *Adde Roch. ad rubr. de jure patron. in verb. Hominum. num. 51.*

Sic ad præsentandi actum convenire debent Patroni omnes, & 11
sunt convocandi omnes, si ad eos præsentandi potestas spectet tanquam ad Collegium, sive universitatem aliam; *c. quia propter. 42. §. 1. de elect.* alioqui per absentes rescindi posset præsentatio. *c. quod sicut. 28. §. 1. c. bonæ memoriæ. 36. in fin. eod.* Sin verò ad plures, tanquam ad personas singulares pertineat, absque convocatione quilibet patronus, sigillatim præsentare potest. *arg. l. per fundum. 11. ff. de servit. præd. rustic.* Cum non tantum præsentes, sed & ignorantes, atque absentes negligi possint. *d. c. quoniam. 3. Canisius. d. loc. num. 11.*

Cæterum quod diximus, præsentatum à majore parte Patronorum præferendum esse & instituendum, verum; si non timeatur scandalum; & facta fuerit præsentatio intra tempus legitimum; Aliàs ea devolvetur ad Ordinarium. *d. c. quoniam.* ut admonuimus titulo præcedenti.

Debent Patroni præsentare idoneum Clericum, præsentem, non 12
absentem, *Gloss. in Clem. dudum. in verbo præsentari. de sepultur.* Nisi fortè, Episcopo absentis Clerici qualitas esset perspecta & cognita: Nam casu eo, ut beneficium conferri potest absenti, *c. si tibi absenti. de prabend. in 6.* sic de tali fieri præsentatio.

Non tamen potest Patronus, quamvis Clericus, idoneus, bene- 13
meritus, præsentare seipsum. *c. per nostras. 26. de jure patronat. Lambertin. de jure patron. lib. 2. part. 1. qu. 8. art. 1. num. 6.* qualecunque sit beneficium. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 17. Barbosa d. loc. num. 194.* Cum quia hoc esset ambitiosum; *d. c. per nostras.* tum quia præsentatio spectet ad beneficium, quod non nisi inter duos habet locum:

c. fin.

c. fin. de inſtit. ubi inter dantem & accipientem diſtinctio eſſe debet. *Roch. d. verb. honorificum. num.* 20. *Molinæus ad conſuet. Pariſ. §.* 20. *olim.* 15. *Gloſſ.* 1. *num.* 68. *Zæſ. comm. ad Decret. lib.* 3. *tit.* 38. *num.* 33.

14 Is tamen, cui Patronus præſentandi jus ceſſit, eum præſentare poteſt; modo ceſſerit, non pro ea vice, (Nam tum videtur ſeipſum præſentare, cum per alium faciens ipſe facere videatur: *l.* 1. *§. dejecſſe. ff. de vi & vi arm. l.* 6. *§.* 1. *ff. quam cujuſq; univerſ.* ut procedat deciſio *l. c. per noſtras.* 26. *de jure patron.*) ſed in perpetuum; cum tum non poſſit dici ſeipſum præſentare, nec agere per alium, quippe omni jure cenſus. *Abb. in c. ex inſinuatione.* 14. *in fin. eod. Speculat. de jure patron. num.* 17.

15 Nihil tamen implicat, unum ex Patronis ab aliis præſentari. *Gloſſ. in c. conſuluit.* 15. *verbo concedant. eod. arg. c. cum in jure.* 33. *de elect.*

16 Ut & poteſt Epiſcopus ipſi Patrono, ſi conſentiat, conferre. *Lambertin. de jure patron. part.* 1. *lib.* 2. *qu.* 8. *art.* 3. *&* 4. *Zerola in prax. Epiſc. part.* 1. *verb. Jus patronatus. §.* 21. Ceſſat enim ratio ſupradicta, quod non tam ipſe agat, aut ſibi beneficium det, quam patiatur per alium in ſe ſtatui. *l. ubi abſunt.* 19. *in pr. ff. de tutor. & curat. dat.* Nec adverſatur, quod ſine præſentatione non valeat inſtitutio; nam hoc verum eſt, patrono invito, ne ei fiat injuria, ſic autem eſt volens. *Zæſ. d. loc. num.* 36. *in fin.*

Unde recte dicitur, Patronum unum præſentationi ſui per alios Com-Patronos in caſu ambiguo conſentiendo, augere numerum, & Jus ſibi firmare. 1. Quia ſic in electione reſponſum. *arg. d. c. cum Jure.* 33. *de elect.* 2. Quia videtur tantum præſentationi de ſe facta conſentire. Quod non prohibitum. *Abbas in d. c. per noſtras.* 26. *in fine. Rochus d. verb. Honorificum. qu.* 4. *princ. num.* 20. *Lambert. de jure patron. lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 8. *art.* 5. *Ricc. d. praxi reſolut.* 129. *Wameſ. cons.* 477. *num.* 7.

17 Filium ſuum quin patronus rectè præſentet, non eſt dubium, nec & patrem, & nepotem, cum ſit alia perſona. *Gloſſ. in d. c. conſuluit.* 15. *Zæſ. d. loc. num.* 35. *verſ. filium.* Nec debeat eſſe deterioris conditionis quam reliqui omnes extranei, qui per patronum parentem præſentati poſ-

possunt. *Gloss. d. loc. Lambert. lib. 2. part. 1. qu. 8. art. 12. Tyraquel. de jure primogen. qu. 33. num. 1.*

Præsentare potest patronus non solum per semetipsum, sed & per 18
procuratorem; speciale mandatum habentem, licet in genere; *Rochus d. verb. honorificum. num. 23. & 24. Felin. in c. cum venerabilis. sup. de except.* Imò & per literas. *Gloss. in can. non debet. dist. 65. juxta. l. si procuratorem. 65. cum seq. ff. de procurat. Roch. d. loco, num. 27. per Abb. Imol. & alios. in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit. Petr. Greg. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 4. num. 10.*

Qui procurator se ipsum præsentare non potest: *Gonzalez ad reg.* 19
8. Cancell. Gloss. 2. num. 57. cum seq. ut nec patronum constituentem. *Flamin. Paris. de resignat. lib. 9. qu. 17. num. 113. Ciarlin. controv. forens. cap. 59. num. 11.*

Facienda præsentatio intra tempus statutum; Quod Clerico pa- 20
trono est sex mensium, Laico quatuor. Differentiæ ratio est; Cum quod illum variare non deceat, utpote cui Clericorum mores debent esse noti; tum ut facilius Ecclesiæ præponat ministrum dignum: Laico variare non est turpe, cum non norit ita Clericorum qualitates; cui ideo & minus tempus præfixum, intra quod post unum & alios rectè præsentat. *c. 1. §. fin. de jure patron. in 6.*

Quæ variatio non ita est accipienda, quasi per sequentem præsentationem extinguatur prior, sed quod altera ei accedat, & Episcopo sit integrum eligere alterum. Est enim gratificationi locus. *c. cum autem Advocatus. 24. eod. Azor. Inst. Moral. par. 2. cap. 21. qu. 13.*

Præsentato à Patrono Clerico statim quæritur Jus ad Institutio- 21
nem, *d. c. cum autem Advocatus. 24.* quia non licet Patrono isti variare: Non præsentato à Patrono Laico, cui hoc licet: Quà tamen in re si Episcopus rejecerit primum malitiosè, & alterum postea nominatum instituerit, illi de beneficio providere tenetur. *c. pastoralis. 29. eod.*

Si Patronorum alter sit Laicus, alter Clericus, videntur Laico con- 22
cedi ad præsentandum sex menses: tum quia magis dignum trahit ad se minus dignum; tum quod in una eademque re sit servanda paritas. Et sic consequitur Laicus per Clericum, quod per se non habet. *Gloss. fin. in c. un. eod. in 6. Abb. ad c. cum propter. 17. in fin. eod.*

23 Sed an Laico iſto caſu cum effectu variare liceat; quo ipſe unum Eccleſiaſticus Patronus alterum præſentavit, & videtur dicendum, quod ſic, cum nullibi pateat hoc ipſi denegatum, & nullus ſit propter adjunctionem alterius privandus jure ſuo. *Zæſ. d. loc. num.* 47.

Licet variare ei, ſed ſine effectu, caſu quo uni ab utroque præſentato ipſe varians poſtea addit alterum; Eſt enim prior, quia duas habet voces, potior. *c. Joan. Andr. in c. in re communi.* 61. *de reg. jur. in 6. Abb. in d. c. cum autem Advocatus.* 24. *num.* 4.

24 Alias variare licet Laico Patrono, quoties voluerit. *Clem.* 2. *ubi Gloſſ. verb. plures. de jure patron. Rochus d. verb. honorificum. num.* 35. *Azor. d. cap.* 21. *qu.* 13. *verſ. ſi quæras. Garc. de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 214. *cum ſeq.* Niſi ſe non præſentaturum alium juraverit. Talis enim non eſt à Superiore audiendus, ne participet in crimine. *fac. c. mulieri. de jurejur. Paul. conſ.* 57. *incip. Venerabilis vir. in* 2. *col. all. Joan. And. in c. quod ſemel placuit. de reg. jur. in* 6. *Rochus d. loc. num.* 37.

25 Præſentatum non inſtituet Ordinarius, niſi poſt lapſum temporis ad præſentandum dati. Cum enim hoc in commodum Patroni ſit inductum, ipſi non eſt auferendum.

26 Unde inſtitutio ante illud, Patrono ſpreto, & contradicente, facta, eſt ipſa jure nulla. *c. decernimus.* 16. *qu.* 7. *Abb. in c. Bertholdus de judic. num.* 13. *& ibi Felin. à num.* 8. *Rochus d. loco, num.* 2. *Card. in Clem.* 1. *de ſuppl. negl. Prælat. Rebuff. in praxi.* 3. *parte ſignatura. tom. nec non juris patron. num.* 52. *& de nominat. qu.* 17. *num.* 31. *Garc. d. c.* 9. *§.* 1. *num.* 231. *cum ſeqq.*

27 Non poteſt Patronus aliud temporale à præſentato exigere, quam in ipſa fundatione eſt impoſitum. *c. ſicut. de ſuppl. negl. Prælat. c. præterea.* 23. *de jure patron.* Simoniaca enim dicitur præſentatio, cum pro ea aliquid datur aut promittitur. *c. veniens. il.* 6. *ubi Abb. & Doc. in* 2. *not. de teſtib. Roch. d. tract. verb. & utile. num.* 9. Quamvis id fiat ipſo præſentato ignorante. *c. pen. de elect. c. nobis. de Simonia. Rota decis.* 28. *num.* 3. *part.* 1. *diverſor. Barboſ. d. lib. & cap. num.* 201. *cum ſeq.*

28 Non erit talis præſentatio facta ſub conditione ſeu onere celebrandi Miſſas, Niſi illud onus ſpectet ad ipſum præſentantem, cum pactum relevetur ab onere. *Garc. d. loco, num.* 203.

Patro-

Patronus antequam vacet Ecclesia, nec præsentationem promittere, nec ante id tempus præsentandi potestatem concedere potest. *c. fin. de conces. præb. Cass. ad. decis. 5. de jure patron. Garc. de benefic. part. 10. cap. 1. ànum. 4. Barbos. d. loc. num. 205.*

TITULUS IIX.

De Institutione.

SUMMARIA.

1. *Præsentatum instituere tenetur Episcopus.*
2. *Institutio quid.*
3. *Necessaria. Cur?*
4. *Ad quem pertineat.*
5. *Qui possint instituí.*
6. *An Laici.*
7. *Quid, si institutio facta ab alio quam Episcopo.*
8. *Quid, si jus Patronatus sit impeditum; per negligentiam.*
9. *Per Papæ derogationem.*
10. *Ut derogetur Juri Patronatus Laici quæ requirantur.*
11. *An sufficiat derogatio generalis.*
12. *Sufficit in Patronatu Ecclesiastico.*
13. *Non Mixto.*
14. *Dicta quomodo limitanda.*
15. *Nuntius Apostolicus cui Patrono præsentando possit prævenire.*
16. *An ulli Episcopus & quid tum.*
17. *Effectus Institutionis.*
18. *An ad instituendum ullum tempus Ordinariis constitutum?*

1 PRæſentatum à Patrono tenetur Epiſcopus inſtituere; alioquin ad Superiorem habebitur recurſus. *c. ſignificaſti. 33. de jure patron.*

2 Eſt *Inſtitutio* hic beneficii juri patronatus ſubjecti, ad præſentationem Patroni, facta tranſlatio.

3 Eſt neceſſaria, quia Præſentatio nullum jus tribuit præſentato in Eccleſia patronata, cum in ea nullum Jus habeat Patronus, *can. nouerit. 10. qu. 1. c. præterea. 23. c. quod autem. 5. in fin. c. querimoniam. 30. cum Laici. 10. c. conſuluit. 15. eod.* etiam Eccleſiaſticus. *can. 1. cauſ. 16. qu. 1. c. ſicut. 2. de ſuppl. neglig. Prælat.*

4 Pertinet regulariter ad Epiſcopum Ordinarium. *d. can. 1. c. in frequentibus. 3. de inſtitut. c. 1. eod. in 6. c. cum ſatis. de offic. Archidiac.* Sede vacante, Capitulum, *d. c. 1. Quarantà in Sum. Bullarii. verb. Capitulum Sede vacant. verſ. quæ concluſio. Garc. de benef. d. part. 5. cap. 7. num. 54.* Epiſcopi Vicarium etiam abſque ſpeciali facultate: *d. c. ex frequentibus. 3. c. conquerente. 16. ff. de offic. Ord.* Imò & alios Prælatos inferiores, omneſque illud jus ex privilegio, ſeu præſcriptione immemoriali aut conſuetudine præſcripto legitimè, habentes. *Hoſtienſ. in ſumma. §. quis poſſit. de inſtitut. Barboſa lib. 3. Juris Eccleſiaſt. Univ. cap. 11. num. 211.*

5 Inſtitui poſſunt perſonæ idoneæ, nobiles, ignobiles; nulla extraria obſtante conſuetudine. *c. venerabilis. 37. de præbend.* Nec refert undecunque originem duxerint; quia in omni genere qui facit inſtitutum, acceptus eſt Deo. *c. ad decorem. 5. hoc tit.* Et non generis aut ſtirpis claritas, ſed virtutis nobilitas vitæque honeſtas Deo gratum & idoneum miniſterium facit. *c. pen. de præbend. can. nos qui. diſt. 40.* Philo *de Nobilitate* dicit: Ὅτι μηδὲν ἡ εὐγένεια ὠφελεῖν τοὺς ἀναξίους δύναται, id eſt, *Nobilitatem nihil prodeſſe indignis nobilitate*, &c.

6 Laici tamen non poſſunt inſtitui in Canonicos, *c. in Eccleſia. 2. eod.* Quia jus ſpirituale, quale eſt Jus Canoniæ, non cadit in Laicos. *c. cauſam. 7. de præſcript. c. Maſſam. 56. de elect.* Nam licet Laicus poſſit prebendari, non tamen poteſt canonicari. Præbenda enim quid eſt temporale, quia conſiſtit in perceptione fructuum. Jus verò Canoniæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

consistit in spiritualitate. *Butrio ad d.c. in Ecclesia. & ibi Abb. num.4.*

Institutio ab alio quam Episcopo, vel ejus Officiali, *d.c.ex fre-* 7
quentibus.4. seu, *ut dicit Gloss.ibid.* eo qui ejus vices sustinet, *fac.d.*
c.conquerente.16. facta, & præsentatio alteri facta, est ipso jure nulla
& invalida, *c.illud.c.relatum.de jure patron.* nisi, ut præcedenti titulo
diximus, antiqua fundatio id alteri quam Episcopo reservasset: Ita &
Institutio ab ipso Patrono propria auctoritate facta est irrita. *d.c.illud.*
Sic ut & illa quam Episcopus absque Patroni præsentatione fecerit. *d.c.*
decernimus. de judic.

Sed hæc ita procedunt, quatenus Jus Patronatus est salvum, aut 8
non impeditum. *Zæs. in comm. ad Decret. ad tit. de jure patron. num.56.*

Impeditur duobus modis; 1. Per *negligentiam* eorum, quibus
competit; 2. Per *derogationem Papæ.*

Per *negligentiam;* si vel intra tempus præscriptum non præsenta-
verint; *c.2.de suppl. negl. Prælat.c.quoniam.3.§.fin. & c.si verò. de ju-*
re patron.c.eam te eo.§.fin.eod.in 6. vel per discordiam elabi illud passi
fuerint. *d.c. quoniam.3.)* Vel Patroni Ecclesiastici, (non si Laici, *c.*
cum autem Advocatus. eod.) præsentaverint indignum: *c.cum autem.eod.*
variare enim hi non possunt. *vid. Barbos. d.loc. à num.171.*

Per *derogationem Pontificis;* Is enim præveniendo præsentatio- 9
nem, Ecclesiæ providet de ministro. Idque ei licitum, non tantum
quoad Patronatum Ecclesiasticum, propter plenitudinem potestatis,
quam habet in beneficia Ecclesiastica; sed & Laicum, *Gloss. in Clem.2.*
de præbend. verb. Apostolicis. Cum & hoc sit dependens à spiritualibus.
Quo facit ratio, quod ex Ecclesiæ tolerantia hoc jus competat Laicis. *c.*
quoniam.3. in pr. de jure patron. ut, si videatur expedire, gratiam revo-
care possit Pontifex, & Patroni præsentatione non exspectata, provide-
re Ecclesiæ: Præcipue cum non privativè, id jus sit concessum Laicis,
sed cumulativè, concedendo quidem aliis eam potestatem, sibi tamen
non auferendo.

Sed ad derogandum Juri Patronatus Laico, necesse exprimi in li- 10
teris Clausulam aliquam derogatoriam: *Licet Beneficia Patronata sint;*
Gloss. in d.Clem. verb. Apostolicis. Et hoc, ne Laicorum juri contrave-
niendo, facilè avertantur ipsi à benefaciendo Ecclesiæ; qui metus non

eſt in Clericis, *Covarruv. var. pract. Quæſt. cap. 36. num. 1.* Unde ordinariè non ſolent Pontifices beneficia, quæ ſunt Juris Patronatus Laici conferre. *Abbas in c. cum dilectus. de jure patron.*

11 Nec hic ſufficit derogatio Generalis; Cum quæ ſunt, exprimenda ſpecialiter, dici non poſſint contenta eſſe ſub clauſula generali. *c. 2. ubi Gloſſ. fin. de præbend. in 6.* Ut non ſufficiat literis eſſe expreſſum: *Etiamſi ad alicujus præſentationem ſeu collationem pertineat;* Eſt enim verborum clauſula generalis. *Joan. Andr. in c. dilectus. 6. de offic. Legat.* Covarruvias *d. loc.* vult, Ne quidem cenſeri per clauſulam ſpecialem derogatum ſi ad Regem, Ducem, aut Marchionem ſpectet Jus patronatus; niſi & hoc exprimatur. Qui etiam vult ſub reſervatione vacantium in Curia non comprehendi beneficia Juris Patronatus Laici, non tantum ſi ad Reges, Cometes, aut ſimiles pertineant, ſed & ſi ad alios Laicos. Quod poſterius licet diſpliceat, Flamin. *de reſign. benefic. lib. 11. qu. 4. num. 48.* habet rationem; quod iſta reſervatio non communis ſit generalis, ut non adficiat ea, quæ ſpecialem deſiderent expreſſionem, ut in caſu præſenti. *vide Rochum d. tract. jur. Patron. verb. honorificum. Azor. Inſt. Moral. part. 1. lib. 6. cap. 23. Wameſ. conſ. 428. num. 1. & 2. Leſſ. de Juſt. & Jure lib. 2. cap. 34. dub. 9. Zaſ. d. num. 63.*

12 In patronatu Eccleſiaſtico, generalis ſufficit derogatio. *d. Clem. Dd. com. in c. 2. de præbend. in 6. Leſſ. d. lib. cap. & dub. num. 36. Zaſ. d. loc. num. 64.*

13 Non in patronatu mixto: Nihil faciente conjunctione Eccleſiaſtici, *ut vult Flamin. Pariſ. d. loc. num. 49. cum ſeqq. per Gloſſ. in c. 7. de in 6.* utpote quæ commoda quidem & privilegia cum Laico communicat, non etiam damna, quibus adficeretur Laicus per derogationem generalem & reſervationem. *Et ſic accipiend. Gloſſ. fin. Covarr. 1. cap. 36. num. 5. verſ. tertiò. ſecutus alios, quos citat. Abb. in c. fin. in fin. de jur. patron. Wameſ. conſ. 479. num. 1. & ſeqq. Zaſ. d. loc. num. 65. Covarr. d. loc. num. 5. Leſſ. d. loc. num. 40.*

14 Quæ diximus de expreſſa Pontificis derogatione, vera ſunt, ſi ex dotatione aut fundatione habeatur Patronatus jus: non ſi ex privilegio Pontificis; *Butrio in d. c. dilectus.* aut, ut quidam volunt, ex præſcri-

pro-

ptione & consuetudine. *Covarr. d. loco, num. 6. Zæs. d. loco, num. 66. Less. d. loc. num. 42.* Sed hac de re in titulo sequenti.

15 Quantum attinet ad Legatum à Latere, & consequenter Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à latere, potest ille praeveniendo praejudicare Patrono Clerico, non etiam Laico: *c. dilectus. 18. de jure patron. & ibi Dd. commun. & in c. dilectus. de offic. Leg. Lessius d. loc. num. 38.*

16 Ad Episcopum quod attinet, Illi non licet derogare Juri Patronatus, sive Ecclesiastico, sive Laico; Si tamen praeveniendo praesentationem Patroni instituat in beneficium, Institutio non erit irrita, *c. pastoralis. c. illud. de jure patron.* verum secuta praesentatione Patroni intra tempus jure praescriptum, Institutio illa resolvetur & evanescet, *d. can. decernimus. 16. qu. 7.* Sin autem intra illud tempus Patronus praesentaverit neminem, nec contradixerit, Institutio manebit valida: Quia jam ad Episcopum est devoluta: & prior Institutio non fuit irrita, nisi secuta vel patroni praesentatione, vel contradictione intra tempus definitum. Ubi ergò neutra secuta, manebit firma. *Less. d. loc. num. 39.* Et propterea; quod dicitur Institutionem ab Episcopo factam spreto Patrono esse irritam, sic solet accipi, ut non sit irrita ipso jure, sed irritanda veniat petente patrono. *d. c. illud. & ibi Dd. Dartis de benefic. sect. 6. cap. 6. vers. praesentatum in fin.*

17 Facta Institutione Institutus nanciscitur jus percipiendi fructus beneficii juri Patronatus obnoxii, & potestatem administrandi officium & munus ratione illius beneficii injunctum.

18 Observandum tamen hic, nullum esse tempus constitutum Ordinario ad instituendum, *Abb. in c. 2. de concess. præb.* uti nec instituto ad possessionem capiendam, nisi agatur de Parochiali: Nam tunc fieri debet Institutio intra menses duos. *ex bulla Pii V. de concursu;* aliàs devolvitur Institutio ad Papam, vel potest simpliciter appellari. *Zerola in praxi. 1. part. verb. Jus Patronatus. §. 8. vers. ad tertium dub.*

TITU-

TITULUS IX.

De Iure Patronatus.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Jus Patronatus Eccleſiaſticum ad imitationem Juris Patronatus Civilis introductum.*
3. *Varia in Jure Canonico habet nomina.*
4. *Definitio communis.*
5. *Vera.*
6. *Triplex.*
7. *Eccleſiaſticum.*
8. *Laicale.*
9. *Quando ex Eccleſiaſtico fiat Laicale.*
10. *Mixtum quid.*
11. *Quæ circa hoc conſideranda.*
12. *Eſt & Hæreditarium & Gentilitium.*
13. *Illud quid.*
14. *Quid hoc.*
15. *Omne dicitur Eccleſiaſticum: Et Cur.*
16. *Cum olim eſſet ignotum quibus modis introductum.*
17. *Qui illi.*
18. *An eos concurrere neceſſe.*
19. *Fundatione quis acquirat.*
20. *An ipſo jure?*
21. *Conſtructione quis.*
22. *Dotatione quis.*
23. *Sine ea non dedicanda Eccleſia.*
24. *Quid, ſi dotent plures.*
25. *Dos qualis eſſe debeat.*
26. *Dotare qui poſſint.*
27. *Qui cogantur.*
28. *Iſtis modis ut adſit Ordinarii conſenſus, neceſſ...*
29. *Ordinarii nomen quis hic veniat.*

30. Quid...

30. *Quid, si consentire nolit.*
31. *Consensum ejus interveniſſe unde præsumatur.*
32. *Præscriptione, & quali, an acquiratur Jus Patronatus controversum.*
33. *Acquiritur per Privilegium Papæ.*
34. *Non absq; eo in Ecclesiis Conventualibus & Regularibus.*
35. *Interveniſſe præsumitur ex lapsu temporis.*
36. *Jus patronatus qui non prohibentur.*
37. *Etiam Fœminæ.*
38. *Qui prohibeantur.*
39. *Patroni consequuntur Jus Honorificum, Utile, Oneroſum.*
40. *Jus Honorificum in quo consistit.*
41. *In quo Utile.*
42. *Cur Oneroſum.*
43. *Transferri potest in alios, idq; vel inter vivos, vel mortis cauſſa.*
44. *Inter vivos permutatione.*
45. *Donatione: cui aliquando adesse debet Episcopi consensus.*
46. *Venditione universitatis: & quando.*
47. *Quando non.*
48. *Universitatis nomine quæ hic veniant.*
49. *An ob delictum Patroni bonis publicatis, transeat in Fiscum controversum.*
50. *Mortis cauſſa Jus Patronatus transit in hæredes: & quales.*
51. *An in fideicommiſſarium?*
52. *In cauſſa Juris Patronatus quis Judex competens.*

53. *Quis in cauſſa poſſeſſionis Ejus.*
54. *Jus Patronatus probandum.*
55. *Per documenta authentica.*
56. *Quæ ſint illa.*
57. *Præſentationum multiplicationem.*
58. *Immemorialis uſus quæ hic vis.*
59. *Per præſentandi poſſeſſionem quadragenariam.*
60. *Per Ordinariorum Enuntiativas.*
61. *Inſignia Familiæ.*
62. *Denominationem Capellæ.*
63. *Sententiam Epiſcopi.*
64. *Literas Inſtitutionales.*
65. *In quibus procedant dicti probandi modi: & à quibus requiratur plenior.*
66. *In quibus præſumatur Uſurpatio.*
67. *Amittitur jus Patronatus propter delictum. & Quale.*
68. *Ob cauſſas alias: Et quas.*
69. *Ex jure Patronatus nata Regalia.*
70. *Non habet locum in Belgio.*

1 ANtequam proſequamur explicare modos, quibus Beneficia conferuntur Jure Ordinario, tractabimus de *Jure Patronatus* in genere, moti ad hoc occaſione titulorum dictorum præcedentium. Præcipuè; cum præcipuus Ejus juris effectus in præſentatione, quæ Inſtitutionem præcedit, conſiſtat.

2 *Jus Patronatus*, de quo acturi, videtur à Jure Canonico, exemplo Juris Patronatus Civilis, quod non rarò ad imitationem Juris Civilis eſt ſcriptum, eſſe introductum. Quemadmodum enim olim Domini per ſervorum manumiſſionem conſequebantur Jus Patronatus:

Quod

Quod in operis, bonorum successione, obsequiis patrono debitis, consistebat, *vide nostra Digesta per Aphorism. explicata lib.* 37. *tit. pen. & ult. & lib.* 38. *tit.* 1. *&* 2. *Et Enarrat. nostr. in Cod. lib.* 6. *tit.* 1. 4. 6. ita etiam Ecclesiæ ædificatione, aliisque modis, *de quibus infra*, Jus Patronatus consequimur hoc jure nostro, suadente id ratione naturali, qua ad remunerandum obligamur illis, à quibus accepimus beneficium. *c. cum in officiis.* 7. *de testament. l. sed etsi.* 25. *§. consuluit. ff. de hæred. petit.*

De hoc jure considerabimus. 1. *Quid sit;* 2. *Quotuplex;* 3. *Unde traxerit originem;* 4. *Quid Patrono competat ratione ejus.* 5. *Quibus modis acquiratur; Quomodo, transferatur; Quis in eo Judex; Quomodo probetur: & Amittatur.*

Jus Patronatus, (à Jure & Patrono appellatum) varia in jure 3
Canonico habet nomina. Quandoque enim dicitur *Advocatia, c. quia clerici.* 6. *& ibi Gloss. hic.* Patronus Advocatus. *c. cum autem.* 24. *eod.* Aliquando *Vicedominatus*, vel custodia & guardia, *c. præterea.* 23. *eod.* quia Patroni est Ecclesiam defendere adversus injuriam & oppressiones, *can.* 31. *filiis.* 16. *qu.* 7. Aliquando *Processionis jus;* quia Patrono in processu publico debetur honor. *can. piamentis.* 26. *cum seq. d. caus.* 16. *& qu.* 7. *Gloss. in d. c. quia Clerici. vers. Advocatias. Paul. de Citadanis. tract. de jure patronat. part.* 1. *num.* 44. *Sylvest. in Sum. verb. Jus Patronat. num.* 1.

Solet definiri non uno modo; *aut videre est apud Abbat. ad rubr.* 4
de Jure Patron. Paul. de Citadinis tract. de jure Patron. part. 1. *num.* 42. *Rochum de Curte in Repet. Rubr. hujus Tit. circa princ. Vivian. in praxi Juris Patron. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *Fumum in armilla. verb. Jus patronatus.* Communiter: Quod sit *Jus honorificum, oneros um, & utile, alicui competens in Ecclesia, pro eo quod de Diœcesani consensu eam fundavit, construxit, vel dotavit, vel is à quo causam habuit.* Rejiciunt illam Doctores, alii, tanquam obscuram; nec enim declarat quale illud Jus sit, honorificum, oneros um, utile: Propterea substituunt aliam: Nempe: Quod sit *jus præsentandi Clericum ad Ecclesiam vel Beneficium vacans. Lancellot. Inst. Juris Can. lib.* 1. *tit.* 28. *Canis. ad rubr. hic. Zæs. in Comm. ad hunc tit. post Hostiens. in sum. eod.* Rejicimus & hanc; Quod & alia contineat definitum, sub definitione non comprehensa: uti Jus

honorificum, quo Patrono præſtanda obſequia convenientia, & in Eccleſia locus honorificus: *c. nobis. 25. in fin. hoc tit.* Jus Utile, quo Patrono inopia preſſo ſubveniendum ab Eccleſia; *d. c. nobis. 25. & can. quicunq. 16. qu. 7.* Jus Oneroſum, quia patroni eſt, Eccleſiam, ne eius dilapidentur bona, defendere *can. 31. filiis & nepotibus. 16. qu. 7.* unde, ut dictum, Advocatia vocatur; *d. c. quia Clerici. 6.* Probamus Cacchi *Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 9.* hanc.

5 *Jus Patronatus* eſt, *quod alicui in Eccleſia acquiritur, vel competit, eo quod ipſe, vel ejus authores Eccleſiam poſuerint, ædificarint, vel ſuis opibus non minimum auxerint, conſenſu Epiſcopi adhibito, ex quo jure cum utilitate honor & onus ſimul reſultant.*

6 Eſt triplex; *Eccleſiaſticum, Laicale,* & *Mixtum. ſec. Gonzalez. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 18. à num. 4. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 153. cum ſeqq.*

7 *Eccleſiaſticum* eſt, quod competit ratione Eccleſiæ, perſonæ Eccleſiaſticæ vel Laicali. Puta; Quod de bonis Eccleſiaſticis; *jun. c. dilectus. de offic. Legat. c. cum dilectus. h. tit.* aut bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, *Gloſſ. in d. c. dilectus. verb. in conceſſione.* aut Clerico Beneficiato non habente bona patrimonialia, aut aliunde quæſita, *Roch. d. verb. jus. num. 18. Lambert. tract. de jure patron. lib. 1. part. 1. qu. 1. art. 7. num. 17. Rota deciſ. 615. num. 4. part. 1.* eſt fundatum; Quod habet Clericus, vel Univerſitas, ſive Collegium Religioſorum ſeu Clericorum nomine ſuæ Eccleſiæ: *Rota deciſ. 8. de Jure patron. Vivian. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Quod habent Laici viventes religiosè, & habitum religionis portantes, fori & canonis privilegio gaudentes: *Garc. mul. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 556.* Quod, licet ex bonis Laicalibus originem habens, vel ab initio, aut fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quovis titulo in Eccleſiam, Collegium Eccleſiaſticum, pertinam Eccleſiaſticam, Eccleſiæ, Dignitatis aut Beneficii ratione, eſt translatum. *c. un. §. verum. hic in 6. Roch. d. verb. jus. qu. 7. num. 14. Lambertin. tract. de jure Patron. lib. 1. qu. 1. art. 1.* Conditione enim perſonæ mutatâ, & videtur mutata bonorum conditio, *Valaſc. de Jure Emphyt. qu. 17. num. 15.* & res non privilegiata, veniens ad privilegiatum, antiquam amittit naturam, & mutatur in privilegiatam. *ſec. Tiraquel. de*

Jure

Jure Primogen. in præfat. num. 133. *Barbos. in l. hæres absens. in pr. num.* 176. *ff. de judic. Barbos. Jur. Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 8.

Laicale Jus Patronatus est, quod personæ Ecclesiasticæ vel Laicæ 8
sive ratione sui patrimonii; *Gloss. in Clem. plures. verb. præsentare. hoc tit. Hojed. de incompatib. cap. ult. num.* 113. *Vivian. d. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *Zerola in praxi Episc. part.* 1. *verb. Jus Patronatus. num.* 1. vel quia fundatori Laico successit; *Abb. in d. c. dilectus. num.* 4. *Mandos. sup. reg.* 1. *Cancell. qu.* 10. *num.* 7. *Barbos. d. lib.* 3. *& cap.* 12. *num.* 14. competit.

Fit, ex Ecclesiastico, Laicale; si transeat, non lucrativo, sed one- 9
roso, ut permutationis, titulo; cum auctoritate Apostolica, in Laicos. *Borgnin. decis.* 22. *num.* 6. *p.* 1. Ut & ex Laicali fit Ecclesiasticum, & ejus naturam assumit; quando transit in personas Ecclesiasticas. *Abb. in c. demonachis. num.* 14. *de probat. & in c.* 1. *h. t. in* 6. *ubi Joan. Monach. num.* 4. *prob. in addit. num.* 17. *Rebuff. de nominat. qu.* 8. *num.* 22. *Barbos. in collect. ad c. porrò.* 7. *num.* 3. *de privileg.* Persona enim præsentans attenditur; & prout illa est ita ipsius Juris Patronatus natura determinatur. *Mohed. decis.* 9. *in fin. de jure patronat. Crescent. decis.* 9. *eod. vid. Surd. cons.* 358. *num.* 9. *cum seqq. Barbos. d. loc. num.* 16.

Mixtum Jus Patronatus est, quod partim ad Clericum pertinet, 10
partim ad Laicum. *Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ. Barbosa d. lib. & cap. num.* 17.

Considerandum; 1. Illud facta de alterius vicibus præsentando 11
concordiâ, *juxta Clem. plures. §. ut facilius. hoc tit.* in turno patroni Laici censeri *Laicale*, in Ecclesiastici turno *Ecclesiasticum*; 2. Vacans in turno Ecclesiastici in mense Apostolico esse reservatum: *Joann. Andr. in c. cum in illis. §. fin. in fin. de præbend. in* 6. non vacans in turno Laici: *Barbos. d. loc. & num.* Haberi pro merè Laicali; quoad exclusionem reservationis: *Covarruv. pract. qu.* 36. *num.* 5. *vers. & ideo. Achil. decis.* 3. *de jure patron. Mandos. sup. reg.* 1. *Cancell. qu.* 10. *num.* 8. *Garc. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 582. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *qu.* 10. *num.* 76. Non desiderare formam examinis per concursum positam in Concil. Tridentino *sess.* 24. *de reform. cap.* 18. pro conferenda parochiali juris Patro-

natus Eccleſiaſtici. *S.Congr. quam refert Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 2. num. 126.*

12 Dividitur etiam Jus Patronatus in *Hæreditarium* & *Gentilitium*.

13 *Illud* eſt, Quod, ad hæredes quoſcunque, etiam extraneos transit. *c. quoniam. 3. hic. Covarruv. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 645. num. 10.*

Quale præſumitur eſſe in dubio, ex fundatione, vel aliunde non probetur contrarium. *Cardin. in d. Clem. plures. qu. 6. & ibid. Auchoran. num. 7. & in Lambertin. d. tract. 2. part. 1. lib. qu. 2. num. 15.*

14 *Gentilitium* eſt, quod tantum tranſit ad illos qui ſunt de fundatoris genere. *Gabr. conſ. 196. num. 2. lib. 2. Riccius tract. de jure patron. reſolut. 232.*

Non præſumitur tale in dubio. *Innoc. in Rubr. h.t. num. 4. Abb. in cap. cum ſæculum. 13. num. 5. eod. Gabriel. conſ. d. num. 1.* Quod tolla familiæ & deſcendentiæ ordinariè in proviſionibus facta mentio. *Barboſ. d. lib. 3. & cap. 12. num. 23. Rota deciſ. 675. num. 3. in fin. part. 1.*

15 Omne Jus Patronatus dicitur Eccleſiaſticum; quia annexum ſpiritali, id eſt, ſacro; *c. de jure vero. 16. hic.* ut quæ adhærent locis religioſis, cenſentur religioſa. *l. quæ religioſis. 43. ff. de rei vindic.* Nomen per ſe eſt Eccleſiaſticum, quo fit ut & Laicis competat; qui aliquo à ſacrorum miniſterio arcentur. *c. decernimus. de jud. c. cauſam. de præſcript.*

16 Fuit hoc jus Patronatus primis Eccleſiæ temporibus ignotum, *vid. Gloſſ. in can. piæ mentis. 16. qu. 7. Barboſ. lib. 3. jur. Eccleſ. cap. 12. num. 27. Cirenium in parat. ad Decret. ad hunc tit.* & prærogativæ quibus nunc gaudent Eccleſiarum fundatores irrepſerunt ſenſim & furtim, conventia ſcilicet ad excitandos fidelium animos; *ut teſtatur Innocentius III. in c. quoniam. 3. hic.* Impellebant ad hoc jus habendum plerosque præcipue duo, ambitio & avaritia; Qui enim olim conſtruebant Eccleſiam arrogabant ſibi præcipuè bonorum Eccleſiæ collatorum diſpenſationem; nec non Clericorum ordinationem ſeu inſtitutionem. Eorum audaciam repreſſit primum Pelagius II. *can. Abbatem. 18. qu. 2.* Concilium Toletanum III. *can. noverint. 10. qu. 1.* Meritò. Tollebant enim dotem Eccleſiæ ab Epiſcoporum ordinatione; imo & red-

tus

tus sibi faciebant proprios: quod Concilio Braccarensi. *can.* 6. *relato in can. si quis. de consecrat. dist.* 1. nec non antea Concilio Ilerdensi, *in can.* 1. *caus.* 10. *qu.* 1. veritum. Habuere tamen, quod & præcipuum, fundatores ex Ecclesiæ consensu & constitutionibus, Clericorum, electionem & nominationem, *d. can. Abbatem. d. cap. decernimus.* ut & cavit Imp. Justinianus *Novel.* 57. *in fine. & Nov.* 128. *cap.* 18. Papa Gelasius l. postea Fundatoribus jura omnia adimere voluit, relicto, ut cæteris omnibus Christianis, processionum aditu, *can. piæ mentis. can. Frigentius.* 16. *qu.* 7. Siquidem multi Oratoria & ædiculas sacras in Martyrum honorem ædificantes instituebant conventus & processiones publicas. Quod prohibuit Gelasius; *in can. certum.* 7. *de consecrat. dist.* 1. *Luitprandus in ejus vita. in d. can. Piæ mentis.* statuens ne aliæ processiones fierent quam publicæ, quibus ipsi ædificatores sicut alii Christiani interessent Justinianus Imp. *in d. Novel.* 123. *cap.* 32. vult ne Laici faciant τὸ λιθω, quam δημοσίων πρόοδον vocat, id est, *publicum processum. Novel.* 67. *cap.* 1. Prætenderant etiam Fundatores gradum, auctoritatem, & dignitatem in Clericorum ordinatione, dispensatione & redituum perceptione, nec non jus procedendi in fidelium conventibus & cœtibus, ut habebant Episcopi aliique Prælati. Ferre hoc non potuit Papa Gelasius. Habebant enim Processiones (Διοικήσεις vocant Græci) ordinariæ suum ordinem: *ut test. Tertull. lib. de præscript. adv. hæretic. D. August. lib.* 22. *de Civit. Dei. cap.* 8. Iis, non tantum interesse solebant Prælati, *Tertull. d. lib.* sed & Reges, Principes, Magistratus; aliique Christiani, *Zonar. lib.* 3. *Annal.* non mixti, sed in cœtus varios distributi. Dicit Gregorius *lib.* 11. *epist.* 2. hæc; *Erat Litania alia Clericorum, alia Monachorum, alia Virorum, alia Fœminarum, alia Monialium, alia Viduarum, alia Infantium, & Pauperum.* Sed Patroni seu Fundatores litaniam parabant peculiarem à reliquis sejunctum. Propterea que eos Gelasius in cæterorum fidelium litaniam redegit. Postea Papa Alexander III. *c. nobis.* 25. *hoc tit.* processionis seu potius præcessionis honorem indulsit Patronis post Clericos. Qui semper sunt primi, *c.* 1. *de vita & honest. Cleric.* Laici postremi. Tertull. *lib. de exhortat. ad castitat. cap.* 7. inquit; *Differentiam inter Ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, &c.* Tandem ut Christianorum zelus excitare-

taretur ad conſtruendas Eccleſias & opibus ſublevandas, quaſdam prorogativas tacitus magis Eccleſiæ conſenſus, quam Lex generalis indidit ſit iis omnibus, qui vel *conſtructione*, vel *dotatione*, vel *ſoliconceſſione* Eccleſiam juvant. Unde verſus,

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

17 Tribus ergo iſtis munificentiæ modis, ſed frequentioribus, acquiritur Jus Patronatus. *d.c. nobis. c. Abbatem.* 18. *qu.* 2. *can. filius.* 31. *can. monaſterium.* 16. *qu.* 7. *l.* 1. *Cod. de Colon. Thracenſ. l. un. Cod. Theod. de colon. inſcio Domino. Lambertin. d. tract. lib.* 1. *part.* 1. *art.* 10. *qu.* 1. *a princ. Cabed. de Patronatib. Regiæ Coronæ. cap.* 2. Puta, Eccleſiæ aut Beneficii Eccleſiaſtici fundatione, conſtructione, & dotatione. *can. ultima* 9. *diſt.* 1. *de conſecrat. d. can. Abbatem. d. can. monaſterium.*

18 Quos tamen concurrere non eſt neceſſe; ſed ſinguli ſufficiunt. Per *d.c. nobis*, ubi tantum fit conſtructionis mentio. Per *can. quicunq.* 16. *qu.* 7. ubi tantum ejus quod collatum: Item *d. can. filiis.* 31. ubi habetur dictio *vel*, quæ ſua natura eſt alternativa: *Abb. ad rubr. h.t. Moſcard. de probat. vol.* 2. *concluſ.* 958. *num.* 31. *&* 34. *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt.* 40. *num.* 4. *cum ſeqq.* Et vult id ipſum ratio: Cum jus ſtructuræ mittatur in remunerationem beneficii Eccleſiæ præſtiti. Quodnam tantum fit conjunctim, ſed & disjunctim, aut fundando, aut extruendo, aut dotando tantum. *Rochus d. tract. verb. dotavit. qu.* 11. *Azor. Inſt. Moral. part.* 2. *cap.* 19. *qu.* 6. *Zaſ. in com. ad h.t. num.* 5. *Ugolinus ibid. num.* 12. Eſtque ea communis omnium Doctorum opinio. *vide Lambert. d. tract. loc. qu.* 4. *num.* Et ſic poteſt unus fieri Patronus ratione fundationis, alius ratione conſtructionis, & alius denique ratione dotationis. *d. can. filiis.*

19 *Fundatione* Jus Patronatus acquirit; qui Eccleſiam in propriis ſumptibus ſuis conſtruit. *d. can. Abbatem. d.c. nobis.* 25. qui ſolum ſeu fundum, in quo ædificari poſſit, adſignat, & donat: *d.c. nobis. d. can. piæ mentis.* 26. *ibiq. Gloſſ. d. can. Frigentius. Lambertin. d. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 2. *num.* 1. *&* 2. *Dd. commun.* in ſolidum. *Lambert. d. loc. Maſſobr. in praxi. habendi concurſum. prælud.* 7. *dub.* 18.

20 Acquirit, ipſo jure; nec neceſſe, *ut vult Paulus de Citadinis tract. de ju-*

de jure patron. part. 3. *in verbis secunda causſa. quæſt.* 5. *num.* 13. *cum ſeqq. & Calder. conſ.* 5. *hoc tit.* ut illud ſibi reſervaverit, modò non remiſerit. *d.c. nobis.* 25. *ibi, ex eo jus Patronatus acquirit. Gloſſ. in can. ſi quis baſilicam.* 10, *in verbis ſubtributaria. de conſecrat. diſt.* 1. *Roch. d. tract. in verb. Eccleſiam fundavit. quæſt.* 8. *num.* 32. *Card. Abb. Felin. in c. ſignificavit. de teſtib.* Nec adverſatur quod in dubio magis ſit favendum Eccleſiæ, quam fundatoribus; *arg. l. ſunt perſonæ.* 43. *in fin. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Nec enim hic eſt dubium.

Conſtructione ſeu *ædificatione Eccleſiæ* Jus Patronatus acquirit, qui 21
ſine proprii fundi aſſignatione eam etiam in ſolo ab aliis dato, ſuis ſumptibus, *d. can. monaſterium.* 16. *qu.* 7. *d. c. nobis.* 25. *& ibi Butrio num.* 14. *Delphinat. h. tract. num.* 110. *Gloſſ. in can. Apoſtolicos.* 17. *qu.* 2. *verb. conſtruxiſſe.* Voluntariè, *Lambert. d. part. & lib. quæſt.* 4. *art.* 7. *Rota deciſ.* 167. *num.* 5. *&* 6. *part.* 2. & perfectè, *Paul. de Citadin. d. part.* 3. *qu.* 14. *num.* 37. *cum ſeq.* conſtruit: vel etiam plane dirutam atque deſtructam, ut nova indigeat conſecratione, *Burſat. conſ.* 310. *num.* 6. *Campan. in diverſ. jur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 339. *Rota deciſ.* 306. *part.* 3. *diverſ. per c. de fabrica. de conſecr. diſt.* 1. reparat. *Abbas in d. c. nobis. Roch. d. tract. verb. conſtruxit. num.* 12. *Lambert. d. tr. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 3. Licet ex eadem materia & iiſdem lapidibus, & altare manſerit intactum. Reparatio enim hæc ædificationi comparatur. *Hoſtienſ. ad c.* 1. *verſ. item ex refectione. & c. quoniam.* 3. *hoc tit.*

Dotatione etiam acquiritur Jus Patronatus: *d. can. filiis.* 16. *qu.* 7. 22
Quemadmodum enim incarnali matrimonio ad matrimonii onera ſuſtinenda aſſignatur dos: *l. dotis.* 7. *in princ. l. ſi pater.* 76. *in fine. ff. de jure dot. l. pro oneribus.* 20. *Cod. eod.* ita in matrimonio ſpirituali, quod inter dotantem & Eccleſiam contrahi cenſetur, certa dos ex reditibus annuis ve cenſibus ad Clericorum alimentationem, ad luminaria & ad cuſtodiam cuſtodumque ſtipendia eſt conſtituenda. *c. nemo.* 9. *de conſecrat. diſt.* 1. *d. Novel.* 67. *cap.* 1. *&* 2. Nam non eſt Eccleſia niſi de dote ei fuerit proviſum. *cap. cum ſicut.* 8. *de conſecrat. Eccleſ.*

Hinc etiam præcipitur Epiſcopis ut ſine dote non dedicent Eccle- 23
ſiam. Nam, *ut inquit can.* 1. *placuit.* 1. *quæſt.* 2. *Non levis culpa eſt iſta*

temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanquam domus privata, conſecratur Eccleſia.

24 Si igitur dotantes ſint plures, patroni erunt omnes, & fient quaſi Domini, & vocabuntur Domini. Superiori tamen providere incumbit, ne ex Patronorum multitudine gravetur Eccleſia. Utilius enim eſt habere patronum unum, quam plures. Solet enim negligi, quod communiter poſſidetur. *l. meminimus. 2. verſ. naturale quippe vitium C. Cod. Quando & quibus quarta pars debet. Abbas ad c. querimoniam. 9. num. 3. poſt Petrum hoc tit.*

25 Qui dotat, dotem, ſi velit eſſe Patronus, dare debet ſufficientem. *d. Novel. 67. cap. 2. d. can. nemo. 9. verbo ſufficiant. Joan. de Anania d. c. num. 8. hoc tit. Delphinat. d. tract. num. 100.* perpetuam; *Paul. de Citadinis. d. part. 3. in verb. ſecunda cauſa. num. 21. vid. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 12.*

Quæ ſit talis, judicavit Epiſcopus. *can. ſic quidam. 2. can. decretum. 3. can. noverint. 6. cauſ. 10. qu. 1. Rochus d. tract. verb. dotavit. qu. 103. num. 17.*

26 Dotare poſſunt, & ſic fieri patroni, ſi velint, *l. ſi extraneus. 33. ff. de Jure dot.* omnes liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habemus. *l. in re mandata. 21. Cod. mand.* Eſt enim Jus Patronatus ex genere permiſſorum. *Ungepauer d. loc. num. 6.*

27 Dotare coguntur, qui Eccleſiam conſtruxerunt: Quemadmodum enim pater filiam, quam in poteſtate habet, cogitur dotare, *capite. 19. ff. de ritu nupt.* & votum & officium eſt paternum dotem pro ſua dare progenie; *l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad SC. Trebel. §. ult. verſ. neq; enim. Cod. de dotis promiſſ.* ita etiam tenetur dotare Eccleſiam, qui eam fundavit, conſtruxit ſeu ædificavit. *c. cum ſicut. 8. & ibi Gloſſ. verb. conſecranda. de conſecrat. Eccleſ. vel altar. & can. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1.* aut in ſubſidium ad Epiſcopum recurritur, qui non aſſignata dote conſecravit Eccleſiam; *arg. c. non licet. 2. & c. Epiſcopus. 4. de præbend. & dignit. Abb. ad d. c. cum ſicut. 8. num. 3.*

28 Tribus ergò iſtis modis, fundatione, ædificatione, dotatione, acquiritur Jus Patronatus; ita tamen ſi ubique Ordinarii Diœceſani conſenſus aut acceſſerit; *d. c. nobis. 25. & ibid. Canoniſtæ. can. pia mentis. cum ſimi-*

filiis. can. considerandum. 16. qu. 7. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 71. Calderin. cons. 10. vers. nam auctoritas. de Jure patronat. Lambertin. d. lib. 1. part. 1. qu. 2. art. 3. aut præcesserit, aut ex post facto supervenerit. *Calder. cons. 6. de jure patron. Roch. d. tract. verb. pro eo. qu. 4. num. 9. Lambert. d. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 16. & quæst. 11. art. 16. num. 51. Rota decis. 101. num. 7. apud Paul. de Rubeis. tom. 3. divers. Riccius decis. 143. num. 3.* Quia non spectat ad Laicos, Ecclesiis aliquod onus imponere. *c. Ecclesia. 10. de constit.*

Ordinarii nomine hic venit quilibet Prælatus, etiam inferior, Epi- 29
scopalem Jurisdictionem habens. *Barbos. d. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 12. num. 39.* etiam Capitulum Sede vacante; non Episcopi Vicarius generalis absque speciali mandato. *Barbos. d. loco. Garc. d. loc. num. 75. Vallens. in parat. Decret. ad hunc tit. num. 3.*

Qui si consentire nolit, compellet eum Superior, aut Ipse consen- 30
tiet. *Massobr. in praxi habendi concursum. præbend. 7. dub. 7. Barbos. d. loc. num. 41.*

Consensum Ejus interveniisse ex diuturnitate temporis; in dotati- 31
one annorum triginta, in cæteris modis annorum decem; præsumitur. *Barbos. d. loc. num. 42. cum seqq. post Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumt. 132. num. 54. Garc. d. loco, num. 77.*

Tribus istis acquirendi Juris Patronatus modis addunt Canonistæ 32
adhuc duos; *Præscriptionem;* Nempe, immemorialem, & rectè, quia illa vim habet tituli, *arg. c. 1. de præscript. in 6. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. Covarr. ad reg. possessor malæ fidei. de reg. jur. lib. 6. part. 2. §. 10. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9.* & *privilegium* Summi Pontificis.

De ordinaria præscriptione disceptant graviter Canonistæ. Plerique eam concedunt Laicis adversus Ecclesiam liberam, Patronum non habentem, sed annorum quadraginta curriculo munitam: *c. cura pastoralis. 11. ibi, nisi legitima præscriptione munitus. h. tit. c. querelam. 24. vers. Nos igitur. de elect. c. generali. 13. eod. in 6.* Adversus Ecclesiam non liberam seu patronatam & quidem Laicam, præscriptionem admittunt annorum decem vel viginti. *Joan. Andr. ad d. c. querelam. Balbus de præscript. part. 5. princ. qu. 9. num. 2. Paul. de Citadin. part. 3. in verb. quæro*

ergo. num. 3. & ſeqq. Rejicimus hanc opinionem, licet communem, & in praxi, *ut teſt. Abbas ad d. c. querelam.* obſervatam; & dicimus Laicum Jus Patronatus præſcribere non poſſe. *cum Joanne de Monte Mart. quem allegat & ſequit. Abb. d. loco. Archidiac. in can. hortamur. 8. diſt. 7. Felin. ad c. cauſam. de præſcript. Fachineo lib. 8. controverſ. cap. 24. Ungepaur. d. loc. num. 19.* Quia Laicus ſpiritualia & quæ ſpiritualibus ſunt annexa poſſidere non poteſt. Nam ut quis dicatur verè poſſidere, concurrere neceſſariò debent tria; videlicet actus corporis, affectus animi, & adminiculum Juris; *Gloſſ. & Bart. ad l. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Et uno ex ſubſtantialiter ad confectionem actus requiſitis deficiente, deficit ipſe actus. *c. fin. de condit. appoſit. in deſponſ. impub.* At Laicus jus reſiſtit, ne ſpiritualia poſſidere poſſint. *c. ſacroſancta. 51. de elect. in Eccleſia. 10. de conſtitut. c. cauſſam. 7. & ibi Gloſſ. de præſcript.* Ergo & eis connexa: De iis enim idem eſt judicium. *c. quanto. 3. & ibi Canon. de judic. & c. præterea. 10. de tranſact.* Qui autem non poſſidet, non poteſt præſcribere. Quippe præſcriptio ſuper poſſeſſione eſt fundata; *ſine poſſeſſione. 3. de reg. jur. in 6. d. c. cauſam. 7. c. ex literis. 3. in fin. de probation. & l. ſine poſſeſſione. 25. ff. de uſucap.* & ubi deficit fundamentum, ſuper ædificari poteſt nihil. *c. veniens. 3. de Presbyt. non baptizato.* Qui ergo Jus Patronatus conjunctum & connexum eſt cauſſis ſpiritualibus; *d. c. quanto. 3. & c. de jure. 16. hoc tit.* ſequitur nec illud Laicum poſſidere & præſcribere poſſe. Nec repugnat, quod Laici poſſint erigere templa; quia, ut dictum, illud fit in favorem Eccleſiæ; ut per illius ſteris acquiſitionem inducerentur, ad conſtituendas, fundandas & dotandas Eccleſias. Igitur hoc extendi non debet ad præſcriptionem, in qua cauſſa iſta ceſſat. *c. cum ceſſante. 60. de appellat. recuſ. c. ſane 9. de priv. l. quod vero. 14. ff. de legib. Videat. Fachin. d. loco. & Ungepauer d. loc. num.*

33 Conſtituitur denique Jus Patronatus per Pontificis Summi, non inferiorum Antiſtitum vel Epiſcopi, *c. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6. Garc. d. loco, num. 128. Vallenſ. d. loc. num. 4.* privilegium. Propter ſummam quam in Eccleſias omnes & beneficia habet poteſtatem. *c. licet. 2. de præbend. in 6. Caniſ. in Sum. Jur. Canon. hoc tit. §. 4.*

34 Imo abſque eo, licet Ordinarii adſit conſenſus jus hoc Patronatus acqui-

acquiri non potest in Ecclesiis conventualibus, *Hostiens. col. 2. Abbas num. 9. ind. c. nobis. hoc tit. Riccius decis. 1466. Seraphin. decis. 1305. num. 5. & 1353. num. 5. & 1395. num. 2. Rota decis. 53. num. 1. part. 1.* & Regularibus. *Mohed. decis. 340. de jure patron. Covarr. ad d. regul. §. 10. Lambertin. d. loc. Barbos. d. loc. num. 48.*

Quod privilegium præsumitur in limine fundationis interveniss̃e 35
ex lapsu temporis, licet non sit enuntiatum. *Abb. in c. cura pastoralis. num. 4. hoc tit. Rota decis. 363. num. 1. & 573. num. 2. par. 4. divers.* Nisi tantum Episcopi, vel alterius Prælati inferioris consensum adhibitum fuisse ex fundationis instrumento constet. *Gabriel. commun. opin. tit. de præsumt. concl. 1. num. 57. Rota decis. 53. num. 2. part. 1. Barbos. d. loco, num. 49.*

Prædictis modis Jus Patronatus acquirere possunt omnes, qui re- 36
num suarum administrationem habent liberam, *fac. l. in remandata. 21. Ord. mand.* & nominatim non sunt prohibiti: *fac. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. nec non. 28. §. 2. ff. Ex quib. caus. major. 25. annis.* maximè cum hæc res sit pia & favorabilis, quam extendi & ampliari convenit. *c. odia. 15. de reg. jur. in 6. Paul. de Citadinis d. part. 3. d. tract. num. 36.*

Potest ergo & Fœmina fieri Patrona. *c. ex literis. 7. h. t. c. fin.* 37
de conces. præbend. Paul. de Citadin. d. loc. num. 9. Filiusfamilias bona habens castrensia vel quasi: *fac. l. usq; 2. ff. ad SC. Maced. princ. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* adventitia, in quibus pater non habet usumfructum: *arg. Novel. 117. cap. 1. §. 1.* minores annis viginti quinque, sed accedente decreto. *arg. l. fin. vers. cum autem. Cod. Si major. fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. Simoncell. de contract. minor. lib. 1. tit. 2. inspect. 2. num. 23. Paul. de Citadin. d. tract. & part. secunda causa. qu. 7. num. 20.*

Non Monachus; cum non sit Dominus suarum rerum; *Auth.* 38
ingressi. Cod. de SS. Eccles. Non infamis; cum Jus Patronatus honorem habeat annexum, *d. c. nobis. 25.* cujus ille incapax; *l. 2. Cod. de dignit. l. un. Cod. de infamib.* Non hæreticus; quia ipsius bona confiscata sicut ipso jure; *c. cum secundum. 19. de hæretic. in 6. c. vergentis. 10. eod. Auth. Gazaros. Cod. de hæretic. Abb. in d. c. nobis. 25.* Non excommunicatione

majori ligatus; Judæus, Paganus; quia jura mentionem tantum fiu
unt fidelium & Chriſtianorum. *fac.c.pen.de ſent. excomm.*

39 Patronus, conſtituto jure Patronatus, ultra Jus præſentandi, d
quo egimus ſupra; conſequitur commodum & incommodum, il
Juri conſtituto annexum. Eſt enim hoc Patrono partim *honorifi*cum,
partim *utile*, & partim etiam *oneroſum*. Hinc *referente Gloſſa in d.*
nobis. 25. in voce modeſtè. hoc tit. verſiculi ſequentes:

Patrono debetur honos, onus, utilitaſq;,
Præſens ut præſit, defendat, alatur egenus.

40 *Jus honorificum* quod ſit, non conveniunt Canoniſtæ; Gloſſa in
d.can.piæmentis. 26. cauſ. 16. qu. 7. putat Patronum honorandum in
ſtituendum præſentat Epiſcopo ſeu Ordinario. Conſentit Rochus
tract. verbo Honorificum. in princ. aliique. Alii verò per honorem in
telligunt proceſſionem; *d.c. nobis. d.can. piæmentis. d.can. Frigan.*
d.loco. Quia Patrono venienti ad Eccleſiam à Prælato & Clericis
curritur proceſſionaliter ad Eccleſiæ ambitum; & attribuitur, adſig
turque Patrono in proceſſu & conſeſſu inter Clericos ejuſdem Eccleſiæ
primus locus. *Butrio, Abb. in d. c. nobis. Rochus d. loco. Lambert. d.*
& part. 9. qu. 1. princ. num. 15. Delphinat. d. tr. de Jure patron. lib. 2.
num. 118. Leo in Theſ. Fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 16. num. 72. Barb.
d. lib. & cap. num. 214.

Hinc quidam haud malè colligunt, non poſſe ſine veniâ jus vo
cari Patronum; quia generaliter verum, perſonas eas, quibus gerenda
eſt reverentia, in jus vocari non poſſe ſine Magiſtratus conſenſu. *l.*
generaliter. 13. ff. de in jus vocando. Licet aliud videntur Johannes Faber
ad §. pœnales. 12. in verbis. & in eum. Inſt. de action. & Alexandro *ad d. l.*
generaliter. Zœſio d. loco, num. 27. Ad quorum argumenta reſpondet
Lambertinus *d. qu. 1. art. 2.*

41 *Utile* dicitur Jus Patronatus Patrono: quia eum ad inopiam ve
gentem alit Eccleſia. *d.c. nobis. can. 30. quicunq; 16. qu. 7. Butr. num.*
22. Abb. num. 6. Anan. num. 9. in d.c. nobis. Rochus d. tract. verb. addit.
qu. 1. num. 1. Lambertin. d. lib. 3. qu. 3. art. 1. Gigas de Penſion. qu. 23.
num. 1.

Di

Dixi *ad inopiam vergantem;* nec enim necesse est, at vult Gloss. *verb. ad inopiam. in d. can. quicunq;.* & Rota *decis.* 594. *n.* 4. *part.* 4. *divers.* Patronum esse in egestate summa, quam probare debeat; esse positum. Sufficit eum esse in tali statu, ut secundum personæ suæ qualitatem, ex bonis propriis, aut aliunde sustentari nequeat. Honestè *vid. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnosc. c.* 1. *§. sane. de statu Monach. in* 6. *l. Nepos Proculo.* 125. *in fin. vers. potest. ff. de verb. signif. Lambertin. d. lib.* 3. *qu.* 3. *art.* 3. *num.* 6. *Novell. tract. de dote. part.* 6. *qu.* 70. *Barbos. d. loco, num.* 216.

Quod tamen procedit, quando Ecclesiæ aliquid supereſt ultra id quod necessarium est ad Dei cultum, & Ministrorum alimenta. *Abb. in c. nobis. num.* 6. *Butr. num.* 22. *Roch. d. verb. utile. num.* 1. *&* 2. *Cassad. decis.* 3. *num.* 2. *de jure Patronat. Surdus de aliment. tit.* 4. *qu.* 23. *à princ.*

Non præstanda Patrono ea alimenta in Ecclesia, sed in domu ejus: *Rebuff. tract. congruæ portionis. num.* 97. *Corduba de Lara in d. l. si quis à liberis. §. solent. num.* 28. *Surdus. d. tit. quæst.* 14. *num.* 21. Nec tantum ei, sed & ejus familiæ. *Surd. d. tit. qu.* 18. *num.* 18. *& tit.* 7. *qu.* 32. *num.* 30. Et quidem integra, id est; cibus, potus, vestis, lectum, aliaque omnia alimentorum voce comprehensa. *Surd. d. tit. qu.* 23. *à num.* 12. *Barbos. d. loc. num.* 218. Cum enim teneatur Ecclesia de superfluis omnibus subvenire pauperibus; *can. ult.* 16. *qu.* 1. Ergo abundantius & melius providere Patrono egenti. *Gloss. in d. can. quicunq;. verb. ad inopiam. Abb. in d. c. nobis num.* 6.

Onerosum etiam dicitur Jus Patronatus. Incumbit enim Patro- 42
no Ecclesiam, ejusque Rectorem, contra vim hostilem defendere; *d. can. quicunq;. can. filiis. can. decernimus.* 16. *qu.* 7. personas, ejus bona dilapidantes, denuntiare; perscrutari, *Roch. d. loc. verb. onerosum. num.* 3. *Lambertin. d. lib.* 3. *qu.* 2. *in princ. art.* 5. perperam & indebitè alienata revocare. *Rochus d. verb. honorificum. sub num.* 20. Cohæret enim Juri Patronatus, Protectionis, Advocatiæ, Guardiæ, & Vicedominatus Jus. *c. præterea.* 23. *c. cum autem.* 24. *hoc tit.*

Dictum Jus etiam modis variis *transferri* potest in alios. Eos in- 43
cludit Glossa *in c. cum seculum.* 13. *verb. Emptorum. eod.* hisce versiculis:

Jura

Jura Patronatus tranſire facit novus heres,
Res permutata, donatio venditioq.

Qui oſtendunt Illud transferri vel *inter vivos*, vel *mortis cauſa*. Inter vivos; *Permutatione, Donatione, Venditione.*

44 *Permutatione;* modo illa fiat cum alia re ſpirituali, puta cum alio Jure Patronatus; *c. ad quæſtiones. 6. d. rer. permut.* aut Decimarum; *c. un. eod. in 6. Caniſ. com. ad Decret. al. ad c. quoniam. 3. & alios. hoc tit. num.* 19. Eſt enim, ut ſupra dictum; Jus Patronatus ſpirituale ratione Eccleſiæ, cui adhæret. Jam de ſpiritualibus ad temporalia improbata permutatio. *c. ult. eod.* Ratio; quia dare ſpirituale pro temporali, aut contra temporale pro ſpirituali, eſt Simonia, quæ eſt maximum peccatum. *c. tanta eſt labes. 7. c. querelam. 15. de Simonia.*

45 *Donationis* aut legati titulo tranſit, modò, ſi legetur vel donetur Laico, adſit, vel ex intervallo accedat conſenſus Epiſcopi; qui non requiritur, ſi Eccleſiæ vel loco pio donetur. *c. nullus. 17. & ibi Gloſſ. & Dd. c. illud. 8. c. quod autem. 1. c. ex inſinuatione. 14. c. præterea. 23. hoc tit. c. un. eod. in 6. Campan. in diverſor. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. Rota deciſ. 576. part. 2. recent. Piaſec. in praxi Epiſc. lib. 2. cap. 5. art. 1. num. 36. Maurize in ſelect. Jur. Canon. hoc tit. Roch. verb. pro eo quod. qu. 1. num. 3. & qu. 3. à num. 6. Zæſ. comm. in Decret. ad h. tit. num. 14. cum ſeq. Caniſ. d. loco, num. 18.* Ratio diverſitatis eſt: Quod Laici magis gravent Eccleſias, quam Clerici: *can. Laicus. can. Laici. 11. qu. 3.* quodque Clerici, ſi exceſſerint terminos, facilius compeſci poſſint, quam Laici. *Vallenſ. in parat. Decret. ad h. t. §. 4. num. 3.*

Nec etiam Epiſcopi conſenſu opus in donatione, quam facit Patronus cum Patrono ſuo; *Piaſec. d. loc. num. 9. verſ. deſcendentes. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. Jus Patronatus. §. 2. verſ. ſecundum dubium. Azor. Inſt. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. qu. 6.* Omnino in ea quam facit hujus filio. *Calderin. Pereira de reſolut. emphyt. cap. 8. num. 3. & de prob. elig. cap. 1. num. 24. Barboſ. d. loc. num. 250.*

46 Denique transfertur Jus Patronatus inter vivos *venditione* Universitatis, cui illud jus cohæret. *c. ex literis. 7. h. t.* Quia universitas pretio paliter venditur, Jus verò patronatus cum universitate tantum accedit tit

rie. Multa enim fiunt in consequentiam, quæ fieri non possunt principaliter. *l. 1. ff. de auct. tutor. l. in modicis. 24. ff. de contrah. emt. vend. l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. dom. Abb. in d. c. ex literis. num. 1. & 10.*

Quare si Patronatus Jus in venditione universitatis est expressum, 47
non transit cum ea, quia venditum non est tanquam accessorium, sed tanquam principale, & ideo venditio, quoad Jus Patronatus, est irrita. *c. de Jure. 16. h. t. Vide Roch. d. tr. verb. Ipse vel Is. qu. 25. Sanch. in præc. Decalogi. tom. 1. lib. 2. cap. 19. sub num. 12. Barbos. d. loc. num. 241. cum seqq.*

Sic etiam non transfertur Jus Patronatus per venditionem universitatis, cum illud specificè est exceptum. *d. c. ex literis. Gloss. in c. cum sæculum. 13. in voce Emptorum. eod. Garc. part. 5. cap. 9. num. 11. cum seqq. Vallens. d. loc. num. 1.* Quia pacta contractui adjecta sunt servanda. *l. c. in princ. ff. de pact.*

Universitatis nomine veniunt, hæreditas, bonorum possessio, *l.* 48
item veniunt. 21. §. ait Senatus. in fin. ff. de petit. hæredit. l. 1. ff. quor. bonor. civitas, pagus, castrum, prædium, *l. cum fundus. 10. in fin. ff. de legat. 2. adde. l. si mercedem. 55. §. 1. ff. de act. empti.* in quibus Ecclesia Patronata continetur; quæ si in alium conferantur, & jus Patronatus illis inhærens una transfertur. *arg. d. l. cum fundus. l. in modicis. 24. in fin. ff. de contr. empt. Canis. in Jur. Canon. sum. lib. 2. tit. de Institut. §. universitatis. 8. & in comment. ad hunc tit. & c. quoniam. num. 20. Vid. Roch. d. tract. verb. Ipse vel is. qu. 22. num. 40. Lambert. d. tract. part. 2. lib. 1. qu. 5. art. 15. Campan. d. rub. 11. cap. 13. num. 361.*

Licet in creditore universitatis oppignoratæ aliud obtineat. *c. cum Bertoldus. 18. de sent. & re judic. Canis. utroq. d. loco. Vallens. d. loco.* Cum in eum nec transeat utile dominium, nec ullum commodum rei. *l. 1. & 2. Cod. de pignor. act.*

Quod, quia transit in conductorem universitatis per longum tempus, *l. 1. §. 3. ff. de superf. juxta. l. fin. Cod. de præscript. longi temp.* dicendum & transire Jus Patronatus. *Canis. d. can. num. 23. Vallens. d. loc. num. 2.*

Dubium est, an publicatis ob delictum Patroni bonis, Jus Patro- 49
natus transeat ad fiscum una cum iis. Distinguendum: Aut Jus illud

bonis publicatis fuit annexum: Aut perſonale & de per ſe principaleſt diſtinctum. Illo caſu tranſit ad fiſcum: *ex d. c. ex literis. & d.c. cum ſeculum. Gloſſ. in can. filiis. 16. qu. 7. Gigas tract. de crim. Læſæ Majeſtat. rubr. de pœnis committent. crim. læſæ Majeſt. qu. 4. num. 6. Delphin. d. tract. lib. 2. num. 220. Coſta in c. ſi pater. de teſtam. verb. Patronatus ſus. num. 7.* Non hoc: & remanebit apud delinquentem, donec per Judicem Eccleſiaſticum, eo, tanquam indignus per ſententiam privetur. *d. Gloſſ. & Gloſſ. in Clem. Paſtoralis. verb. ſubſtantia. de re judic. Gigas d. loco.* Quo facto ſi jus patronatus eſt Gentilitium, tranſibit ad Gentiles, juxta diſpoſitionem Fundatoris; Si hæreditarium, evaneſcet & Eccleſia manebit libera. Eo non facto tranſibit ad hæredem condemnati. *Auth. ſed hodie. Cod. de donat. int. vir. & uxorem. Garcias d. loco, à num. 26. poſt Sabegun. in c. quanto. de judic. à num. 27. Vide & Barboſ. d. loc. num. 23. & Zæſ. d. loc. num. 26.*

50 *Mortis cauſſa* transfertur Jus Patronatus ſucceſſionis jure, *tam conſiderandum. 16. qu. 7. c. quoniam. 3. hoc tit.* in hæredes *c. ſignificaſti. 41. de teſtib. Clem. ult. hoc tit.* non tantum ſanguine junctos, *can. filii. 31. d. cauſ. & qu.* ſed & ex teſtamento in extraneos, *d.c. quoniam. Gloſſ. in d. can. piæmentis. Butr. ad d. c. cum ſeculum. num. 14.* ſive maſculos, ſive fœminas, *Rochus d. verbo. Ipſe vel is. qu. 6. Lambertin. d. 2. part. lib. 1. qu. 2. art. 14. Garcias d. loco, num. 143. Caniſ. in comment. hoc tit. ad 1. & ſeqq. num. 3. & 4.* ſive adultos, ſive pupillos; idque non ſolum hæreditate, etiam ante poſſeſſionem captam; *Vallenſ. d. loco, num. 5.* nec tantum pro portione hæreditaria, ſed ad ſingulos in ſolidum; *c. 1. hoc tit.* cum jus iſtud, ut ſupra diximus, ſit individuum. *d.c. 1.* Unde & tranſit in ſtirpes, non in capita. *Clem. 2. h. tit. Zæſ. d. loc. num. 21. Caniſ. d. loco, num. 11. Vallenſ. d. loc. num. 5.*

Non eſt itaque dubium tranſire hoc jus ad quemcunque hæredem, cum bonorum univerſitate: *d. c. ex literis. 7. hoc tit.* cui adhæret tanquam acceſſorium. *Zæſ. d. loco.*

51 Eſt dubium, an tranſeat in fideicommiſſarium univerſalem. Communis ſententia eſt, *teſte Rocho in d. verb. Ipſe vel is. qu. 9. num. 21. Gomez. 1. var. reſolut. cap. 5. num. 29. vid. Garc. d. loc. num. 17. & Faciones eam approbante, lib. 10. controv. cap. 94.* quod non; *arg. l. quia perſonæ. ff.*

42. *§. restituta. ff. ad SC. Trebell. & l. si quis.* 33. *ff. de relig. & sumpt. funer.* Quæ & vera. *Canis. d. loc. num.* 6. Quia cum hæres quartam Trebellianicam, quam retinet, detrahere non possit, nisi prius omnium bonorum hæreditariorum æstimatione facta, *§.* 6. *& passim Instit. de fideicom. hared.* & jus patronatus non veniat in æstimationem, *c.* 16. *§. un. hoc tit.* fit ut contra hæredem, qui semel per additionem sibi acquisivit hæreditatem totam, non possit fideicommissarius agere ultra tres partes hæreditatis æstimabiles; nec consequenter ad Jus Patronatus; *ut scribit Lambert. d. lib.* 1. *part.* 2. *qu.* 35. *art.* 2. *vers. Ego magis clare dicerem. & ex eo Canis. d. loco & num.*

Videndum nunc quis in caussa Juris Patronatus *Judex* sit *compe-* 52
tens, Laicus, an Ecclesiasticus. Videtur dicendum Laicus. 1. Quia competit Laico, & quidem Jure proprio, tanquam fundatori, dotatori vel constructori: *d. c. quoniam.* 3. *& c. cum dilectus.* 28. *hoc tit.* 2. Quia videtur jus esse non spirituale, cum acquiratur, *contra c.* 1. *de præbend.* jure hæreditario; *can. considerandum.* 35. *can. si plures.* 36. *caus.* 16. *qu.* 7. *d. c. quoniam.* 3. *c. significavit.* 41. *de testib. & attest.* sed temporale. Non tamen dubitandum causam Juris Patronatus pertinere ad Judicem Ecclesiasticum. Quia jus illud, ut & supra dictum, conjunctum atque connexum est spiritualibus. *c. quanto.* 3. *de Judic. c. de Jure.* 16. *hoc tit.* Connexa enim judicantur, sicut ea quibus connectuntur, eandemque ex connexione & cohæsione assumunt naturam. *l. quæ religiosis.* 43. *ff. de rei vind. l. arbor.* 19. *in princ. ff. communi divid.* Quemadmodum igitur de caussis & negotiis spiritualibus seu Ecclesiasticis tantum judicare possunt personæ Ecclesiasticæ, *c. decernimus.* 2. *de judic.* ita etiam personæ eædem tantum judicare possunt de caussa Patronatus. Necrationes in contrarium adductæ merentur refutationem.

Sed quæ diximus obtinent, quando de ipso Patronatus Jure con- 53
trovertitur: non quando de ejus possessione, vera vel quasi; De hac enim *secund. Covarruv. pract. quæst. cap.* 35. *num.* 1. *vers. secunda conclus. & Dd. quos alleg. & Tessaur. decis.* 82. *num.* 1. *Gail. lib.* 1. *obs.* 38. *num.* 8. *Mynsing. cent.* 2. *obs.* 67. *num.* 2. *cum seqq. alios §.* cognoscere potest Judex sæcularis. Est enim possessorium temporale quid. Et possessori-

um nihil habet commune cum proprietate. *Aliter Abb. qui conſulat. c. literas. 2. num. 6. de juram. calum.*

Quod non tantum procedit in retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis Interdicto, ſed & adipiſcendæ: *Grammat. deciſ. 78. & Teſſaur. d. deciſ. 82. num. 2.* ſiquidem hoc proprietatis cauſſam non habeat admittam: ut Salvianum, *tit. ff. de interd. Salviano. & §. adipiſcenda. 3. vol. Interdictum quoq. Inſtit. de interdict.* Quod Legatorum; *l. 1. §. eſt autem. 1. cum ſeq. ff. Quod Legator.* & ſimile: Aliàs non. *c. tuam. 3. de rest. cognit. c. lator. 5. qui filii ſint legit. Ungepauer. in com. ad Decret. ad h. tit.*

54 Quia in dubio Eccleſia à Patronatus Jure, (quod eſt quædam Eccleſiæ ſervitus *Abb. ad d. c. quoniam. num. 9.*) præſumitur libera *l. actius. 8. ubi Gloſſ. Cod. de ſervitut.* & præſumptioni tamdiu ſtatur, donec probetur contrarium; *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſſ. Gail. lib. 2. prax. obſ. 128. num. 12.* eſt Judicis in modos, quibus illud Actor probare vult, diligenter inquirere.

Deſcendunt illi cum ex diſpoſitione Juris communis, tum ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. Leo in Theſauro ſuor. Eccleſ. part. 2. cap. 6. num. 2.* Quod, dicto loco, ſic loquitur: *Sicut legitima Patronorum jura tollere, piaſq; fidelium voluntates in eorum inſtituta violare, æquum non eſt; ſic etiam, ut hoc colore beneficia Eccleſiaſtica ſervitutem, quæ à multis imprudenter ſit, redigantur, non eſt permittendum. Ideo decrevit Sancta Synodus, ut titulus Juris patronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, & aliis à jure requiſitis oſtendatur.*

55 Primus ergo Jus Patronatus probandi modus eſt, *ſecundum d. Concil. d. loco* per *documenta authentica* fundationis, vel dotationis; non privilegii, aut alterius qualitatis, vel accidentis extrinſecè advenientis *ut colleg. Caſſad. deciſ. 7. de jure patron. Campan. d. tract. rubr. 11. cap. 13. num. 105. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 72. num. 21.*

56 Authentica documenta, hic ſunt ſcripturæ publicæ, quibus credi-tur ſine alio adminiculo, vel jure, aut conſuetudine ſpeciali. *c. cum dilectus. de fide inſtrum. Innoc. in c. 1. num. 2. eod. & Bart. in l. ſi quis. in repet. §. ſi initium. num. 5. ff. de edendo.*

Quæ tamen, ut S. Congregatio cenſuit, requiruntur tantum pro for-

forma. *Rota decis. noviss. 199. num. 4. par. 2. Leo d. loco, num. 2. Barbos. d. loc. num. 68.*

Modus secundus est per *Multiplicationem præsentationum*, ad mi- 57
nus duarum, *Riccius praxi. resol. 127. Campan. cap. 13. num. 425.* aut
trium, *Zypæus in Anal. Jur. Pontif. novi. h. t. num. 5. vid. Barbos. in re-*
miss. ad d. cap. 9. Conc. per antiquissimum temporis cursum qui homi-
num memoriam excedat: *Concil. d. loco. Mascard. de probat. concl. 103.*
num. 9. Leo d. loco, num. 3. Barbos. d. loc. num. 69. Zypæus in Anal. Enar-
rat. Jur. Pontif. novi. hoc tit. num. 5. seu annorum centum lapsum,
Marc. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 80. num. 11. Leo d. loc. num. 5. etiamsi
fundationis vel dotationis nullum ostendatur instrumentum; nec ea-
rum ulla appareat mentio facta in præsentationibus. *Riccius in praxi rer.*
forens. resolut. 127. num. 1. Leo d. loco. Barbosa d. loco. Zypæus d. loco alleg.
S. Congreg. Conc. 23. Junii Ann. 1594. modo hæ saltem per annos quin-
quaginta effectum fuerint sortitæ *S. Congr. Conc. 25. Octob. 1594. Zypæ-*
us d. loco. vid. Leo d. loco, num. 5.

Immemorabilis quoque usus ad diem motæ litis relatus, *ex Congr.* 58
Conc. apud Piasec. post Gonzal. ad reg. 8. Conc. Gloss. 18. verb. præsentat.
in part. 2. cap. 5. num. 7. Ricc. d. loc. vice tituli est: *Rota decis. 254. à*
num. 10. lib. 3. part. 3. diversf. & decis. 312. num. 4. part. 1. rec. unde sal-
tem præsumitur jus ex fundatione; licet hoc non appareat; nisi consta
de principio invalido. *Gonzal. d. Gloss. 18. num. 48. Piasec. d. cap. 5.*
num. 7. vers. non tamen. Ricc. de noviss. probat. Jur. Patron. resol. 47. Ro-
ta decis. 548. num. 2. part. 2. recent. Zypæus d. loco, num. 6.

Et hæc si contra Ecclesiam agatur: & tantum in quibus præsumi-
tur usurpatio; alioqui manent termini juris communis. *Riccius supra*
decis. 145. Zyp. d. loco.

Cæterum si constet eam esse patronatam, controvertatur verò in-
ter aliquos, quis eorum sit Patronus, non servabitur iste Rigor; *ut decis.*
ref. Piasec. ubi supra. Quippe cum hic cesset Decreti ratio, ne scilicet
Ecclesiæ liberæ redigantur in servitutem & clientelam, præsertim sæcu-
larium. Non hic ergo præsentationum continuatio erit pro forma, ut
in aliis, *Riccius ubi sup. decis. 147. & 148.* sed sufficiet qualis qualis ad-
versarii melior probatio. *Zypæus d. loco. vid. Barbos. d. loc. num. 103.*

59 Tertius modus eſt; Per *Præſentandi poſſeſſionem quadragenarium*, ſed effectum ſortitam, & cum qua concurrit vox & fama publica, aliæve præſumptiones vim famæ habentes. *Caſſad. deciſ. 3. num. 4. cum ſeq. probat. Manticā deciſ. 318. num. 5. Seraphin. deciſ. 1103. in fin. & deciſ. 1141. num 6.* Nec enim hic fama ſola, licet aliàs ad variorum jurium probationem plurimum poſſit; *Freherus tract. de fama publica lib. 2. cap. 4. num. 1. & 3.* quoad plenam probationem, *Mantic. deciſ. 318. ſub num. 5.* ſufficit. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 310. num. ſeq. Riccius in d. praxi rer. forenſ. reſolut. 130. Barboſ. d. loc. num. 85. cum ſeq.*

60 Quartus modus eſt: Per *Enuntiativas* Ordinariorum, ſed diverſorum, *Rota deciſ. 388. num. 1. part. 1. & deciſ. 289. num. 1. part. 1. diverſ.* non ſuſpectorum & intereſſe habentium; *Rota deciſ. 405. num. 2. part. 1. rec.* antiquas, hominum memoriam excedentes; *Garc. d. cap. 9. num. 88. cum multis ſeqq. Rota deciſ. 224. num. 4. & 5. part. 1. recent.* ſaltem duas; *Rota deciſ. 160. num. 6. & deciſ. 169. num. 2. part. 1. recent. & deciſ. 170. num. 3. part. 2. recent.* diverſorum Notariorum inſtrumentis comprehenſas. *Achilles deciſ. 8. num. 2. de Jure patronat. Rota deciſ. 518. num. 2. & 3. part. 1. recent. Barboſ. d. loc. num. 91. & 92.*

61 Quintus; Per *inſignia* alicujus familiæ ſculpta in Eccleſia, *Rota in c. cum Eccleſia. num. 37. de cauſ. poſſ. Lambert. d. tract. & lib. 3. qu. 1. art. 4. num. 2. Riccius in d. tract. de noviſſ. probat. Jur. patron. reſol. 31.* ſibi adminiculis aliis concurrentibus. *Seraphin. deciſ. 552. num. 2. & deciſ. 1141. num. 7. Barboſ. d. loco, num. 93. & 94.*

62 Sextus; Per alicujus familiæ *denominationem* capellæ, *Rota deciſ. 694. num. 6. part. 2. recent.* Epitaphia, *Lambert. d. tract. lib. 2. art. 4. qu. 10. Maſcard. de probat. concl. 958. num. 18.* inſcriptionem antiquiſſimam in marmoribus, lapidibus, vel lignis poſitis in Eccleſia & locis publicis. *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 73. num. 7. Riccius in d. praxi reſolut. 125. num. 3. in fin. Garc. d. loc. num. 91.*

63 Septimus; Per *ſententiam Epiſcopi*, ſed antiquam; *Putem deciſ. 237. lib. 2. in correct. Ricc. d. loco reſol. 125. & in d. tract. reſolut. 237. num. 1. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 57. & 58. num. 5. & cap. 107. num. 88.* puta quinquaginta annos excedentem. *Gratian. diſc. forenſ. cap. 310. ex n. 90. Campan. d. diverſ. rubr. cap. 13. num. 421. Ciarlin. d. cap. 57. n. 7.*

Otta-

Octavus; Per Antistitum *literas Institutionales*, attestantes bene- 64
ficium ad præsentationem alicujus Patroni pertinere. *Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 8. qu. 11. num. 38. Marc. Antonin. var. resolut. lib. 2. resolut. 80. num. 1. Riccius d. tract. resol. 22. Barbosa d. loco, num. 98.*

Qui modi probandi procedant in privatis & iis omnibus per quos 65
Jus Patronatus non præsumitur esse usurpatum, ut sunt per excellentiam Imperator, Reges aliique Principes Supremi. *d. Conc. d. loco.* Ab iis qui præsumuntur per usurpationem illud acquisiviſse, requiritur plenior & exactior probatio ad docendum titulum. *Concil. Trid. d. sess. & cap.*

Usurpatio præsumitur, *sec. S. Congreg. test. Gonzal. d. Gloss. 18.* 66
num. 66. in Dominis Civitatum, Castrorum & locorum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & aliis quibuscunque Dominis perpetuam Jurisdictionem habentibus. Nec non Universitatibus seu Communitatibus, *Concil. d. loc.* etiam Parochianorum, *Zerula in d. praxi Episc. part. 1. verb. Jus Patronatus. vers. ad tertium. Cavalcan. decis. 17. num. 7. part. 2. Gonzal. d. Gloss. 18. num. 63. Riccius in prax. resol. 131. & in d. tract. resol. 82. & 108. Garc. d. loc. num. 102.* etiam parvis. *Garc. d. loc. & num. Ricc. in prax. res. 135. in tract. resol. 101.* Non tamen confraternitatibus. Utpote constantibus tantum ex personis privatis pietatem colentibus. *Innoc. in c. dilecta. num. 9. & ibi Cardin. num. 7. de excessib. Præl. Alex. cons. 102. num. 2. vers. confirmatur. num. 7. Barbos. d. loc. num. 149.*

Post hactenus dicta sequitur Juris Patronatus *amissio*, ultimum eorum quæ in prædicto jure considerantur.

Amittitur vel propter *delictum*, vel propter *causas alias.* 67

Propter *delictum*; I. Si Patronus factus sit hæreticus, vel Crimen Læsæ Majestatis commiserit: *c. vergentis. 10. de hæretic. Auth. Gazaros. Cod. de hæret. & Manich.* Istorum sit receptator, defensor; Sit apostata, in excommunicatione majore maneat per annum; Quia tum habetur pro hæretico. *Marescot. var. lib. 1. cap. 83. num. 13. & 14. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 11. num. 158. cum seqq. Vivian. in praxi Juris Patronat. lib. 15. cap. 2. num. 6.* Et tum Jus Patronatus infertur fisco: *d. c. vergentis. 10. Vallens. in parat. ad h. tit. §. 7. num. 2.* II. Si Rectorem vel Clericum alium Ecclesiæ per se vel per alios occiderit, aut muti-

lare

lare præſumpſerit: *c. in quibuſdam. 12. c. ad aures. de pœnis. Vivian. d. lib. 15. cap. 2. num. 9.* citra neceſſariam ſui defenſionem: *Vivian. d. loc.* Et tum cedit Jus Patronatus Eccleſiæ cui injuria eſt illata. *Vallenſ. d. loc. num. 1.* III. Si Juriſdictiones, bona, cenſus, & Eccleſiæ jura quæcunque arte aut colore quæſito ſibi Patronus uſurpet. *Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 11.* Quia ipſo jure eſt excommunicatus; non niſi à Summo Pontifice abſolvendus. *Vallenſ. d. loc. num. 3. Leo in Theſaur. Jur. Eccld. part. capit. 21. num. 31. Gallet. in Margarita caſuum conſcient. verb. Jus Patronatus. num. pen. Barboſa d. loc. num. 262.* IV. Si res ditionis, aut alio quocunque titulo, contra ſanctiones canonicas, jus ſuum in alium transferre præſumpſerit: *c. quia Clerici. 6. hoc tit.* Quia ex decreto Concilii Tridentini. *d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* excommunicationis & interdicti pœnis ſubjicitur: Et eo caſu Eccleſia redit ad libertatem. *Piaſec. 2. part. cap. 5. art. 11. num. 37. Vallenſ. d. loco, num. 4.*

68 Amittitur etiam *modis aliis* Jus Patronatus: 1. Ut deſtructione Eccleſiæ; ſi videlicet ſacræ ædes conſumptæ fuerint incendio: aut vetuſtio ſuo, aut terræ motu corruerint: *arg. §. finitur. 3. Inſt. de uſufr. ea. quæ peri. 5. §. rei mutatione. 2. ff. Quib. mod. uſusfr. amitt.* 2. Si ejus redditus deficere patiatur Patronus: *Gregor. XV. deciſ. 405. num. 1. Vivian. d. libro 15. cap. 1. num. 1.* nec reſtituat: *Roch. ad verb. conſtruxit. qu. 8. num. 12. Vivian. d. cap. 1. num. 3. & 4.* 3. Si Jus Patronatus præſcribi patiatur: *Abb. conſ. 106. col. pen. lib. 2. Vivian. d. cap. 1. num. 5. & Vallenſ. d. loc. num. 6.* 4. Si Jus ſuum Eccleſiæ cedat, vel Eccleſiam juris Patronatus ſine reſervatione juris ſui patiatur fieri Collegiatam aut Monaſterio conferri. *c. nobis. ubi Gloſſ. verb. Capellæ. hoc tit. Maſſon. in praxi habendi concurſum. prælud. 7. dub. 5. num. 5. & prælud. 2. dub. 3. Vivian. d. cap. 1. num. 12.*

His addantur ea quæ in præcedentibus de Juris Patronatus tranſlatione in alios diximus in Jure noſtro Canon. per *Aphoriſm. explic. & tract. noſtro de perſon. Eccleſiaſt. & ſupra tit. 4. hoc lib.*

69 Ad inſtar Juris Patronatus ex eo nata eſt Regalia;

Matre pulchra filia pulchrior.

70 Verum in ditionibus Belgicis non habet locum teſte Zypæo *d. loco, num. fin.* quem ſequitur Vallenſ. *d. loc. num. fin.*

TITU-

TITULUS X.

De Conjunctione, seu Vnione.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Unio quid.*
3. *Unde dicta.*
4. *Ejus species.*
5. *Quæ Perpetua.*
6. *Quæ Temporalis.*
7. *Extincto tempore dissolvitur.*
8. *Quæ rursus Temporalis aut Perpetua.*
9. *In dubio censetur perpetua.*
10. *In favorem personæ facta an valida.*
11. *Fit Unio,* 1. *Confusione duarum Ecclesiarum in unam.*
12. *Confusionem hanc quomodo appellat Justinianus.*
13. *Quomodo Papinianus.*
14. *Ejus effectus.*
15. *Secundo fit Unio: Cum ex duobus Ecclesiis connexis una sit superior. Et quis Ejus effectus.*
16. *Tertio fit Unio, cum neutra Ecclesia alteri subjicitur.*
17. *Ejus effectus.*
18. *Beneficia quando uniri possunt.*
19. *An Reservata.*
20. *An omnia.*
21. *Non qualitatem habent dissimilem.*
22. *Non Juris Patronatus Laici.*
23. *Non Ecclesiæ diversarum diœcesium.*
24. *Non Sedis vacantis.*
25. *Unionem non impedit*

beneficii conferendi reſervatio Papæ.
26. *Quæ Beneficia uniat ſolus Papa.*
27. *Quæ Epiſcopus.*
28. *Quid, ſi Capitulum diſſentiat.*
29. *Non poteſt unire menſæ ſuæ aut capitulari.*
30. *Nec omnia ſuæ diœceſeos.*
31. *Poteſt plura uni.*
32. *Eccleſiam exemptam exemptæ: non verò non exemptam exemptæ.*
33. *Archiepiſcopus unire non poteſt in Diœceſi Suffraganei ſui.*
34. *Quæ Legatus à latere & ubi.*
35. *Capitulum Sede vacante.*
36. *An Epiſcopi Vicarius Generalis.*
37. *An Prælati Epiſcopo inferiores.*
38. *An Principes.*
39. *Non facienda niſi ru ſuadeant.*
40. *Suadere cenſetur, ſi neceſſarium, ſi utile.*
41. *Quando neceſſarium.*
42. *Quando utile.*
43. *In unione ergo facienda cauſſæ requiritur Cognitio.*
44. *Quæ præterea requirit Regula 12. Cancellar.*
45. *Quid, ſi unio fiat ex Superioris motu proprio.*
46. *Capituli conſenſus an neceſſe ut præcedat.*
47. *Interveniſſe quando præſumatur.*
48. *Unionis per Papam facta defectus ipſe ſupplet.*
49. *Non in Gallia.*
50. *Quid hic decretum per Concilium Conſtantienſe.*
51. *Per Tridentinum.*

52. In-

52. *Interesse cujus intelligitur.*
53. *An Rectoris vel Possessoris Beneficii aut, si vacet, Defensoris?*
54. *An Patroni.*
55. *Quando ergo Unio facta, est invalida.*
56. *Quo casu sustinetur.*
57. *Ex falsa caussa facta, quando ipso jure nulla.*
58. *Unio, cum sit odiosa, est probanda.*
59. *Quomodo.*
60. *Unio revocari non potest, quæ sortita effectum.*
61. *Sortita illum censetur, si empta possessio: sec. reg. Cancellariæ.*
62. *Quando hæc cesset.*
63. *Dissolvere Uniones qui possint.*
64. *Ex quibus caussis.*
65. *Quæ tunc requirantur.*
66. *Dissolutionis effectus quis.*

POst insertæ materiæ de Jure Patronatus tractationem absolutam, consequens, ut de *Beneficiorum Unione* videamus; qua Beneficia acquiruntur nonnunquam. 1

Est *Ea* duorum, vel plurium Beneficiorum, aut Ecclesiarum, ab Episcopo, aut Superiore alio, facta connexio. *Caccialup. in tract. de Unionib. art.* 1. *Rebuff. in praxi benefic. tit. de Unionib. Benefic. ex num.* 1. *Lancellot. Inst. Jur. Canon. lib.* 2. *tit.* 19. 2

Unde & dicta Unio ab *uniendo*, ex eo, quod plures Ecclesiæ conjunguntur in unum. 3

Ejus species sunt duæ. *Perpetua*, vel *Temporalis*. *Rebuff. in praxi. tit. de union. num.* 6. *Lancell. in Instit. Jur. Canon. hoc. Ego. in Jure Canon. strictim Explic. hoc tit.* 4

Perpetua, quando ut perpetuo duret est expressum; *c. exposuisti. de præbend. ibi de Capellis in perpetuum annectendis. Rebuff. d. loc. num.* 7. *Hojed. de incompatibil. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Vel ubi contempla- 5

tione Eccleſiæ, vel Dignitatis, vel ad perpetuam rei memoriam, vel de neplacitum Sedis Apoſtolicæ; eſt facta. Quia nec Eccleſia, nec Dignitas, nec Apoſtolica Sedes unquam moritur. *c. ſi gratiosè. de reſcript. in 6. c. quando. de offic. deleg. Rebuff. d. loco. Barboſ. Jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 16. num. 3. Dartis tract. de benef. ſect. 6. cap. 7. verſ. ſunt autem.*

6 *Temporalis* eſt, in qua tempus eſt expreſſum; vel quæ, non Eccleſiæ vel beneficii contemplatione, ſed ad vitam alicujus eſt facta.

7 Ea, tempore ad quod conceſſa, elapſo, vel extincto eo ad cujus vitam conceſſa, diſſolvitur. *c. novit. 1. verſ. ne plus caruiſſet. Ne Sede vacante. c. quoniam. Abbas de offic. deleg. Rebuff. d. tit. num. 9. & 10. Hoſted. eod. num. 1.*

8 *Temporalis* etiam *Unio* cenſetur, quæ facta ad Beneplacitum Pontificis. *Perpetua* quæ ad Beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. *d. c. ſi gratiosè. cum nota. not. de reſcript. in 6. Peruſ. tract. de union. cap. ult. Cuech. in Inſt. Fur. Canon. lib. 2. cap. 9. verſ. unio quando?.*

9 In dubio præſumitur unio facta in perpetuum. *d. c. novit. c. repoſiſti. de teſtam. Rebuff. & Hoſted. dict. locis. Barboſa d. loc. num. 4.*

10 *Temporalis* Unio in favorem perſonæ facta reprobari ſoler, maximè in Galliis, ubi reſervationes ſunt ſublatæ. Nam ſi poſſet unus beneficium in favorem certæ perſonæ, reipsâ reſervaretur beneficium, & ſic quod prohiberetur viâ unâ, permitteretur aliâ; quod eſt abſurdum. *Gloſſ. in c. fin. in fin. verb. exemptis. de electio. & reſervationib. in Prag. Sanct. Dartis d. loc. verſ. temporaria. in fin.*

Fit conjunctio ſeu Unio tribus potiſſimum modis. *Gloſ. in cap. temporis. 16. qu. 1. verbo uniendo. & in d. c. novit. Rebuff. d. tit. num. 11. & in repetit. c. extirpandæ. §. cui verò. de præbend. Dartis d. loc. verſ. tribus autem. Duaren. tract. de benef. lib. 5. cap. 6.*

11 *Primus* eſt, quando Eccleſiæ duæ, in unum veluti corpus confunduntur & coaleſcunt, ita ut ex duabus fiat Eccleſia una; *can. decimus 47. ad fin. 16. qu. 1.* unum miniſterium, unumque beneficium, non verò duo dici poſſint.

12 Quam confuſionem Juſtinianus Imp. *Novel. 28.* verbo Græco ἕνωσιν, alii vulgo unionem, verbum quaſi verbo reddentes, ſed non ſatis Latinè, vocant.

Appro-

Appellabitur itaque rectè Beneficium, hujusmodi accessione au- 13
ctum & multiplicatum, non modò Συμπλοῦν, ut loquitur JCtus Pomponius, sed etiam ἁπλοῦν. *l. rerum mixtura. 30. in princ. ff. de usurpat. & usucap.*

Operatur unio illa; 1. Ut statuta & privilegia data uni, compe- 14
tant alteri; & si sunt contraria, conserventur meliora & favorabiliora. *Perus. tract. de unionib. cap. 2. num. 3. Petr. Gregor. in Instit. rei Benefic. cap. 20. num. 15.* 2. Et ut Canonici qui sunt in una Ecclesia, sint quoque Canonici in alia. *Gloss. in can. & temporis. 16. qu. 1. Canonistæ. ind. c. novit. Perus. d. tract. cap. 11. num. 6. & d. cap. 2. num. 3. Dartis d. loco, vers. tribus.* 3. Et sic Beneficia unius Ecclesiæ censeantur & esse alterius. *Puteus decis. 432. lib. 1. in correct. Barbos. d. loco, num. 6. Garcias tract. de benefic. part. 12. cap. 10. num. 10. & 11.*

Secundus modus est; cum Ecclesiæ ita connectuntur, ut una sit 15
superior & principalis, altera inferior & accessoria; Quo casu Ecclesia inferior Beneficii nomen amittit, tanquam per Unionem suppressum & extinctum, *Gloss. in c. per literas. verb. Ecclesias de præbend. in Clement. Dd. in c. cum accesserint. de constit.* & induit nomen ejus Beneficii, cui unita est; & consequenter gaudet ejus privilegiis; *c. recolentes. de statu Monachor.* sed non amittit jura propria, quæ transeunt in Ecclesiam, cui est unita: *c. quia monasterium. de religios. domib.* Nisi aliud in unione sit expressum. *Dartis d. loco, vers. secundus modus. circ. fin. Garc. d. loco, num. 12. cum seqq. Barbosa d. loco, num. 7. cum mult. seqq.*

Quo casu in inferiore constitui solet Vicarius, qui sacrum ministerium obeat. *c. extirpandæ. 30. §. qui vero. de præbend. Dartis d. loco Duaren. de sacr. Eccles. Minist. lib. 5. cap. 6.*

Tertius modus est; cum neutra Ecclesia subjicitur alteri, sed am- 16
babus suum titulum gradumque retinentibus idem Minister præficitur. *c. 1. Ne Sede vacant. & ibi Gloss. & in can. Et tempus. 16. qu. 1.*

Et hoc casu, utriusque unus erit Episcopus vel Rector, utraque erit 17
æque principalis, fruenturque quælibet suis privilegiis, habebitque statuta sua; *Gloss. in d. can. & temporis. verbo unire. & d. c. 1. verb. ne uniendo. Rota decis. 114. num. 72. part. 2. divers. Garc. d. part. 12. cap. 2. num. 37. Barbos. d. loc. num. 21.* nec tenebitur Rector, duas Ecclesias hoc

modo unitas habens, in altera conſtituere Vicarium perpetuum; utrique enim, deſervire tenetur æquè; ſed tantum ad tempus, quo ipſi non ſervit. *Rebuff. in 1. part. praxis. benefic. hoc tit. & tit. de Vicariis perpetuis. Barboſa de offic. Epiſc. part. 3. alleg. 54. num. 131. Dart. d. loc. tertius. in fine.*

18 Uniri poſſunt Eccleſiæ & Beneficia, antequam vacent & cum vacant. *Clem. ſi una. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. Petr. Gregor. d. cap. num. 4.*

19 Sed in locis, in quibus non ſunt ſublatæ reſervationes, Beneficium expreſsè reſervatum, uniri non poteſt in exſpectantis præjudicium. Unio tamen facta valebit, ſed non ſortietur effectum, niſi poſt exſpectantis mortem, *ſec. Gloſſ. in c. licet. verb. impedit. de elect. & reſerv. in Sanct. Pragm. Dart. d. loco. verſ. poſſunt.*

20 Non omnium Beneficiorum fieri poteſt Unio vera. Patiuntur tantum, communi jure, Eam, quæ ſymbolum & qualitatem, in qua convenire poſſunt, habent prope ſimilem.

21 Sic ab Epiſcopo uniri non poſſunt Beneficia regularia Eccleſiis Parochialibus; nec Eccleſiæ hæ cum Monaſteriis, quibuſcunque Abbatiis, Dignitatibus, Cathedralis Eccleſiæ vel Collegiatæ Præbendis, aliiſque beneficiis Simplicibus, Hoſpitalibus, Militiiſve; *ſec. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. & 15. de reformat.* contra quam olim; *d. c. poſuiſti. c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. Dartis d. loco. verſ. ſed notandum. Barboſ. d. loco, num. 33.* Ratio Concilii eſt; Ne in uno & communi officio ſit profeſſio diſpar; juxta præceptum Dei; *Non arabis in bove & aſino:* id eſt, diverſæ profeſſionis homines non ſociabis in officio uno: *Deuter. cap. 22. verſ. 10. can. in nova actione. 16. qu. 7.* & qui ſociantur, diſcrepare non debent profeſſione & habitu. *d. can. in nova.*

22 Nec ab Epiſcopis, uniri, aut Eccleſiis Collegiatis conjungi, vel in eas converti poſſunt Beneficia Juris Patronatus Laici, citra Patronorum conſenſum; *Gloſſ. ad c. nobis. ad verba in capella. de jure patron. Rota in can. 32. decernimus. 16. qu. 7.* Poſſunt Beneficia Juris Patronatus Eccleſiaſtici: *Petrus Gregor. in Inſt. Rei benef. cap. 20. num. 5. poſt Carol. lup. in tract. de unionib. art. 3. num. 5.*

23 Prohibet etiam Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. cap. 9.* ne cop-

fundantur diœceſeωn & Eccleſiarum parochialium termini ſeu limites: ne una & eadem Eccleſia fiat diœceſeωn diverſarum cum ſubditorum gravi incommodo: ne Eccleſiæ parochiales, Vicariæ perpetuæ, vel ſimplicia beneficia unius diœceſeωs conjungantur aut uniantur perpetuò beneficiis, monaſteriis, aut locis piis, alterius diœceſeωs; etiam prætextu, augmenti cultus divini, aut ratione augendi beneficiatorum munerum; aut quolibet alio. Offenderetur enim ex eo jus commune generareturque *contra can. Eccleſias. 13. qu. 1.* confuſio. *Petr. Gregor. d. loco. Dartis d. loco. Cucch. Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 9. de union. verſ. ſtatuit. Barboſ. Jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 16. num. 32.*

Nec etiam Sede vacante, ejus beneficium uniri poteſt; unio ſi fa- 24
cta, revocatur. *c. 1. Ne Sede vacante.*

Unionem non impedit reſervatio beneficii conferendi facta per 25
Papam. *Rota deciſ. 19. nota, quod reſervatio in antiqu. Calderin. conſil. ult. tit. de reb. Eccleſ. non alienand.* (Niſi ea ſit perpetua; ut in prima dignitate poſt Pontificalem: *Garcias tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 92. Barboſ. d. loco, num. 29. Hojed. de incompatibil. benef. part. 2. cap. 3. num. 7.*) Quia Unio concernit beneficii proprietatem, collatio Papæ quæ propter reſervationem fit beneficii fructus. Ideoque tenet Unio, licet Ejus effectus ſuſpendatur pro tempore, quo confertur beneficium. *Petr. Gregor. d. loco, in fin. Abb. in c. ſicut unire. de exceſſ. Prælator. num. 7. & ibi Ancharan. num. 5. Cardinal. num. 3. quæſt. 3. Garcias d. part. 12. cap. 2. num. 91.*

Epiſcopatus unire poteſt ſolus Papa: *c. ſicut unire. de exceſſib.* 26
Prælator. c. quod translationem. de offic. Legati. can. & temporis. can. poſtquam hoſtilis. 16. qu. 1. cum ſimilib. Duaren. d. loco. Petr. Gregor. d. loco, num. 6. ut & alia Beneficia qualiacunque in alterius diœceſi exiſtentia; *Petr. de Peruſ. de unionib. cap. 4. num. 2. Rebuff. in prax. benef. tit. de unionib. benefic. num. 23.* cum in eis habeat poteſtatem plenam, *cap. 2. de prebend. in 6. Clem. 1. ut lite pend. Garc. d. tract. & part. & cap. num. 60.* Non tamen cenſetur Jura Pontificia in iis beneficiis diœceſeωs Epiſcopo auferre. *Petr. Peruſ. d. tract. & cap. Cucchus d. loco, verſic. unionis.*

Aliarum verò Eccleſiarum ἕνωσις & colligatio permittitur cujuſ- 27
que civitatis & diœceſeωs Epiſcopis, *d. c. ſicut unire.* modo collegii Eccleſi-

cleſiaſtici ſeu Capituli adhibeant conſenſum. *c. dudum. de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. Niſi ut ſoli uniant, præſcripſerint. *Gloſſ. in d. Clement. 2. conſ. conſciente. Dartis d. loco, verſ. cæterarum.*

28 Capitulum ſi colligationi conſentire ſine juſta cauſſa nolit, compelli poteſt. *Archidiacon. Hoſtienſ. aliiq. ad d. c. ſicut unire. Barboſ. d. loco, num.* 43.

29 Niſi velit Epiſcopus unire menſæ aut ſuæ, aut capitulari. Quæ nequidem tunc unire poteſt cum conſenſu ſui Capituli, nullâ obſtante conſuetudine contraria, quæ ut corruptela reprobatur. *in Clem. 2. §. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Ut enim nemo ſeipſum inſtituere poteſt in Eccleſiaſtico beneficio, *c. fin. de inſtit.* aut factum ſuum authorare poteſt Oeconomus, *can. hic uſus. in fin.* 10. *qu.* 2. aut tutor: *l.* 1. *l. papian. ff. de auctor. tutor.* ita nec Epiſcopus poteſt ſibi in facto proprio eſſe author *Gloſſ. in d. Clem.* 2. *§. fin. Alex. conſil.* 79. *circa primum. vol.* 1. *Petr. Gregor. d. loco, num.* 6.

30 Nec poteſt Epiſcopus unire omnia ſuæ diœceſeos beneficia. *Card. Mandrad. conſil.* 262. *num.* 2. Sic cenſuit teſte Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 63. S. Congregatio Concilii *ſuper ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. *Concilium non decernit, ut omnia beneficia ſimplicia uniantur Seminario, ſed aliquot, ideo unio facta omnium beneficiorum non valet, ut alias decrevit Congregatio.*

31 Quamvis plures Eccleſias & beneficia poſſit unire uni. *Cacialup. art.* 4. *quæſt.* 12. *Garcias d. loco, num.* 64.

32 Poteſt etiam Epiſcopus Eccleſiam exemptam unire exemptæ, non verò non exemptam exemptæ. Tum enim Summi Pontificis dilucidatur auctoritas, *not. in* 1. *fin. de confirm. utili vel inutili. Dartis d. loco, verſ. excipitur etiam.* Fieret enim Epiſcopo præjudicium; cum per unionem videatur fieri alienatio. *d. c. fin. de reb. Eccleſ. alien. Petr. Gregor. d. loco, num.* 9. *in fin.*

33 Archiepiſcopus unire poteſt in ſua diœceſi, non etiam in Suffraganei, niſi cum ejus conſenſu. *c. ſicut. de exceſſib. Prælat. Petr. Gregor. d. loco, num.* 6. Quia non licet ei, niſi in caſibus à Jure expreſſis, auferre vel minuere Epiſcopalem authoritatem. *c.* 1. *in fin. de foro compet. in* 6. *Dartis d. loco, verſ. Archiepiſcopus.*

Lega-

Legatus à latere, qui Episcopo est major, & potest omnia in sua 34
provincia, quæ Episcopus in sua diœcesi, *c. 1. & 2. de offic. Legat. vid. tract. nostr. de person. Eccles. eod. tit.* potest ex caussa rationabili & legitima unire beneficia suæ provinciæ, sed non nisi ea quæ conferre potest. *Rota decis. 459. in antiq. Abbas. in c. fin. de confirm. util. vel inutili. & ibi Dec. à num. 19. Abb. in c. sicut unire. num. 5. & 6. de excessib. Prælat. Garc. d. loc. num. 65. post alios, quos allegat.* Quæ illa sint vide supra *lib. 2. tit. 3. de offic. Legati Summi Pontificis.*

In potestate uniendi succedit Capitulum Sede vacante. *Caccia-* 35
lup. art. 3. qu. 6. Rebuff. tit. de union. num. 36. Petr. Greg. d. loc. num. 8. Zerola. in praxi Episc. 1. part. verb. unio. §. 11. Garc. d. loco. num. 67. dummodò ex beneficiis nihil depereat, quod ad jus pertineat Episcopale. *sec. Lapum. Zabarell. Imol. ad Clem. 1. §. ad hoc. de statu Monachor. fac. not. in c. un. de major. & obed. Petr. Gregor. d. loco. Barbos. d. l. num. 57.*

Episcopi vicarius Generalis unire beneficia non potest, *sine spe-* 36
ciali mandato. Mar. Socin. in d. c. sicut unire. art. 3. num. 43. cum seqq. Rebuff. d. tit. num. 37. Cuchus. lib. 2. Inst. Major. tit. 8. num. 106. Petr. de Perus. d. tract. de union. c. 4. num. 32. etiamsi ei conferendi facultas data sit cum clausula generali; *Et ad omnia alia speciale mandatum requirentia.* Ea enim non extenditur ad expressis majora. *c. qui ad agendum. de procurat. in 6. Clem. 2. eod. Paris. cons. 4. num. 1. & 2. vol. 4. Sbroz. de Vicario Episcopi. lib. 2. qu. 115. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 153. Diss. Mohedan. decis. 3. de offic. Vicarii. Hieron. Gabriel. cons. 300. num. 3. lib. 1. Gambar. de offic. Legati lib. 5. rubr. 1. num. 115.*

Prælati Episcopo inferiores, etiamsi conferendi habeant facul- 37
tatem, unire non possunt; nisi hoc eis competat vel ex privilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo: *d. c. sicut unire. & ibi Abbas. num. 3. & Alexand. de Nero in addit. & d. Clem. 1. §. adhæc. & ibi Gloss. verb. ordinarios. de statu Monachor. & ibi Imola. num. 31. & Bonifac. num. 8. Gloss. in Clem. 2. verbo Episcopum. de reb. Eccles. non alienand. & ibi Imola num. 9. Bonifac. in princ. num. 12.* vel jurisdictionem habeant Episcopalem. *Abb. in d. c. sicut unire. num. 3. & ibi Mar. Socin. sen. art. 3. num. 41. cum seq. Caccialup. d. qu. 7. Barbos. d.*

lib. 3. cap. 16. num. 59. Garc. d. loc. num. 72. Petr. Gregor. d. loco num. 7. Dartis d. loco verſ. Abbates. Et ſic cenſuit S. Congregatio ſup. Concilii Tridentini. *cap. 5. ſeſſ. 21. de reformat. & cap. 13. ſeſſ. 24.*

38 Reges & Principes uniones facere non poſſunt, niſi conſentiente Eccleſiaſtico Principe. Sic Hamburgenſis & Bremenſis Eccleſiæ à Ludovico Ludovici Pii filio, accepto Apoſtolicæ Sedis mandato fuere unitæ. *Chronicor. Slavor. lib. 1. cap. 5.*

39 Animadvertendum ita demum beneficiorum valere conjunctionem & eſſe efficacem, ſi fiat ex juſta cauſſa. Ut enim una Eccleſia vel Epiſcopatus, vel beneficium ex cauſſâ dividi poteſt in plures; *c. audientiam. 1. de Eccleſ. can. multis. can. præcipimus. 16. qu. 1.* ſic eam rebus ſuadentibus plures conjungi poſſunt cum una. *vid. Jus noſtr. Canon. per Aphoriſm. ſtrictim explicat. hoc tit.* Cum contrariorum eadem ſit diſciplina. *Lancellot. Inſtit. jur. Canon. lib. 2. tit. 19. eod.*

40 Res hoc ſuadere cenſetur, ſi aut *neceſſarium*, aut *utile. c. exposti. 33. §. ſi evidens. de præbend. & dignit. Rebuff. tit. hoc. num. 38. Garc. de benef. part. 2. cap. 2. num. 108. Barboſa. d. lib. & cap. num. 37.* Id enim à ratione valdè alienum, & canonibus Pontificiis contrarium, ut abſque gravi & cauſſâ & neceſſitate, duabus Eccleſiis præficiatur unus aut duobus in Eccleſia fungatur muneribus: *c. cum non ignores. eod.* ac multòmagis ut duas Eccleſias ad unam redigendo, divinus cultus aliquod recipiat detrimentum. *Duaren. d. loc. in fin.*

41 *Neceſſarium* eſt fieri unionem, 1. Si duæ Eccleſiæ, vel præbendæ tenues ſint adeò, ut ad victum duorum Rectorum non ſufficiant; niſi aliud obſtet. *can. unio. 10. qu. 3. can. poſtquam. 16. qu. 1. Clem. un. in agro. §. ad hæc. de ſtatu monachor. c. eam te. 4. in fin. de ætat. & qual. ordin. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.* An ſufficiant, Superiori relinquitur arbitrio. *Gloſſ. in Auth. præterea. Cod. Unde vir & Uxor. Barboſ. d. loco num. 38.* 2. Si propter hoſtium incurſus & terrores, vel etiam crebras infeſtasque hoſpitationes, Eccleſia altera ſit deſtructa vel deſolata. *d. can. poſtquam. c. 2. de relig. domib.*

42 *Utile* eſt; Si id locorum opportunitas, vel temporum qualitas expoſcat; *can. & qualitas. can. poſtquam. 16. qu. 1.* ut ſi Eccleſiæ adeò invicem vicinæ, ut facilè unus Sacerdos ſufficere poſſit omnibus; *can.*

can. & temporis. 16. *qu.* 1. Si unius aut omnium populus sit oppidò factus infrequens. *d. can. & temporis.* Si propter fructuum tenuitatem ad beneficium procurandum non inveniantur Sacerdotes idonei. *d. c. exposuisti c.* 1. *ne Sede vocante. fac. can. unio.* 10. *qu.* 3. *Rebuff. d. tit. de union. num.* 39. Si per unionem divinus augetur cultus. *c. ex parte de constit. Sanchez. in præcepta Decalogi. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 161. *in fin.*

Ex quibus patet, in Unione facienda causſæ requiri cognitionem. 43
Sanchez. d. loco.

Præter eam Regula Cancellariæ 12. *quæ est de Unionibus; requi-* 44
rit duo.

Primum; Ut beneficii, tam quod uniendum est, quam ejus, cui ut uniantur, postulatur, exprimatur valor secundum æstimationem communem. *Deindè*, Ut is à quo petitur Unio, committat ad partes, idest, ad locum in quo facienda Unio; quia in eo beneficia quæ sunt unienda, sunt sita, vocatis iis quorum interest: *d. Clem.* 1. *§. ad hæc. de statu Monach. Hoiedan. de incompatibil. benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *vers. secundum quod. Garcia d. cap.* 2. *num.* 23.

Quæ tamen regula loqui tantum videtur in casu, quandò petitur 45
Unio: Sed aliquandò ea fit ex certa Superioris scientia & motu proprio; & eo casu si fiat ab Episcopo, eadem solemnis & diligens est adhibendus tractatus, qui in perpetuis desideratur concessionibus; *c. nonlicet. de reb. Eccles. alienand. vel non c.* 1. *dudum. eod. in* 6.

Proindè adhiberi debet Capituli consensus; *ut supra diximus.* 46
Quem tamen sufficit postea accedere; *arg. text. c. cum vos. de his quæ sunt à Præl. sin. cons. Cap. & c. curam. de Jure patron. Boer. decis.* 345. *num.* 3. & 4. *Rebuff. d. praxi benef. reg.* 21. *Cancellar. de union. Gloss.* 15. *num.* 20. *& seq. Garc. d. loc. num.* 147. ita tamen ut Unio valeat, ut ex nunc, non ut ex tunc. *Interpr. in d. c. dudum.* 1. *Dartis. d. loco vers. superest. in med.*

Consensum ejus interveniſſe ex temporis præsumitur diuturnita- 47
te. *Garc. d. cap. num.* 178. *cum seqq. per Felin. in c. Albericus. num.* 4. *de testib. & in c. illud. num.* 6. *de præsumpt. &c. sicut.* 29. *& seq. de re judic.*

48 Unione per Papam factâ, ſi aliquid ex ſolemnibus fuerit omiſſum, ipſe ex certa ſcientia ſupplere poteſt defectum. *Dartis d. loco.*

49 Quod tamen non recipitur in Galliis; ubi, teſte Rebuffo *d. loc.* ab unionibus ſine cauſæ cognitione, à quocunque factis, appellatur tanquam ab abuſu; ſolentque eæ pronunciari nullæ & irritæ, tempore habitâ ratione nullâ; non enim poteſt abuſus præſcribi.

50 Quin etiam Concilio Conſtantienſi eſt decretum *ſeſſ. 24. cap. 2.* ut ſi uniones non fuerint ex veris & rationabilibus cauſſis factæ, revocentur ad eorum quorum intereſt querelas; licet Apoſtolicæ Sedis authoritate ſint munitæ.

51 Concilio verò Tridentino *ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 24. cap. 23. & ſeſſ. 25. cap. 9.* jubetur ut cauſſæ coram Ordinario verificentur, vocatis quorum intereſt; alioquin præſumantur obtentæ per ſubreptionem: ſed additur, niſi declaraverit aliud Summus Pontifex.

52 Intereſſe autem intelligitur præcipuè ipſius Epiſcopi: Quoniam ei auferturin perpetuum jus conferendi Eccleſiam uniendam, vel tantam. *d. c. ſicut unire. de exceſſib. Prælator.* Deinde Capituli; cujus, ut diximus, intervenire debet conſenſus: *Barboſ. d. loco. num. 42. & alios ibi alleg.* Audiendæ quoque ſunt quælibet perſonæ Eccleſiaſticæ, contradictionis emittentes vocem: *c. ſi quis Presbyterorum. de reb. Eccleſ. alien. vel non.* Imò & plebs ipſa; ſi cauſſam juſtam Unionem impedientem allegat. *Rebuff. 1. d. praxi benefic. reg. 21. Cancell. ad hoc Gloſſ. 11. num. 11. & 12. Hoieda d. part. 2. cap. 3. num. 9. Garc. d. cap. 2. num. 219. Barboſ. d. loco num. 41. Dartis d. loco. verſ. deinde interſ.* alias non. *Dicti Dd. dd. locis. Boer. deciſ. 345. num. 4.*

53 Non requiritur conſenſus Rectoris aut poſſeſſoris beneficii, aut ſi vacet, illius Defenſoris; ſed poteſt Epiſcopus, eis non citatis, facere unionem. *Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Rebuff. d. Gloſſ. 11. num. 8. Hoiedan. d. cap. 3. num. 9. verſ. ſed utrum. Cochier. in reg. 20 Cancell. de union. num. 28. Garc. d. cap. 2. num. 214. cum ſeq.* Fit enim ea ſine eorum præjudicio; *Dart. d. loco. verſ. ult.* Eò quod unio ſub non fortitura effectum, donec ipſe morte vel modo alio dimiſerit beneficium. *c. conſultationibus. 4. de donation.* Nec conſiderandum multum unionem impedire, nè poſſeſſor, &c. cum alio permutare, vel

vel in gratiam alterius, beneficio renunciare queat; propterea que generare ei videatur præjudicium: quia hoc consideratione non dignum: Quippe cum permutatio & resignatio illa, à Superioris pendeant voluntate, & beneficia comparandi modi sint extraordinarii, cedere illud præjudicium debet utilitati communi. *Rebuff. d. Gloss.* 11. *num.* 9. & 10. *Hojedan. d. cap.* 3. *num.* 9. *Azor. Inst. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 11. *Barbos. d. loc. num.* 41.

Omninò requiritur consensus Patroni sive Ecclesiastici, sive Laici; ac Inferioris Collatoris & Electorum, *d. Clem. un. §. adhæc. de statu Monach. Concil. Trident. d. sess.* 24. *de reformat. cap.* 15. *Boër. decis.* 345. *num.* 4. *Barbos. d. loc. num.* 44. 54

Invalida ergò erit Unio: 1. Si non citati ii, quorum interest: 2. Si non præmissa causæ cognitio: 3. Si beneficii uniendi valor non expressus. *Barbos. d. loco num.* 51. *per ante dicta.* 55

Sustinenda, donec probetur contrarium, videtur Unio, si Uniens dicat se causæ adhibuisse cognitionem, & solemnitates requisitas, causasque reperisse veras: etiamsi processerit parte non vocata; *Garcias d. cap.* 2. *num.* 121. 261. *Barbos. d. loco num.* 51. 56

Ex falsa causa facta servatis cæteris solemnitatibus, si Unio ab Ordinario; non, ut volunt aliqui *Abb. in d. c. sicut unire. num. & cons.* 107. *num.* 7. *vol.* 1. *Boer. d. decis.* 345. *num.* 1. *in fin. Hojedan. d. cap.* 3. *num.* 16. *d. Garcias post alios d. loco num.* 113. est ipso jure nulla, sed irritanda venit ope exceptionis: *Mar. Socin. sen. in d. c. sicut unire. art. ult. qu.* 2. *num.* 144. *Rebuff. d. reg.* 21. *Gloss.* 5. *in fin. & Gloss.* 6. *cas.* 2. *Rota decis.* 168. *nota quod falsitas causæ. in antiq. Petr. Gregor. d. loco. num.* 13. est si facta à Summo Pontifice: *Millis in repertor. verb. unio. num.* 6. *in princ. Rebuff. d. reg.* 21. *d. tit. Gloss.* 5. *in fin. Bellam. decis.* 617. *Cassad. decis.* 1. *in fin. de union.* etiam mortu proprio. *Cardin. cons.* 96. *Socin. sen. cons.* 1. *num.* 7. *vol.* 3. *Felin. in c. ad aures. de rescript. num.* 9. *vers. & pulchre. & in c. caussam. num.* 3. *de testib. aliique alleg. per Garc. d. loc. num.* 116. *Sanchez. d. cap.* 29. *num.* 176. Quia semper in Pontificis rescriptis intelligitur clausula; *Si preces veritate nitantur. c.* 2. *de rescript.* 57

Ex hactenus dictis patet *Unionem* esse quid facti & odiosam, non 58

ergò præſumendam, ſed probandam eſſe ab eo qui factam eſſe aſſerit *l. actor. 23. Cod. de probat. Oldrad. conſ. 261. Dec. conſ. 275. Dian. d. loc. in fin. Maſcard. de probat. concl. 1418. num. 1. & 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 80. num. 1. Garc. d. loc. 224.*

59 Probatur: 1. Per Unionis inſtrumentum, ſeu litteras: *Maſcard. concl. 587. num. 1. Zerola d. prax. Epiſc. part. 1. verbo, unio. §. 3. cit. per Garciam d. loco num. 226.* 2. Per tempus immemoriale: *Garc. d. loc. num. 231. per Dd. ibi alleg.* 3. Per inſtrumentorum antiquorum, ad minimum duorum verba enuntiativa, procedentia ab iis qui unionem facere poterant: *Mantic. deciſ. 355. num. 6. deciſ. 353. num. 7. Barboſ. d. loco. num. 62. poſt Garc. d. loc. num. 248. cum ſeqq.* 4. Per teſtes de publica voce & fama. *Rota deciſ. 626. num. 4. par. 1. & deciſ. 724. num. 4. parte 2. recent. Ferentill. in annot. ad deciſ. 660. num. 7. Barboſ. d. loc. num. 65.* 5. Per diſmembrationem: quæ præſuppnit Unionem, *Oldrad. conſ. 296. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 53. Barboſ. d. loco. num. 64.*

60 Unio ut ſubſiſtat, nec revocari poſſit, debet ſecundum regulam duodecimam Cancellariæ ſortita eſſe effectum.

61 Illum cenſetur ſortita, *ſec. d. reg. & Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 6. & ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* ſi capta poſſeſſio. Quod ſi non factum, revocatur, poteſtque ſuccedente vacatione de beneficio tanquam verè vacante provideri legitimè; *Cochier. in d. reg. 12. num. 21. Hojedan. d. tract. part. 3. num. 21. Garc. d. cap. num. 250. cum ſeq.*

62 Non tamen procedit illa regula; In Unionibus factis ex cauſſa neceſſaria, puta ex cauſſa dotis pro beneficii erectione: *Garc. d. loc. num. 283. cum ſeqq. Valenzuel. conſ. 22. num. 55. cum ſeq. Barboſ. d. loco, num. 66.* pro augmento dotis ad divini cultus ſuſtentationem neceſſario: *Marc. Ant. Genuenſ. in pract. Eccleſ. qu. 440. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 7. num. 49. Garc. d. loc. verſ. & ſicet.* Nec obſtantis auctoritate Concilii Tridentini: *Flamin. de reſignat. lib. 2. qu. 9. num. 18. cum ſeq. Gonzal. d. Gloſſ. 5. §. 7. num. 46. cum ſeq.* Nec facit ſi cauſa onerosa, in recompenſam. *Gonzal. d. loc. num. 50. Garc. d. loc. num. 297.*

Diffi-

Dissolvere uniones possunt hi, qui eas facere, Ac Legatus & 63
Episcopus non tantum à se factas, sed & à Summo Pontifice ex potestate ordinaria celebratas; non absolutæ potestatis auctoritate factas; nec & Cathedralium Ecclesiarum, nec beneficiorum exemptorum: *Rebuff. d. praxi tit. de revocat. union. num. 21. Cuchus Inst. Jur. Can. lib. 1. hoc. tit. vers. dissolvere.*

Possunt hoc multis ex caussis; Veluti, qnando per Unionem 64
tollitur hospitalitas; religionis fit dissolutio; *d. c. novit ille. 1. Ne Sede vacant. quid innovet.* quando cessat caussa propter quam facta; ut si desierint Ecclesiæ esse pauperes; *c. cum Martinus. de constitut.* si incipiat nocere Ecclesiis; *c. suggestum de decim.* quando facta per Simoniam. *vid. Rebuff. d. tit. Dartis d. loco. in fin.*

Ad revocationem hanc caussæ requiritur cognitio, & Capituli 65
consensus, ac vocatio Defensoris. *Azor. d. lib. 7. cap. 29. qu. 5. & 6. Garc. d. loc. num. 307.*

Revocatione factâ omnia in antiquum redeunt statum. *Petr.* 66
de Perusio de revocat. union. cap. 5. num. 1. usque ad 12. Rebuff. d. loc. num. 38. Garc. d. loc. 67. in fin. Cuchus d. loc. vers. ult.

TITULUS XI.

De Fiduciis, seu Commendis Ecclesiarum.

SUMMARIA.

1. *Commenda quid.*
2. *Ejus origo antiqua.*
3. *Commendatarii, an Custodis jus fuerit majus.*
4. *Commendæ pernitiosæ factæ.*
5. *Exagitant eas Interpretes.*
6. *Commendæ hodie vel sunt Temporales, vel Perpetuæ.*

7. *Illæ*

7. *Illæ quando fiant.*
8. *A quibus fieri hæ poſſint.*
9. *Non ultra ſex menſes.*
10. *Quæ hic Concilii Tridentini correctio.*
11. *In illis Vicarii deputatio ad quem ſpectet.*
12. *Quæ earum vis.*
13. *Commenda perpetua, quæ.*
14. *Eam concedit ſolus Papa: Et Quare.*
15. *Eſt ea Titulus Canonicus.*
16. *Diplomatis Pontificii formula.*
17. *Quæ hinc inferantur.*
18. *Commendatarius perpetuus quam habeat auctoritatem.*
19. *Moriente eo, Beneficium redit ad primam naturam.*
20. *A dictis Commendis diverſæ ſunt Commendæ Militares,*

INter modos ordinarios quibus Beneficia acquiruntur, ſunt & *Commenda* & *Triennalis poſſeſſio.* De quibus nunc, ordine videndum.

1 *Commenda,* eſt Eccleſiæ cuſtodia alicui commiſſa. *Glo. in c. nemo deinceps. de elect. in 6.*

2 Origo ejus antiqua. Priſcis enim temporibus cum Eccleſiæ vacanti Paſtor idoneus ſtatim non poterat præfici, interim ut ea mala incommoda, quæ ἀναρχία parit ut plurimum, evitarentur, ſolebat Eccleſia vacans commendari & committi Viro alicui probo, qui usquam tutor quiſpiam aut procurator actus ſui redderet rationem. Is non erat Eccleſiæ paſtor, conſtituebaturque tantum ad tempus. *c. conſtitutum. 7. qu. 1.* Qua de cauſſa poterat & Eccleſiæ alterius Miniſtro mandari hæc curatio & adminiſtratio. Non enim contra Pontificios canones duabus videbatur præfici Eccleſiis, aut transferri ab una ad aliam, cum unius Eccleſiæ eſſet paſtor perpetuus, alterius vero ita

stos temporarius: *can. Clericum. can. qui plures.* 21. *qu.* 1. *can. obitum.* 16. *can. Catinenſis.* 17. *diſt.* 61. *c. dudum.* 2. *de elect.* & eo modo accidebat, ut unus idemque duas haberet Eccleſias, unam Intitulatam, aliam Commendatam.

Commendatarii tamen jus, *Cuſtodis* jure erat majus. Erat enim 3
Procurator & in ſpiritualibus & temporalibus, &, præter bonorum immobilium alienationem, & quæ conſecrationis exigunt miniſterium, poterat omnia; *c.* 11. *cui de elect. in* 6. Proptereaque perindè acis qui Titulum habet, ex beneficii Commendati reditibus faciebat ſumptus, ſubminiſtrabat alimenta, Eccleſiæ perſolvebat debita; *Archidiacon. in can. qui plures.* 2. *qu.* 21. cum hæc omnia Cuſtodi eſſent denegata. *Dartis tract. de benefic. ſect.* 6. *cap.* 8. *verſ. ad beneficia. in fin.*

Verum res longè utiliſſima, ad conſulendum Eccleſiis vacanti- 4
bus inventa & excogitata, tandem in ipſarum converſa eſt perniciem & peſtem. Cœpit enim per eam viam de vacantibus Eccleſiis provideri iis, quibus non licebat per canones; veluti ut quis contra canones duabus præficeretur Eccleſiis; ut cum beneficia ſæcularia ſæcularibus, regularia debeantur regularibus, poſſit regulare in Commendam dari Seculari, vel ſeculari Regulare; vel cum patienti ætatis defectum datur beneficium in Commendam; denique quoties in eo, cui conferendum eſt aliquod beneficium, juris aliquis eſt defectus, illud Romanæ Curiæ moris eſſet ſolet, ut ei detur beneficium in Commendam. *Dartis d. loco. verſ. ſed quæ. vid. Gambar. de offic. Legati. lib.* 4. *rubr. de poteſt. Legati in commendando benef. qu.* 21. *num.* 57. *Campeg. de commend. benefic. num.* 7. *Rebuff. de pacific. poſſeſſor. tit. de commenda. num.* 7.

Quod genus Commendarum multis modis Interpretes impro- 5
bant & exagitant: docent ex eo Eccleſiæ multa evenire mala: *Dartis d. loco. Duar. de benef. lib.* 5. *cap.* 7. *Petr. Gregor. in Enarrat. ad tit. Decret. de reſcript. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. Nos judicium noſtrum ſuſpendimus hic; relinquimus judicium perpendendum Pontificibus Sum-

mis, & Commendarum Collatoribus, & conſcientiæ caſus exagitantibus. Conſiderabimus Commendæ naturam hodiernam.

6 Eſt ea duplex; *Temporalis* vel *Perpetua*; ſeu altera in Eccleſiæ, altera in Commendatarii utilitatem; cum facultate diſponendi de fructibus, ſicut verus Beneficiatus. *Zech. de benef. & perſ. cap. 7. Jacobat. Graſſis. in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 97. Garc. de benef. part. 4. cap. 4. num. 7. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 8. num. 11. Barboſ. Jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 9. num. 1.*

7 *Temporalis* fit, quando alicui datur beneficium in cuſtodiam adminiſtrationemque ad tempus, ad Eccleſiæ utilitatem. Qui, cum commendare nihil aliud ſit quàm deponere. *l. commendare. ff. de verb. ſignif. l. Lucius. 24. ff. depoſiti. can. ne quis arbitretur. 22. qu. 2.* Depoſitario fit ſimilis. *Gloſſ. in d. can. ne quis arbitretur. verb. commendare: verſ. idem eſt quod deponere. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 59. num. 10. & d. lib. 3. cap. 9. num. 4.* Excepto eo quod, contra quam depoſitarius, ſibi ex fructibus conferat alimenta & expenſas, idque in temporarii regiminis & gubernii retributionem. *Archidiac. in d. can. qui plures. num. 1. Rebuff. d. tit. num. 3. Rota deciſ. 772. ſub num. 3. verſ. eo quod magis. part. 2. recent. Latr. d. loc. num. 117.*

8 Fieri hoc poteſt ab Epiſcopo, *ſec. c. nemo. deinceps. de elect. in 6.* non Eo inferiore, *Domin. in c. nemo. de elect. in 6. num. 14. & ibi Franc. num. 8. Felin. in c. auditis. num. 12. de præſumpt. Corraſ. de benefic. 1. part. cap. 6. num. 3. Gambar. d. tract. lib. & rubr. qu. 21. à num. 165.* niſi quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem habente: *Flores de Mena cur. lib. 2. qu. 24. num. 16. Tambur. de Jure Abbatum. tom. 1. diſp. 4 qu. 1. num. 8. & 9. Garc. d. loco. num. 11. & 12.*

9 Sed non ab utroque ultra ſex menſes. *d. c. nemo deinceps. de elect. in 6.* Niſi Eccleſiæ neceſſitas vel utilitas duret diutius. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 8. num. 35. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 8. qu. 7.*

Quod

Quod per Concilium Tridentinum correctum, declarante Sa- 10
ere Congregatione, hisce verbis; *Commendæ, quæ ad sex menses in Ecclesiis curatis fieri poterant ab Ordinariis, juxta c. nemo. de elect. in 6. amplius, post Concilium, locum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius ad formam. cap. 18. sess. 24. Garcias d. loco. num. 15.*

Ejus Vicarii deputatio, donec providentur de Rectore, spectat 11
semper ad Episcopum diœceseos, in quâ est Parochialis. *Leo in Thesauro Fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18. num. 52. Barbos. d. lib. & cap. num. 9. & 10.*

Sed in istis Commendis temporalibus adest Titulus nullus, nec 12
datur jus in re, nec jus ad rem, & semper revocari possunt; *Gomes. ad reg. Cancell. de non tollendo jure quæsito. qu. 4. num. 22. Gonzal. d. Gloss. 5. §. 8. num. 37.* etiam intra semestre: *Gloss. in can. qui plures. 21. qu. 1. & c. si constiterit. de accusat. Gare. d. loc. num. 53. Barbos. d. loc. num. 12. cum aliis seqq.*

Perpetua Commenda est, quæ concedi solet in favorem certæ per- 13
sonæ cum facultate disponendi de beneficio ut verus beneficiarius. *Flamm. Paris. post alios. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 17. num. 8. Lotter. d. tract. lib. 1. qu. 17. num. 10. cum seqq.*

Eam concedit solus Papa. *Æneas de Falcon. tract. de reservat.* 14
qu. 3. num. 11. Gambar. d. loco. num. 162.

Quare supra propalatum. Meritò talem Commendam appel- lant Mandos. *ad reg. Cancell. 33. qu. 30. num. 3. Gonzal. d. Gloss. 5. §. 8. num. 6.* aliique dispensationem palliatam ad obtinendum aliquod beneficium aliàs obtineri prohibitum.

Est ea titulus Canonicus, *c. dudum. il. 2. de elect. d. can. si plures.* 15
21. qu. 1. Gonzal. d. gloss. 5. §. 8. num. 2. parumque aut nihil distat ab aliis beneficiorum provisionibus. *Gonzal. d. loc. num. 3.*

Quod ostendit conceptio formulæ ejus in Diplomatibus Pontifi- 16
cis. Quæ solet esse hujusmodi; *Ut commodius opera sustentare valeas,*

de alicujus ſuſtentationis auxilio providere cupientes, tale beneficium auctoritate Apoſtolicâ concedimus, & commendamus, ac providemus, ſic, quamdiu vixeris, obtinendum & poſſidendum, ita quod durante Commenda hujuſmodi de fructibus, ac redditibus ipſius diſponere & ordinare valeas. &c. Rebuff. d. lit. num. 82.

17 Ex quo inferuntur hæc: I. Regulas Cancellariæ, loquentes de beneficiis & ſibi vindicare locum in Commendis perpetuis: *De Regula, de infirmis reſignantibus teſtantur hoc Gomes. ibid. qu. 13. Gonzal. d. Gloſſ. 5. §. 8. num. 13. De regula de publicandis reſignationibus; Gomes. ibid. qu. 3. Gonzal. 3. §. num. 6. De regula de idiomate; Gomes. qu. 7. Gonzal. num. 21. Mandoſ. 32. qu. 7. num. 14. De regula. De triennali, Gomes. ibid. qu. 5. num. 10. cum ſeqq. Gonzal. d. loco num. 22. De regula; De veriſimil. notitia; Gomes. ibid. num. 4. Gonzal. num. 23. De regula; De beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias & monaſteria. Gonzal. d. loc. poſt num. 32. Rota deciſ. 791. num. 8. cum ſeqq. part. 1. diverſ.* II. Commendas perpetuas eſſe irrevocabiles: *Gomes. in reg. de publicandis. qu. 4. Rota deciſ. 791. num. 11. part. 2. diverſ. Gonzal. d. §. num. 29. & 33.* III. In alterius beneficii impetratione, ut gratia ſit valida, mentionem debere fieri de tali Commenda. *Gonzal. d. §. num. 17.* IV. Talem commendam requirere qualitates legitimas, permittit ut verum beneficium: *Gonzal. d. §. num. 3. Caputaq. deciſ. 127. num. 3. part. 1.* V. Incompatibilitatem operari inductam *c. de multa. de præbend. & Extrav. Execrabilis. eod. Hojeda. de incompatib. benef. part. 2. cap. 14. à num. 16. Gonzal. d. §. num. 20.* Sed hodie, vi Concilii Tridentini, *ſeſſ. 7. de reform. cap. 4.* ſic ſtatuentis: *Quicunq; de cætero plura Curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica ſeu per viam unionis ad vitam, ſeu Commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo contra formam Sacrorum Canonum, & præſertim Conſtitutionis Innocentii III. quæ incipit: De multa, recepta inſimul. retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis juxta ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem ipſo jure, etiam præſentis canonis vigore, privatus exiſtat.* Cum ante illud eſſet receptum, poſſe quem unum beneficium habere in titulum, alterum

alterum in Commendam: ut jam admonuimus. *vide Barbos. d. lib. & cap. num.* 35. VI. Commendas has, si fiant pretio, pertinere ad Simoniæ materiam. *Suarez. de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simonia. Bonacina de Simonia disp.* 4. *num.* 14. *Sebast. Cæsar. in relict. de Eccles. Hierarchia part.* 3. *disp.* 14. §. 7. *prope fin.* VII. Commendatarios perpetuos haberi pro Titularibus; Juraque loquentia de hisce, & locum habere in illis. *Rebuff. de pacif. possess. num.* 42. *vers. & sic Mandos. reg.* 32. *qu.* 7. *num.* 8. 9. 10. *&* 11. *Gonzal. d.* §. *num.* 7. *Flam. Paris. d. tract. de resignat. benefic. lib.* 2. *qu.* 17. *num.* 13.

Habet Commendatarius perpetuus in temporalibus & Spiritualibus potestatem liberam: *Rebuff. d. loc. num.* 41. potest præsentare, eligere & conferre: *Rebuff. d. tit. de commend. num.* 62. *Gonzal. d. Gloss.* & §. *num.* 14. super fructibus beneficii commendati transigere: eos vendere: *Rebuff. d. tit. de pacif. possess. num.* 40. *Gonzal. d. loco num.* 19. cum alio beneficio, dato in titulum, permutare: *c. fin. de rer. permutat. Petr. de Perusio de rer. permutat. num.* 9. *Gonzal. d. loco, num.* 24. etiam in favorem resignare: *Flam. Paris. d. qu.* 17. *Gonzal. d. loc. num.* 25. tenetur, ut quilibet alius Beneficiatus, narrativam verificare: *Puteus decis.* 253. *lib.* 9. canonicas preces servare, *Vasqu. in opusc. de benef. cap.* 4. *art.* 1. *dub.* 3. *Bonacin. de horis Canonic. disp.* 1. *qu.* 2. *punct.* 4. *num.* 3. *Bonart. de observat. horar. Canonic. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. 18

Commendatario hoc moriente, beneficium revertitur ad primam naturam. *Frederic. de Senis in tract. permut. cap.* 15. *Gomes. ad reg. de verisimili notitia. qu.* 6. *Petr. Gregor. d. loc. num.* 5. *circa fin. Rusa tract. de Commend. qu.* 6. 19

Cum dictis Commendis perpetuis non confundemus Præceptorias seu Commendas Ordinis Militum Hospitaliorum S. Joannis Hierosolymitani, vel Ordinum aliorum, ut S. Antonii. Habent enim hæ beneficii regularis naturam propriam, & conferuntur personis 20

Ordinis tantum. *Staphilæus in 8. forma gratiar. exſpectativar. Gregor. d. loco num. 6. in fin.*

TITULUS XII.

De Triennali Poſſeſſione.

SUMMARIA.

1. *Poſſeſſori pacifico Triennali non poteſt moveri controverſia.*
2. *Ex decreto Concilii Baſileenſis: poſtea approbato.*
3. *Is non eſt ſine Titulo.*
4. *Titularis eſt aut Juſtus aut Coloratus.*
5. *Juſtus triennali poſſeſſione non indiget, omnino Coloratus.*
6. *Hunc habere qui dicantur.*
7. *Qua dicantur poſſeſſores intruſi.*
8. *An colorato Titulo adverſetur c. 1. de Reg. jur. in 6.*
9. *Titulus coloratus qualis eſſe debeat.*
10. *Eum quando doceri teneatur poſſeſſor.*
11. *In eo non requiritur Bona fides.*
12. *Triennium quale eſſe debeat.*
13. *An currat agere impedito.*
14. *De eo proteſtari debet.*
15. *Qui poſt triennii ipſum agere poſſint.*
16. *Qui dicto Decreto non juventur.*

Poſſe-

POstremus modus obtinendorum Beneficiorum Jure Ordi- 1
nario, est *Possessio pacifica beneficii per triennium*, cum colorato titulo, vim justi & legitimi tituli habente. *tit. de pacific. possessor. in Pragm. sunt & in Concordatis Gall. & Reg. Cancellariæ. de Triennali Possessore.* Et enim ei qui beneficium triennio possedit, ne de proprietate quidem ac titulo ulla amplius moveri potest controversia.

Derevit hoc primum Concilium Basilienſe litium finiendarum 2
causſa, & nè, beneficiatorum jus perpetuò esset incertum: *arg. l. 1. ff. de usucap. & usurp.* & interim gregem Dominicam invaderet lupus rapax, *ut in simili dicitur in c. ne pro defectu. de elect.* Decretum illud postea in Regulas Cancellariæ est relatum, aut scribit Duarenus *tract. de sacris Eccles. Minist. lib. 7. cap. 12.* illud Romani Pontificis sunt æmulati.

Triennalis ergò *possessor* non est sine *Titulo:* id est, modo obti- 3
nendi beneficia.

Sed *Titulus* talis est duplex; aut *Justus*, aut tantum *Colora-* 4
tus.

Si *justus;* veluti si electus fuerit, aut postulatus ritè vel legiti- 5
mè, vel in beneficio institutus; ut titulus triennali possessione confirmetur, non est opus. Est, si sit tantum *coloratus*, id est, habeat tantum figuram & colorem Tituli.

Talem habere dicuntur; qui Titulum habent ab his ad quos be- 6
neficiorum pertinet dispositio; cæterum ex aliquo defectu accidit, ut coloratus is sit, non justus, aut potior; veluti; Si, cum in conferendi jure concurrerent plures, institutus ab eo qui præventionis jure non erat potior, possederit per triennium: Si facta fuerit Collatio ab eo cui nè conferret ab Executore erat interdictum: *c. si soli. de concess. prebend. in 6.* Si electio, vitium habens, fuerit facta ab eligendi potestatem habentibus: Si sine præsentatione Patroni Presbyter institutus fuerit in beneficio patronato, isque Patrono non contradi-

cente

cente poſſederit illud per triennium. *Dartis tract. de benefic. ſect. 1. cap. 19. Diſſ. Dd. & inter illos Gomes. ad d. reg. Cancell.*

7 Reliqui omnes, ſive habuerint Titulum ab iis qui conferendi non habent poteſtatem; *ut in c. ex frequentibus. de inſtitut.* ſive beneficia propriâ invaſerint auctoritate; *vid. c. eum qui de prabend.* ſive ſine ullo præcedente, aut falſo ſubnixi; poſſederint beneficia; ſive titulo, prius legitimè habito, privati, nihilominus retineant beneficia; ſive habeant quidem Titulum à conferendi poteſtatem habentibus, ſed interdictis, vel excommunicatis; dicuntur poſſeſſores violenti, aut intruſi. *c. cum dilectus. de purgat. Canon. Dartis d. loco. verſ. reliqui omnes.*

8 Videtur huic Colorato Titulo adverſaric. 1. *de Reg. Jur. in 6.* loquens; *Beneficium Eccleſiaſticum ſine inſtitutione Canonica obtineri non poteſt.* Ergò Non poſſeſſione triennali, aut colorato titulo. Non tamen adverſatur. Quia hic titulus pro juſta habetur & Canonica inſtitutione, nè lites ſuper beneficiis ſint immortales, ejuſque tituli defectus ſuppletur ex vi triennalis poſſeſſionis. Nec tamen proptera dicendum beneficium acquiri præſcriptione; Quoniam non ita acquiritur beneficium alterius, ſed vacans, quod, ut expoſuimus, habetur ex collatione Apoſtolica, vel ordinaria. *Dart. d. loco verſ. hinc titulo.*

9 Ut poſſidenti patrocinetur hic Titulus, coloratus debet eſſe ab initio poſſeſſionis talis, & manere per totum triennium talis: Nam ſi quis titulo incolorato beneficium poſſederit per biennium, deinde anno tertio titulus acceſſerit coloratus; puta quod illo anno ab Ordinario collatum fuerit beneficium; non juvabitur dicto Decreto. Ratio, Quia antequam haberet Titulum coloratum, violentus erat & intruſus: *Gloſſ. in verb. coloratus. in fin. tit. de pacific. poſſeſſor. in Pragm. ſanct.* Vel èconverſo; Si acciderit, ut per biennium poſſederit titulo colorato, poſtea verò hic titulus redactus fuerit in non-titulum; ut dicunt vulgò; quia fortè, *ut exemplum ponit Gomes. d. loc. cum re-*

nunc

nuntiationis esset color, accidit, ut renuntians mortem obierit, post semestre in possessione beneficii; contra *regulam Cancellariæ de publicandis resignationibus.* atque sic renuntiatio facta fuerit inanis; possessor, Decreti hujus de pacificis possessoribus auxilio, non poterit defendi. *Gomes. d. loc. Dart. d. loc. vers. porro.*

Colorato titulo, qui per triennium possedit pacifice, ad petitio- 10
nem adversarii titulum docere non tenetur: *fac. l. cogi.* 11. *Cod. de petit. hæred.* tenetur ad instantiam Judicis. *c. Ordinarii. de offic. Ordin. in* 6. *& d. tit. de pacif. possessor. in pragm. sanct. & ibi Gloss. verb. coloratus. & in Concordat. Gall.*

Non requiritur in eo, (ut in præscribente, *juxta c. fin. de præscri-* 11
ption.) bona fides. Quoniam is nunquam censendus est possidere fide mala, cum, ut dictum, non præscribat beneficium alterius, sed ex deserentis & non persequentis jus suum, negligentia, sibi acquirat jus in beneficio.

Triennium tamen oportet esse completum. *Gloss. in verb. trien-* 12
nio. d. tit. in pragm. Sanct. nec continuatur prædecessoris possessio, ut in præscriptionibus & usucapionibus, *l. Pomponius.* 13. *§. cum quis.* 1. *ff. de acquir. vel amitt. possess. l. ad tempus.* 14. *ff. de usucap. & usurpat.* ad Successorem in beneficio. *Gloss. in d. tit. verb. possedi. Zypæus in jure Pontif. nov. lib.* 2. *tit. de caus. poss. & propriet.* Quia in beneficiis nulla est vera successio; cum is, cui mortuo vel ejurante altero confertur beneficium, nullum ab eo accipiat jus, sed potius ab Antistite conferendi potestatem habente: *ut supra docuimus.* Et quia in beneficiis nunquam præscribitur Titulus. *Gloss. in c. contingit. de dolo & contum. in verb. constituatur.*

Non currit impedito legitimè agere. *c. ex transmissa. de præscri-* 13
ption. can. 10. *si Sacerdotes. & can.* 13. *prima actione.* 16. *qu.* 3.

De impedimento protestari, protestationemque partibus intima- 14
re debet, juxta Concilium Viennense. *relat. in Clem. caussam electionis. de elect. d. tit. de Pacif. Possor. in Pragm. Sanct. & in Concord.* ut & de utraque facta scripto constare. *Gloss. in c. cupientes. vers. quod si per viginti dies. in verbo proposita. de elect.*

15 Carceratum tamen, vel adverſa valetudine, quæ rebus agendis impedimento, detentum, etiam poſt triennii lapſum, agere poſſe volunt Interpretes; *Gomeſ. d. loco, qu. 57. Rebuff. tract. de pacif. poſſ. num. 310. quos ſequit. Duar. d. loco. Dart. d. loco, verſ. hoc autem.* Quoniam hoc decretum, in negligentes tantum editum, non obligat ad impoſſibilia.

16 Nec juvatur hoc decreto, qui per triennium non fuit pacificus poſſeſſor; hoc eſt, controverſiam, ſive judicialem, ſive extrajudicialem, eſt paſſus ſuper beneficio: *Duar. d. loc. Dart. d. loco, verſ. pen.* nec adverſus in Galliis Jure Regaliæ ſibi beneficium deberi prætendentem. Huic enim tantum triginta annorum præſcriptio poteſt objici: *Gloſſ. l. tit. verb. coloratum. Duar. & Dartis dd. locis.* nec adverſus evincentem beneficium. *c. ſi beneficia. de præbend. in 6. Vid. except. plures apud Rebuff. d. tract. de pacific. poſſeſſ.*

LIBER SEXTUS.

TITULUS I.

De modis quibus acquirantur Beneficia Jure Extraordinario.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Modi extraordinarii ex conferentium personis sunt metiendi.*
3. *Qui sint.*

EXplicatis in præcedenti libro modis, quibus acquiruntur Beneficia *Jure Ordinario*, consequens, ut explicemus hôc modos, quibus eadem acquirantur *Jure Extraordinario.* 1

Metiendi ii ex conferentium personis. Quæ sunt Papa & Legatus à Latere, Beneficia vacantia in Diœcesi Ordinariorum sita conferentes; beneficia, cum vacatura, ut conferant, mandantes: Ea in eum casum sibi reservantes: Nominationes ad beneficia concedentes. 2

Modi ergo Jure Extraordinario acquirendi Beneficia, sunt: 1. Collatio Papæ extra Diœcesin; 2. Ejus Præventio; 3. Mandatum de providendo; 4. Reservatio; 5. Nominatio. De quibus omnibus tractabimus in hoc libro sexto. 3

TITULUS II.

De Collatione Papæ extra Diœceſin.

SUMMARIA.

1. *Papa quomodo conferat Beneficia.*
2. *Quæ ſuo jure.*
3. *Quæ extra ordinem.*
4. *Quomodo.*
5. *Eſt inter Signaturam & Bullam differentia.*
6. *Multiplex.*
7. *Quid ſervetur in Gallis.*
8. *Quæ debeant continere Bullæ.*
9. *Cui noceat eorum Reticentia.*
10. *Requiſita vel verſantur circa beneficium impetrandum, vel obtentum.*
11. *Quæ illa.*
12. *Quæ hæc.*
13. *Quid ſi ſint plures qualitates.*
14. *Dicta & extenduntur ad alia.*
15. *Reſcriptis ad Beneficia ſolent adjici Clauſulæ: Quæ?*
16. *Earum vis.*
17. *Unde in Reſcriptis earum deprehendatur falſitas.*
18. *Quæ regulæ ipſis ſoleant objici.*

1 PApa Beneficia vacantia vel *ſuo jure*; id eſt, *ordinario* conferт, vel *extra ordinem*.

2 *Suo jure.* 1. Beneficia ſuæ Diœceſeos: 2. Vacantia in Curia Romana; 3. Ab Ordinariorum poteſtate Exempta; *e. jur. devenunt.* 4. Adipſum devoluta. *Ut dictum ſupra.*

Extra

Extra Ordinem in Aliorum Diœcesi sita. In quorum Collatione ex plenitudine potestatis, ut diximus, concurrit cum Ordinariis. 3

Fit ea Collatio per *Signaturam* & *Bullas*, ut vocant. Quamvis enim Papæ gratia solo fieri possit verbo; *can. institutionis. 25. qu. 2. Clem. c. dudum. de sepult.* tamen cum secundum Romanæ Curiæ stylum gratia non expediatur, nisi per signaturam & Bullas, sunt hæ non tantum ad probationem Collationis & Tituli necessariæ, sed de ejus existentia. 4

Est inter *Signaturam* & *Bullam* differentia multiplex. 5

Signatura est, quæ conscribitur in papyro absque sigillo, continens in medio scriptæ supplicationem partis & Papæ concessionem: *Bulla*, fit in membrana plumbo finibus pendente. *Petr. Gregor. in syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 15. num. 11. vid. Rebuff. in praxi benef. tit. de signatura.* *Signatura* conscribitur verbis paucis; illud extenditur in *Bulla:* & sic signatura est veluti Breve: id est, compendium & scriptio contractior. *Sec. Zonaram in concil. Carthagen. art. 6.* Græcè βρέβιον ἡ βραχεῖα λέγεται καὶ ζωστὴ γραφή. Optatus *lib. 1.* dicit, *Brevis auri & argenti Ceciliano traditur adhibitis testibus:* Unde Breviarium: *Nithard. lib. 4. & in Legib. Francicis. Annas in Alexiade.* Dicitur etiam Pittacium, *in Glossis veterib. Moscopulo* πεττάκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ σχεδιάσματα τῶν δερμάτων, id est, *pittacia Dorice minuta ex pellibus segmenta.* Unde Pettochia Bulla totas significat literas, licet propriè Bulla sit sigillum rotundum pendens in modum Bullæ: sive sit plumbeum, sive auro vel argento exceptum: *Gloss. in Clem. 1. in verb. aurea bulla. de jurejur. Gloss. antiq. in reg. Cancell. 14. & 69.* Sic in S. Basilii vita *& plumbo bullavit illam chartam.* In vita Johannis Eleemosynarii: *dat ei propriu pittacium bullarum:* Dicta confirmat *c. licet. 5. de crim. falsi.* ubi Bulla distinguitur à literis, & sumitur pro literarum sigillo. *vid. & c. quam grave. 6. eod.* Propterea si de verbo aliquo in Bulla posito oriatur dubitatio, recurri debet ad Signaturam tanquam ad prototypum: & aliquando pro signatura contra Bullas judicatum; reperta scilicet in illa clausula, quæ non erat in Bulla: *Rebuff. d. loco.* Nec tamen Signaturæ vis est tanta, quanta est Bullarum: Habetur enim Signatura ante literarum, seu Bullarum confectionem res informis. *Rota decis. 19. de concess.* 6

præb. in novis. Ut & probat Regula Cancellariæ *de non judicando juxta formulam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum;* Quippe per quarum expeditionem forma & perfectio datur gratiæ: *Rota deciſ. 27. de reſcript. in novis. Ægid. deciſ. 736.* Expeditæ autem ſunt literæ, quando ſunt in plumbo. *d. c. licet. Felin. in c. ex diligenti. de Simonia.* Inſuper non ſignatura, ſed Bulla eſt titulis Beneficii verus: *Gloſſ. in verb. exhiberent. tit. de prorogat. dilation. ad approb. Concord. in Concord. Joan. de Molin. d. reg. in verb. gratia Apoſtolica.* Præbet tamen Signatura Titulum colloratum. *ſec. Caſſiodor. fin. deciſ. de reſtitut. ſpoliat.*

7 In Galliis hodie, Signatura agnita, vel verificata, per Banquarios ſeu Menſarios, vacante Sede Romana, favore pauperum, vivente Papa, itineribus ob bella vel alio modo interceptis, Bullarum habentur: parumque diſquirunt Curiæ, num Bullæ ſint pro beneficiis modicis obtentæ: *ut judic. tradit Papon. lib. 2. Arreſtor. tit. 9. arreſt. 3. & 4. vid. Boeruff. d. prax. in 1. par. de tertia parte Signatura. Dartis tract. de Benef. ſect. 7. cap. 1. verſ. illud. in fin.* Et in majoribus, etſi Signatura non ſufficiat ad vindicias habendas Beneficiis, ſeu, ut loquuntur, *Recredentiam*, tamen ſufficit pro faciendi tituli *ſequeſtratione. Pap. d. lib. & tit. arreſt. 2. Petr. Gregor. d. loco, num. 20.*

8 Bullæ & Reſcripta ad Beneficia, ne gratia iis contenta creditur ſurreptitia, continere debent omnia, quæ Papam à conceſſione eorum amovere, vel ad concedendum difficilem reddere potuiſſent: *c. ſolitæ. ſti. de reſcript.*

9 Non nocet tamen eorum reticentia impetranti eorum ignaro, nocet gnaro. *c. gratia. 7. eod. in 6.*

10 Quæ in Reſcriptis ad beneficia ſunt *exprimenda*, ſunt *varia*; vel enim verſantur *circa beneficium, de cujus impetratione agitur*, vel *circa beneficium jam obtentum.*

11 *Illa* ſunt; 1. Beneficii qualitas; Nempe: Quod ſit Curatum, *c. cum in illis. de præbend. in 6.* requirat reſidentiam: *c. fin. de Cleric. non reſid.* ſit Sæculare, aut Regulare. 2. Beneficii valor: *§. fin. de mandat. Apoſtol. in Concordat. & Reg. Cancell. de valore beneficii. in impetrat. prim. ubi vide Gomeſ.* 3. Si ad præſentationem Laici pertineat, quod ſit Patronatum: *c. 5. de præbend. in 6.* 4. Si litigioſum; quod tale *c. ſæ.*

si ii. Ut lite pend. nihil. innov. Non necesse, ut patrimonii fiat mentio. *fac. c. postulasti. de rescript. & ibi Panormit.* est numeri, si quis, ultra statutum Canonicorum numerum ut recipiatur, impetraverit. *c. constitutus. eod.*

Hæc; 1. Ipsius beneficii, quod impetrans obtinet, licet sit modi- 12
cum, *Dist. Gloss. in c. non teneamur. de præbend. sed male.* facienda mentio; *c. ad aures. c. cum adeò. c. si proponente. de rescript. c. non potest. de præbend. in* 6. quoniam unum habens beneficium ad secundum non intelligitur idoneus. *c.* 11. *cui. eod.* 2. Item facienda mentio beneficii, quo spoliatus. 3. Aut beneficii impetrati, ante collati, nondum tamen per impetrantem acceptati. *d. c. gratia. eod. in* 6. *ubi Gloss. in verb. ignoranti.* 4. Item memoranda beneficii qualitas: *d. c. ad aures. c.* 1. *de præbend. Clem.* 1. *eod. c. ult. de offic. Ordin. & ibi Joan. Andreas.*

Plures si sint qualitates beneficii tam obtinendi quam obtenti, ex- 13
primi debent omnes: veluti; si sit Dignitas curam animarum annexam habens: Nec enim hic quadrat illud vulgare *c. ex parte.* 17. *de decim. Concesso majori intelligi concessum illud quod est minus.* Sunt enim hæ provisiones à jure communi alienæ, propterea que restringendæ. *c. quamvis.* 38. *de præbend. in* 6.

Dicta de Beneficiis & sunt extendenda ad Vicarias perpetuas, *d.* 14
c. postulasti. ad pensiones, possessiones triennales; imò & alterius. *Felin. in c. ex tenore. de rescript. Dartis tract. de benef. sect.* 7. *cap.* 1.

Non sufficit impetrantem proponere, se beneficio vel pensioni quam habet, renuntiare velle. In rescriptis enim, datæ tempus semper inspicitur. *c. eam te.* 7. *eod.*

In Rescriptis ad Beneficia, etiam plura exprimi necesse; sed ea ex Curiæ Romanæ stylo sunt haurienda.

Secundum quem nulla vel saltem exigua est differentia inter beneficiorum vacantium, de quibus agimus, impetrationes, & rescripta ad beneficia vacatura. *ut prob. ex tit. de forma mandati Apostolici. in Concordat. Gall. ubi Gloss. in verb. expressis.*

Solent istis, ne gratiæ fiant irritæ, certæ adjici clausulæ. Quarum 15
prima est; *Qua impetrans excommunicatus à censuris Ecclesiasticis absolvitur:* Excommunicato enim conferri non potest beneficium, nec is illud impetrare. *c. postulastis. de Clerico excommun. c.* 1. *de rescript. in* 6.

Alte-

Altera eſt; *Qua Papa habet pro expreſſis beneficia Impetrantis cum p- rum æſtimatione vera.* Efficit ea, ut gratia non cenſeatur ſurreptitia, ei impetrans beneficia, quæ habet, reticuerit, ſed non efficit, ut ea retinere poſſit; *c. non poteſt. de præbend. in* 6. nec etiam tollit perſonæ inhabilitatem aut vitia: *Gloſſ. in Clem. ſi Romanus. 4. de præbend.* Tertia eſt Clauſula *Motus proprii;* Quæ, quamvis in omnibus interpretationem accipiat pleniſſimam, *c. ſi pluribus. 24. eod. in* 6. proindeque tollat ſubreptionem ejuſque ſuſpicionem omnem, *d. Clem. ſi Romanus. 4.* pœresque alios operetur effectus, *Rebuff. in Gloſſ. verb. motu proprio. tit. de forma mandati Apoſtolici in Concord. Gall.* nihil tamen operatur contra Jus Commune. *vid. c. ſi motu proprio. 23. c. non poteſt. 21. de præbend. in* 6. Quarta Clauſula eſt; *Aut aliàs quovis modo vacet;* Neceſſaria: Quia uno vacandi modo expreſſo, non venit propterea alius. *Vid. Gloſſ. in verb. aliam. d. loco. Dartis d. loco.*

Præter dictas Clauſulas ſunt & aliæ, de quibus in Titulo proximùm ſequente.

16 Enarratæ Clauſulæ ſubreptionem, ejuſque ſuſpicionem omnem excludunt quidem, non tamen falſitatem ejuſque ſuſpicionem, nec quæ præter ſurreptionem adverſus Reſcripta proponi poſſunt.

17 Deprehenditur in Reſcriptis ſeu Mandatis falſitas; tam in ipſa Bullæ tenore, quam in filo, charta, & ſtylo: *c. licet. 5. c. quam grave. 5. de crimine falſi.* veluti; Si ſit litura ſeu, ut loquuntur, raſura in loco ſuſpecto, ut in Indictione: *c. inter dilectos. 6. de fide inſtrument.* non ſim narratione facti: *c. ex literis. 3. eod.* Si ſcriptura intermedia & additiva: *c. cum venerabilis. 7. de relig. domib.* ſi data non appoſita: *l. 4. C. de adverſis reſcript. ubi, Si qua beneficia perſonalia ſine die & Conſule facta deprehenſa, authoritate careant: Niſi relata ſint in Corpus juris Conſt. Juſtin. de novo Codice faciendo. §. 2.* Si ſcriptura dicatur imperfecta: Si in conſtructione ſit vitium manifeſtum: *c. ad audientiam. de reſcript. & ibi Gloſſ. fac. c. ex parte. de fide inſtrum. l. qui habebat. §4. princ. ff. de manumeſtam.* Solœciſmus appellatur. *Quintiliano lib. 5. cap. 5. Suidam voce Barbariſmus.*

18 Bullis ſeu Mandatis Apoſtolicis de vacantium Beneficiorum proviſionibus, objici ſolent maximè duæ Regulæ Cancellariæ; 1. *De rejici-*

risimili notitia obitus. 2. *De Jure quæsito non tollendo.* De quibus vid. Gomes. *ad d. regulas.* & Rebuff. *in* 1. *parte prax. Benefic.*

TITULUS III.

De Papæ Præventione.

SUMMARIA.

1. *Præventionem & qualem habeat Pontifex.*
2. *Legatus à Latere.*
3. *An ei juri derogatum.*
4. *Jus præventionis à Jure prælationis distinguendum.*
5. *Ordinarius quando censeatur præveniſſe.*
6. *Quando Patronus.*
7. *Qualis debeat eſſe Collatio, ut præventioni ſit locus.*
8. *Si idem Beneficium uni conferatur à Sede Apoſtolica & ab Ordinario alteri.*
9. *Quid, ſi uterq; poſſideat.*
10. *Quid, ſi neuter.*
11. *Quid, ſi Papa & Ejus Legatus à Latere eodem tempore contulerint duobus.*
12. *Quid, ſi uni Papa, alteri Ordinarius.*
13. *Quid, ſi proviſo à Papa obſtet Regula de veriſimili notitia.*
14. *Dicta regula in qua vacatione habeat locum.*
15. *Quid, ſi ante Epiſcopi inſtitutionem, & poſt patroni præſentationem conferat Papa.*
16. *In Beneficiis Electivis præventioni non eſt locus.*
17. *Nec ad præſentationem Patroni Laici ſpectantibus.*
18. *An in reſervatis Papa.*

19. *Non ſi violarentur per eum privilegia à Sede Apoſtolica conceſſa.*

20. *Vel quæ conferuntur jure Regalia.*

1 HAbet & Summus Pontifex jus conferendi omnia Orbis beneficia per *concurſum*: ſeu *Præventionem*; id eſt, ſi vacante beneficio, prius quis à Summo Pontifice, alius poſtea impetraverit ab Ordinario; præferatur proviſus à Summo Pontifice; ut contra: Si quis impetraverit prius ab Ordinario, præferatur impetranti poſterius à Sede Apoſtolica. *cap. ſi à Sede. 31. de reb. eccl. in 6. Clem. 1. Ut lite pend. nihil innov.*

2 Legati à Latere, qui Summi Pontificis honoris prærogativa ornantur, gaudent eodem jure in provincia, in qua funguntur legatione. Non Legati Nati vel Miſſi abſque mandato & poteſtate ſpeciali. *c. 1. de offic. Legati in 6. ubi vid. Gloſſ. ad verb. ampliori. Vid. & Selvam tract. benefic. part. 2. quæſt. 3.*

3 Cui juri per Concilium Baſileenſe non fuit derogatum, *ut patet ex §. neq; etiam. de Collation. in Pragmat. Sanct.* Imo Jure Concordatorum Galliæ confirmatum. *§. declarantes. de mandat. Apoſtol. Per. Gregor. Inſt. Rei Benefic. novis. cap. 38. num. 7. Dartis tract. Advocat. ſect. 7. cap. 1. verſ. ſed videndum.* Quo conſtitutum, ut Jure Præventionis Papa liberè conferat beneficia, tam ſæcularia, quam regulira. Ergo & ea quæ vacant in menſibus, graduatis ſimplicibus aut nominatis, attributis.

Si tamen per graduatum ſimplicem aut nominatum, beneficium ante præventionem Apoſtolicam fuerit acceptatum, iſque habuerit collationem, & nactus fuerit poſſeſſionem, Papæ manus erunt ligatæ, & præferetur is mandatario. *Ordinat. Ludovici 12. art. 13. Per. Gregor. d. loco.*

Imò & ſecundùm Rebuffum *ad d. §. declarantes. ad verb. præventione. ex ordinat. Regia. Rubr. des preventions Apoſtoliques.* ſola gradati vel nominati requiſitio afficit beneficium, & prævenit Pontificem Summum.

Et

Est etiam hoc jus præventionis à jure prælationis distinguendum diligenter: Quippe is, cui Summus Pontifex contulit beneficium vacans, non præfertur ei, cui collatum fuit ab Ordinario, nisi prævenerit Pontifex, id est, nisi contulerit prius: propterea que ejus præventio non præjudicabit qualificatis, id est, graduatis; & si Ordinarius prævenerit, ejus Collatio erit potior: Ratio *sec. Gloss. in d. §. neq; in verb. præventionem.* Quia cum Ordinarii accummulatius jus collationis cum Papa habeant, ex quo unus prævenerit, alius se intromittere non poterit. Nec enim amplius dicetur vacare beneficium. Quandoquidem in pluribus jurisdictionem habentibus in solidum; dicimus præventioni esse locum, ut is qui prævenerit de caussa cognoscat solus. *c. cum plures. 8. de offic. jud. deleg. in 6. c. pen. & ibi Socin. de foro compet. l. si quis posteaquam. 7. ff. de judic. c. si duo. de procurat. in 6. c. pen. de elect. in 6. Dart. d. loco, vers. hoc autem. Henrich Bohic. ad c. auditis. de elect. citat. c. 1. §. subjunctum etiam extitit. de concess. præbend. in 6. Petr. Gregor. d. loco, num. 7.* 4

Prævenisse intelligitur Ordinarius, cum contulit, non cum diem ad conferendum præfixit: Quia ante collationem res habetur integra. *c. præsenti. de offic. Legati in 6. Gloss. in §. item circa. in verb. non valeant. de Collation. in Pragm. Sanct.* 5

Per præsentationem tamen Patroni dicit dicta Glossa præventum censeri Romanum Pontificem; quoniam ea quandam electionis vim habet. *c. cum autem. de jure patronat.* 6

Sed ita demum præventioni locus est, si utraque collatio facta fuerit legitimè; Nam quæ nulla est, non prævenit alteram. Sicut Citatio quæ est nulla, non inducit jurisdictionis præventionem. *Gloss. in d. c. cum plures. verb. quo potes.* Quemadmodum nec per captionem illegitimam seu personæ prehensionem prævenitur jurisdictio. *Angel. adl. si quis posteaquam. 7. ff. de judic.* nec contestatio non jure facta jus dat, sed pro non facta habetur. Res enim est intelligenda cum effectu. *c. relatum. de Cleric. non resid. l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic.* Paria enim sunt non esse, & esse inutiliter. *l. quoties. ff. qui satisd. cog.* 7

Prærentio verò est & *ratione temporis;* & *ratione dignitatis* conferentium. 8

Unde Si idem beneficium conferatur à Sede Apoſtolica, vel ejus Legato uni, ab Ordinario alteri, eodem die; nec appareat quæ collatio fuerit facta primo, poſſidentis conditio erit potior. *c. ſi à Sede. de præbend. in* 6.

9 Quod ſi uterque poſſideat, potior erit ille, qui nactus fuit poſſeſſionem primò. Ratio: Quia qui loco ſecundo fuit poſſeſſionem nactus, alio jam poſſidente videtur poſſeſſor violentus & intruſus: *c. qui. de præbend. in* 6. *l. extat.* 13. *ff. quod metus cauſſa cum ſimul.* & pro poſſidente judicatur in dubiis. *§. retinendæ.* 4. *verſ. commodum. Inſt. de Interdict. l. fin. eod. de rei vindic.*

Ita quamdiu quis prior proviſus ſit, dubitatur, præveniſſe videtur is, qui poſſeſſionem adeptus eſt prior.

10 Si verò poſſideat neuter, ſed tertius, & dubium, quis prior ab Summo Pontifice, aut ab Ordinario impetraverit; præferetur is cui Sedes Apoſtolica ejuſve Legatus contulit, idque propter Conferentis majorem prærogativam. *d. c. ſi à Sede. & c. pen. verſ. quod ſi forſan. de ſcript. in* 6.

11 Quod ſi Summus Pontifex, & ejus Legatus, idem beneficium, eodem tempore, de cujus prioritate non conſtat, contulerint duobus; poſſidens prius præferetur: ſi poſſideat neuter; proviſus à Summo Pontifice.

12 Si verò uterque eodem tempore ab eo proviſus, aliuſque proviſus ab Ordinario; proviſi concurſu ſe impediunt. *fac. l. duo ſunt. §. ff. de teſtam. tut. l. ſi ita fuerit. ff. de reb. dub.* proindeque cenſetur beneficium adhuc vacare; proviſuſque ab Ordinario præferetur, etiamſi ejus Collatio poſterior. *Petr. Gregor. d. loc. num.* 8.

Papâ conferente, ex cauſſa reſignationis in manibus ejus factæ, Reſignatario cum Clauſula, *vel aliàs quovis modo vacet, etiam ſi per obitum;* & cum regulæ *de viginti diebus* derogatione; ſi die eodem aliâ contulerit Ordinarius beneficium vacans per obitum; præferetur hujus, etiamſi poſſeſſionem adeptus fuerit prior, proviſus à Papa; propter Reſignationis favorem. *ut judic. dicit Papon. 3. tom. Notar. lib. 2. cap. de concurrence. & lib. 2. Arreſt. tit. 9. arreſt.* 11. *Petr. Gregor. d. loco & num. circa finem.*

Vide

Valebit etiam præventio Papæ, nisi proviso ab Eo obstet Regula 13
28. *De verisimili notitia;* Tunc enim anterior Papæ provisio nullius est roboris vel momenti *ex d. reg.* & consequenter non obest provisionis Ordinarii posteriori, nec potest dici Papam præveniisse. *Corras. de benefic. 2. part. cap. 1. num. 7. & cap. 3. num. 8. Garcias tract. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 43.*

Habet dicta regula solum locum in vacatione per obitum. *Man-* 14
dos. ad d. reg. quæst. 7. Garc. d. loco, num. 44. Rebuff. ad d. §. declarantes. de Mandat. Apostol. ad verba jure præventionis. in Concordat.

Sic si ante institutionem Episcopi, post præsentationem à Patrono 15
factam, Papa conferat alteri, hic non erit præferendus, si præsentationis nulla facta mentio; erit, si facta. *Rebuff. d. loco. vid. Gloss. ad §. visum. ad verba non valeant. de Collation. in Pragm. Sanct. Petr. Gregor. d. loco, n. 13.*

Nec erit præventioni locus in beneficiis electivis: *c. cum in illis. §.* 16
1. de præbend. in 6. not. Gloss. antiqua in d. §. neq; etiam. ad verb. aliis. de Collat. in pragm. Sanct. in quibus servanda est forma *c. quia propter. de elect. facit cap. licet. §. 1. statuit. de elect. in Pragmat. Sanct.*

Quâ ratione, præsentatione factâ à Clerico Patrono, Episcopo, collatio præveniens in effectu præventionem non habet: Habet enim illa præsentatio electionis vim, *ut dictum per c. cum autem. de Jure patronat.* Nisi forte ea facta fuisset à Patrono excommunicato: Quo casu, & ea & eam secuta institutio, haberetur pro nullis, nec ex eo capite Summi Pontificis impedirent collationem seu provisionem. *Rota decis. 526. incip. nota quod Patronus excommunicatus in antiq. & decis. 161. incip. nota quod patronus. de jure patronat. in antiqu. Petr. Gregor. d. loco, num. 13.*

Nec est præventioni locus Legato à Latere in beneficiis ad præsen- 17
tationem Patroni Laici spectantibus. *c. cum dilectus. de jure. patron.*

Nec potest Ordinarius prævenire in beneficiis reservatis, quorum 18
provisio spectat ad Papam privativè. Nam, quamvis reservatione cessante omnium beneficiorum in diœcesi existentium, in quolibet mense vacantium, collatio pertineat de Jure Communi ad Episcopos loci Ordinarios, in ea intentionem fundatam habentes: *can. omnes basilicæ. can. nullus. 16. qu. 7. c. ex injuncto. in fin. de hæretic. Felin. in c. cum venerabilis. num. 31. de except. Gomes. ad reg. Cancell. de exspectativis. num. 13. &*

18. *Petr. Gregor. d. loc. num. 2. Gonzal. ad Reg. Cancell. de menſibus. §. 3. proœm. num. 21. & 22. & Gloſſ. 11. num. 38. & 39.* tamen ordinaria eorum conferendi poteſtas eſt coarctata per reſervationes. *De quibus titulo proximum ſequente.*

19 Item non habet locum Papæ prævention, quando in ea violarentur privilegia ab Apoſtolica Sede conceſſa; veluti, Si vellet Papa prævenire Galliarum Regem in Nominatione ad Prælaturas, *contra tit. de Regia ad Prælaturas nominatione facienda. in Concordat.* aut conferre ui vim reſervationum, in Galliis prohibitarum. *d. §. declarantes. tit. de mandat. Apoſtol. in Concordat. Rebuff. ad Rubr. de reſervat. ſublat. in Concord. Dart. d. loco, verſ. non eſt quod. Petr. Gregor. d. loco, num. 13.*

20 Sunt etiam quædam beneficia, quæ Rex Galliarum aliique Principes, conferunt jure Regaliæ, quorum collationes à prævention Summi Pontificis anteverti non poſſunt. Vult enim Is ſervari regalia quæ competunt cuiquam, vel ex fundatione, vel ex conſuetudine antiqua *in c. generali conſtitutione. 13. de elect. in 6.* vel ex privilegio. *De quo diximus ſupra.*

TITULUS IV.

De Mandatis de providendo.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Mandata de providendo quæ.*
3. *Unde profluunt.*
4. *Eorum origo recens.*
5. *Quando incepit.*
6. *Eorum uſus cur introductus, rationes adferuntur duæ.*
7. *Utraq; admittitur.*
8. *Ordo Eorum quomodo proceſſit.*
9. *Executorum ad providendum quæ auctoritas.*
10. *Ex dicto Ordine proceſſerunt Literæ Apoſtolicæ*

lica, Monitoria, Præceptoria, Executoria.
11. *Quæ fuerunt Monitoria.*
12. *Quæ Præceptoria.*
13. *Quæ Executoria.*
14. *Fuerunt omnes Mandatorum Apostolicorum præludia.*
15. *Docetur.*
16. *Successerunt Mandata Apostolica.*
17. *Appellantur Literæ gratiæ, & cur.*
18. *An omnes?*
19. *Appellantur & Literæ Justitiæ. Et*
20. *In forma communi.*
21. *In forma pauperum.*
22. *In forma cum secundum Apostolum.*
23. *Præter dictas Literas Gratiæ an sint aliæ: & quæ.*
24. *Sub Mandato, de providendo continentur Beneficia vacatura.*
25. *Quæ sint.*
26. *Dictis Mandatis solent præter dictas clausulas adjici aliæ.*
27. *Si pro alio conscripsimus.*
28. *Non obstante statuto.*
29. *Quod post mortem vocaverit.*
30. *Conferas Beneficium Titio, quod duxerit acceptandum.*
31. *Improbatur in Francia.*
32. *Ut & Clausula Anteferri.*
33. *Quid, si in Mandato concurrentis habeant eandem Clausulam Anteferri.*
34. *Clausula Gratificationis quæ Utilitas.*
35. *Clausula Decreti irritantis quævis.*

36. De-

36. *Derogatoriam cur adjiciat Papa.*
37. *Quomodo hæc in Bullis ſoleat exprimi.*
38. *Mandatorum de providendo quæ vis in Galliis.*
39. *Manare poſſunt à ſolo Pontifice.*
40. *Quia odioſa.*
41. *Mandatorum poteſtas quanta.*
42. *Exhibenda ut afficiatur Beneficium.*
43. *Intra quod tempus.*
44. *An hoc ſufficit.*
45. *Præſentatione facta quid faciendum porro.*
46. *Quid, ſi diverſa fuerint Mandata impetrata.*
47. *Quid, ſi non apparet, quis impetraverit primus.*
48. *In gratificando quomodo procedat Ordinarius.*
49. *Quibus caſibus præfertur poſterior impetrans priori.*
50. *Extinguitur Mandatum per Revocationem.*
51. *Mandantis mortem.*
52. *Non in Gallia.*
53. *Nec alibi ſi res non ſit integra.*
54. *Per Mandatarii renuntiationem tacitam & expreſſam.*
55. *Lapſum temporis Et appoſiti.*

1 INter modos acquirendi beneficia *Jure Extraordinario* hodieque maxime uſitatos, longe celeberrimus eſt, quæ fit per *Diplomata Pontificia*, quæ appellantur vulgo. *Mandata de providendo* & *Gratiæ exſpectativæ.*

2 Sunt ea hîc reſcripta, per quæ Pontifex Summus mandat & habet alicui de beneficio vacaturo provideri. *c. mandatum. cum 2. ſeqq. de reſcript. c. ſi ea. de conceſſ. præbend. in 6.*

Proin-

Profluunt ex potestate quam sibi soli arrogat Pontifex in beneficis vacaturis, exclusa Ordinariorum potestate. *Vid. c. dilectus filius. ill. 2. c. dilectus. de præbend. Abbas in c. olim. de verb. signif.* 3

Origo eorum satis recens, etsi enim nonnulli Canonistæ, Curiæ Romanæ Mancipia jurata, dicant, sed falso, (ut & diximus supra *lib. 2. tit. 1.*) potestatem conferendi Episcopatus ad Pontificem pertinuisse; non tamen pertinuit, fatentibus ipsis, conferendi Ecclesias inferiores potestas; *Gloss. in c. quanquam. de elect. in 6.* 4

Non mirum ergo Mandatorum horum usum non fuisse vetustum. Incepit is, ut ostendit Corrasius *cap. 5. part. 4. tractat. de Sacerdot.* circa annum Domini M. C. L. Eorum Authorem fuisse putat Rebuffus, *supra Rubr. de Mandat. Apostol. in Concordatis.* Papam Alexandrum III. qui Pontificatum adeptus circa annum M. C. LXIV. 5

Conjectura Corrasii, videtur Duareno, *tract. de Sacris Eccles. Minister. lib. 5. cap. 8.* & Dartisio, *tract. de benef. sect. 7. cap. 2. vers. 1.* & mihi, non absurda. Constat enim in Decreto Gratiani, compilato circa tempus anni M. C. L. talium Diplomatum nullum editum esse exemplum, nullamque fieri mentionem.

Cur autem eorum usus sit introductus incertum. Causam nonnulli ponunt in Aulæ Pontificiæ avaritia ad invenientis novum hoc pecuniæ aucupium, quod nunquam veteribus venerat in mentem; ut taxatis literis & Sacerdotiis æstimatis locupletaret fiscum. Aliam eam & plausibiliorem petunt ex Episcoporum carnali erga consanguineos & affines suos affectu. *can. 13. pervenit. & ibi Gloss. caus. 1. qu. 3.* 6

Utramque admittimus. Posteriorem tamen priorem judicamus. Cum enim hisce Diplomatibus Pontifices ad coërcendos Episcopos, consanguineos aliosve indignos, idoneis præferentes, & ordinibus sacris à se adscriptos injuriosè repellentes; usi fuissent primum; *c. accepimus. de ætate & qualit. ordin.* Ipsi postea iis abuti cœperunt. Unde mala & incommoda multa secuta in Ecclesia. Quorum aliqua enarrat Duarenus; *d. loco.* & fusius procemium Pragmat. Sanct. Prohibita propterea fuerunt hæc Mandata non solum Concilio Basileensi, sed & Tridentino *sess. 24. cap. 19. de reformat.* & sic, ô utinam omnis ex Ecclesia sublata illa lues & pestis. *Vid. Duaren. d. lib. & cap.* 7

8 Diplomatum ſeu *Mandatorum* iſtorum *ordo* proceſſit ſic. Primum Pontifices Romani monebant Ordinarios, ut idoneos præficerent Eccleſiis, maximè eos quos ordinaſſent ſine titulo: *cap. accepimus. 13. de ætat. & qualit. ordin.* Deinde, ſi cunctarentur ad hæc monita, adjiciebat præcepta, Poſtmodum deputabant Executores; qui vel cogerent conferre Ordinarios, (Unde Executores ad compellendum dicebantur) vel recuſantibus Ordinariis Ipſi conferrent; Dicti propterea Executores ad providendum. *Dartis tract. de benef. ſect. 7. cap. 2. verſ. ordo.*

9 Erant hiiſtis Executoribus majores, nec enim ſolum conferebant *c. ſi capitulo. c. ſi ſoli. de conceſſ. præbend. in 6.* ſed & collationem Ordinario interdicebant; beneficiaque reſervabant collationi ſuæ: ſed non generali: *d. c. ſi capitulo. c. executor. eod.* Et poterant quandocunque conferre, etiam poſt menſes ſex; fungebantur enim vice Papæ. *c. ſuæ de offic. & poteſt. Jud. deleg.*

10 Ex dicto autem Diplomatum ſeu Mandatorum Pontificiorum ordine profluxit ille mos antiquus, ut ejuſmodi beneficii nomine Papæ Ordinarios mitteret literas trinas; quarum primæ continebant monita, ſecundæ præcepta, tertiæ executionem: Unde & appellatæ *Monitoriæ, Præceptoriæ, Executoriæ.*

11 Erant enim *Monitoriæ* quibus Pontifex Summus monebat Ordinarios Collatores, ad quos ſcribebat; veluti, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & ſimiles, ut iis, pro quibus ſcribebat, conferrent beneficia, aliorum collationem pertinentia, ſi quæ tunc vacarent, vel poſtea vacante contingeret.

12 *Præceptoriæ* erant, quibus præcipiebat Summus Pontifex iiſdem Ordinariis, ad quos antea direxerat Monitorias, vel aliis, ut conferrent impetranti beneficium vacans vel, ſi tunc vacaret nullum, primo vacaturum.

13 *Executoriæ* erant, quibus mandabat Papa per literas ſeu reſcripta, Executoribus, ut Ordinarios collatores cogerent ad conferendum Ei qui talem impetraverat gratiam exſpectativam, beneficium quod tunc vacabat in aliqua Eccleſia vel Capitulo: vel ſi tunc vacaret nullum, proximo vacaturum.

De tribus his literarum & Reſcriptorum ſpeciebus tractant *c. cum*

tu.

te. c. constitutus. 19. *c. literis.* 39. *c. ex insinuatione.* 37. *c. Capitulum Sanctæ Crucis.* 30. *de rescript.* De effectu earum Papa Bonifacius IIX. *in c. si soli.* 6. *de conceſſ. præb. in* 6.

Fuere dictæ Literæ veluti præludia & incunabula Mandatorum 14
Apoſtolicorum, quibus hodie utimur, omiſſis vel antiquatis prædictis literis, veluti minus efficacibus. *Petr. Gregor. in enarrat. ad tit. de reſcript. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1.

Nam olim, non obſtantibus prædictis literis, Ordinarii quibus ſcri- 15
ptum erat, conferebant beneficia aliis quam exſpectantibus pro quibus erat ſcriptum: Neque illarum præſentatio ita ligabat Ordinariorum manus, ut collatio in contrarium facta eſſet ideo irrita vel nulla, etſi punirentur Ordinarii contumaces: *c. ſi ſoli.* 6. *de conceſſ. præbend. in* 6. *c. dilectus.* 2. *de præbend.* Niſi Literæ haberent clauſulam ſeu decretum irritans collationes contrarios: Tum enim Eæ, ſeu Mandatum, Ordinarii ligabat manus ſine inſinuatione ſeu præſentatione alia ei facienda: *c. tibi qui. de reſcript. in* 6. *notat. in d. c. ſi ſoli. Gloſſ. in §. ſtatuit autem. in verb. cenſeatur. de collat. in Pragmat. Sanct.* vel niſi Mandatarius fuiſſet creatus Canonicus: *c. ſi poſtquam.* 13. *de præbend. in* 6. *c. duobus. de reſcript. in* 6. *Felin. ad c. ad audientiam. col.* 8. *verſ. literæ non dantur. eod. Gloſſ. in §. item voluit. verb. dirigendum. d. tit. de collat. in Pragm. Sanct.* vel niſi Executor inhibuiſſet Ordinario vel Collatori alii collationem, & reſervaſſet collationi ſuæ. *d. c. tibi qui. & d. c. ſi ſoli.* 6.

Poſtea in locum dictarum Literarum ſucceſſit Mandatorum uſus: 16
Quibus Pontifices, non ſervato literarum monitoriarum, præceptoriarum, aut executoriarum ordine, jure proprio & ſpeciali, mandant Ordinariis Collatoribus, ut conferant beneficium Mandatario Impetranti primo vacaturum, atque tribuunt Executoribus datis in mandato, conferendi poteſtatem, ſi Ordinarii recuſent vel negligant poſt præſentationem mandati legitime & ſuo tempore factam. *c. ſi Apoſtolicæ Sedis.* 22. *de præbend. in* 6. *c. ſi Capitulo.* 5. *de conceſſ. præbend. in* 6. *Petr. Gregor. de reſcript. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3.

Quæ Mandata & appellantur *Literæ Gratiæ;* Quia ex mera Ro- 17
mani Pontificis gratia & liberalitate procedunt.

Sed non omnia Mandata de providendo, *Literæ* ſunt *gratiæ:* 18

Sunt enim quæ appellantur *Literæ Juſtitiæ;* quæ & dicuntur *Literæ forma communi; in forma pauperum; in forma, cum ſecundum Apoſtolum.* Sunt quando Papa reſcribit pro Clericis pauperibus ab Epiſcopo ſine titulo ordinatis.

19 Dicuntur *Literæ Juſtitiæ;* Quia nihil eſt juſtius quam initiatum ſacris & ſine titulo ordinatum conſequi ab Epiſcopo ſuo beneficium. c. 2. & 4. *de præbend.*

20 Dicuntur *Literæ in forma communi;* Quia ut dictum, Mandatorum de providendo origo proceſſit ab hac cauſſa, quod Ordinarii non conferrent beneficia his quos ordinaſſent; & propterea ab antiquo ſolebant Papæ Romani monere Eos, & præcipere Eis ut conferrent; quarum idcirco Mandatorum forma facta eſt communis. *c. accepimus. de ætat. & qualit. c. poſtulaſti. de reſcript.*

21 Dicuntur *in forma pauperum;* Quia ſcribuntur Clericis pauperibus; non pro ſufficiens patrimonium habentibus. *Rebuff. in 1. par. Praxis Benefic. tit. de reſcript. in forma communi.*

22 Dicuntur *in forma, cum ſecundum Apoſtolum;* Quia earum fundamentum eſt ſententia vulgaris D. Apoſtoli Pauli; *Qui ad altare ſervit, vivere debet de altari.* quæ poſita *in c. cum ſecundum.* 16. *de præbend.*

Dici poſſunt etiam *Literæ gratiæ;* reſpectu eo, quod Papa hisce poteſt potius concedere, quam illi. *Gloſſ. in c. Sedes Apoſtolica. de cauſ. præbend. Extrav. Johan. 22.*

23 Præter dictas *Literas gratiæ* adhuc ſunt aliæ, ſed conſtituentes ſpeciem propriam & ab aliis diſtinctam: Appellantur vulgo *Literæ in forma condignum.* Frequentes in Galliis: *Rebuff. in verbo gratiam. tit. de forma Mandati Apoſtolici. in Concordat.* Habent conditionem annexam *Si impetrans repertus ſit idoneus. Clem. un. de offic. & poteſt. judic. Deleg. ubi Gloſſ.* Unde, contra quam in *Literis Juſtitiæ*, Ratio in *d. c. accepimus.* 13. Epiſcopus ad quem hæ diriguntur Literæ examinare debet Clericum, & in ejus vitam & mores inquirere; antequam ei provideat. *Text. d. c. accepimus.* 13.

Sunt quoque aliæ quæ *Literæ facultatis* appellantur. Iis Papa mandat Ordinariis, ut Beneficia reſervata, aut aliâ ratione ad Curiam Roma-

Romanam devoluta conferant personis idoneis. *c. dudum. c. quamvis. de præbend. in* 6.

Non sunt odiosæ; Quia Episcopis jus suum restituunt. Virtute ergo earum recepti, recepti non intelliguntur authoritate Apostolica, sed Ordinarii. *c. cum aliquibus. de rescript. in* 6. Contra in receptis vi Literarum gratiæ. *c. hi qui. de præbend. in* 6.

Denique sunt & aliæ Literæ quæ vocantur, *Si neutri, Si alteri, Si nulli;* impetrari solitæ pugnantibus de beneficio duobus, vel tribus, vel pluribus; ita ut eorum nullus dicatur caussam habere bonam. Largitur eas Papa sub forma; *Si neutri;* litigantibus duobus; Sub forma, *Si nulli;* litigantibus pluribus: Sub forma; *Si alteri,* à Collitigante. *vid. Rebuff. in d. c. part. Prax. Benefic. tit. de rescript. Si neutri, Si alteri. & Si nulli.*

Quæ Literæ sunt Spectativæ; Spectatur enim litis eventus. Suntque non de beneficiis vacaturis, sed jam de facto vacantibus. *Dartis d. loco.*

Sub *Mandato de providendo,* seu *gratia exspectativa,* continentur 24
Beneficia vacatura cujuscunque generis sint, etiam Dignitates, Canonicatus; *c. executor. c. si soli. de concess. præbend. in* 6. pertinentia ad collationem Ordinarii, cui mandatum dirigatur; nisi sint certo aliquo modo excepta. *c. mandatum.* 38. *de rescript. Canonistæ ad c. dilectus.* 27. *de præbend. Petr. Gregor. d. loco, num.* 4.

Qualia sunt. 1. Beneficia sæcularia, si in mandatis ad beneficia 25
regularia obtinendis data; & econverso; *c. cum de beneficio. de præbend. in* 6. *Panorm. ad c. si postquam. eod.* 2. Beneficia Pontifici sive generaliter, *c.* 2. *de concess. præb. in* 6. sive specialiter reservata; *Ausrer. decis. Tholos.* 434. *De quib. in seq. tit.* 3. Beneficia Electiva *ut in Clem.* 1. *de præbend. c. in illis. §. illis. eod. in* 6. sed in quibus confirmatione est opus: *Petr. Gregor. d. loco, num.* 24. *Et in syntagm. jur. univ. lib.* 17. *cap.* 11. *num.* 9. *Rebuff. in tract. Nominat. quæst.* 15. *num.* 25. 4. Quæ diversi Ordinis quam est Impetrans: *Gloss. in §. declarantes. in verb. comprehensa. tit. de Mandat. Apostol. in Concord. vid. Notat. in cap. Deus qui Ecclesiam.* 11. *de vita & honest. Clericor. Clem.* 1. *de elect. can.* 4. *quod Deo.* 33. *qu.* 5. *Petr. Gregor. d. tract. de rescript. d. cap. num.* 7. 5. Quæ post literarum

rum datam creata: *Clem. fin. ubi Gloſſ. de reſcript.* 6. Quæ alio modo quam per obitum vacant; ut ex cauſa permutationis; *c. un. de rer. permut. c. 2. eod. in 6. Gloſſ. pen. ad c. 2. de præbend. in 6. Petr. Gregor. d. l. co, num.* 13. vel renuntiationis: Scilicet vi pragmaticæ Sanctionis in Galliis; *§. item quod omnia. de collation. in Pragm. Sanct. §. volumus. eod. tit. in Concord. Gallic.* alias ſecus. *c. ſi te. de renunt. in 6. c. dudum. 14. de præbend. in 6. c. receptum. de reſcript. in 6. c. un. de rer. perm. in 6.* 7. Et quorum collatio ex negligentia Epiſcopi ad Capitulum eſt devoluta: *Clem. ſi de beneficio. de præbend. & Dignit.* 8. Quæ ſuppreſſa & unita: *c. cum acceſſiſſent. 8. de conſtitut. Gloſſ. fin. in Clem. fin. de reſcript.* 9. Quæ per deceſſum poſſeſſorum ſupprimenda: quia eſſe deſinunt, & quod non eſt, non debetur, nec habet qualitates: *c. dilecto. de præbend. c. ad diſſolvendum. de deſponſ. impub. Petr. Gregor. d. loco, num. 9. & 10.* 10. Quæ litigioſa: *Clem. 1. ut lite pend. nihil innov. & c. 1. & 2. eod. in 6. §. 1. de Mandat. Apoſtol. in Concord. Petr. Gregor. d. loc. num. 8.* 11. Quæ ſunt de menſa Prælati: *Clem. un. de Exceſſib. Prælat.* 12. Quæ habet Epiſcopus tanquam Canonicus, ſi per mortem Ejus vacaverint: *c. cum in Eccleſia. de præbend. in 6. Dartis d. loco, verſ. non comprehenduntur.* 13. Quæ ex conſuetudine Eccleſiæ optioni ſubjecta: *c. ult. de conſuet. in 6. Petr. Gregor. d. loco, num.* 21. 14. Quæ paterna; ne ſucceſſio ſit in beneficiis: *c. ad præſentiam. c. ex tranſmiſſa. de filiis Presbyt.* 15. Quæ conferenda jure Regaliorum; *Gloſſ. in d. §. declarantes. in verb. comprehenſa. Petr. Gregor. d. loco, num.* 16. *Dartis d. loc.* 16. Quæ Patronata: *c. cum dilectus. de jure patron. Gloſſ. & Doct. in c. 3. de præbend. Panorm. in c. quanto. de judic. Petr. Gregor. in d. ſyntagm. jur. un. d. lib. & cap. num.* 10. 17. Ea ad quæ Impetrans tempore Mandati dati, quo exigitur capacitas. *c. ſi eo tempore. c. ſuper eo. de reſcript. in 6. c. ſi pro Clericis. de præbend. in 6.* erat inhabilis: *Petr. Gregor. d. loco, num.* 9. *Idem d. tract. de reſcript. d. lib. & cap. num.* 12. *vid. Rota 3. in novis. & 466. in antiqu.* 18. Quæ in Civitatibus aut Oppidis muro cinctis ſita. *Dartis d. loco.* ſi non ſint qualitates requiſitæ. *Petr. Gregor. in d. ſyntagm. d. loco, num.* 10. *poſt Rebuff. in d. §. declarantes. verb. comprehenſa. in Concord. per c. quia ſæpe. de præbend. in 6. Diſſ. Boër. deciſ.* 21. 19. Unicum beneficium quod habet Collator. *Gloſſ. in Clem. 1. de præbend.*

præbend. verb. incerta. Rota decis. 261. in antiq. Petr. Gregor. d. tract. de rescriptis. d. lib. & cap. num. 29. Dart. d. loco, vers. Deinde.

Mandatis de providendo, præter Clausulas supra relatas, quan- 26
doque iis adjici solitas, & solent adjici aliæ: Veluti: 1. *Si pro alio non scripserimus:* 2. *Non obstante statuto.* 3. *Quod post mensem vacaverit.* 4. *Quod duxerit acceptandum.* 5. *Anteferri.* 6. *Gratificamus.* 7. *Irritans.* 8. *Derogatoria.* 9. *Exprimens valorem.*

Prima Clausula; *Si pro alio non scripserimus;* declarat Pontificis 27
Summi intentionem esse, se nolle pluribus Mandatis onerare Ecclesiam: *c. mandatum. c. literis. c. Abbatem. de rescript.* non adjecta, subintelligitur: *c. Capitulum. 30. eod.* Si pro alio scriptum sit, posterius mandatum vires habet nullas; nisi prius sit revocatum: *c. quamvis. eod.* vel primus Impetrans gratia fuerit ipso jure excluſus; *Clem. Gratiæ. eod.* vel suis literis renuntiaverit; *ut in c. ad audientiam. eod.*

Idem erit, si Clausula hæc per numerum pluralem fuerit concepta; *Si pro aliis non scripserimus: arg. l. non est sine liberis. 148. ff. de verb. signif. Dartis d. loco, vers. His mandatis.*

Clausula *Non obstante statuto;* utitur Pontifex cum in Cathedra- 28
libus, Metrapolitanis, & Collegiatis Ecclesiis, in quibus statuto cautum est, ut nullus Dignitatem, Personatum, Administrationem, obtinere possit, nisi actu sit Canonicus, & intra numerum vult creare Canonicos ad effectum obtinendi Dignitatem, Personatum, vel administrationem. *§. in Cathedralibus. de reservat. in Concordat. Gall. ibid. in forma Mandati Apostolici. vid. Dart. d. loc. vers. Alia est. vid. Duaren. de Minister. Eccles. lib. 5. cap. 8. vers. quinta clausula.*

Clausula; *Quod post mensem vacaverit;* postquam scilicet Man- 29
datum fuerit oblatum: habet utilitatem duplicem. *Prima* est; Evitatio voti captandæ mortis alienæ. Nam si post præsentationem beneficium deberetur statim, posset Impetrans alterius procurare mortem & statim ostendere suum Mandatum: *vid. c. 2. de concess. præbend. in 6.* *Altera* est evitatio dilationis præsentandi Mandatum, donec eveniret mors imminens alicujus, pingue beneficium habentis. Quia cum mensem protelari necesse est, à die præsentationis literarum computandum,

dum, poterit Ordinarius liberè ante finem menſis alteri conferre beneficium vacans.

Quin etiam putat Dartis *d. loco.* non poſſe Beneficium quod vacaverit ante menſem, ſi poſt menſem ſit vacans adhuc, conferri ex hujus mandati vi: Quia proviſio non eſt eo de beneficio, ſed de eo quod vacaverit poſt menſem: Eſt enim forma mandati diligenter ſpectanda *l. diligenter. 5. in princ. ff. mand. Diſſ. Gloſſ. in Clem. un. verb. notitia. de conceſſ. præbend.*

30 Clauſula; *Conferas beneficium Titio quod duxerit acceptandum* operabatur duo; Et ut ex pluribus beneficiis ſimul vacantibus eligi poſſet pinguius; *c. ſi pluribus. de præbend. in 6.* Et ut qui aliàs primum beneficium vacans, quantumvis exiguum acceptare tenebatur, *c. Clericus. eod. in 6.* poſſit primo omiſſo, acceptare ſecundum: Certum ſi tempus ſit determinatum, veluti; *quod intra menſem duxerit acceptandum*, non poterit optare Titius beneficium, quod vacaverit adhuc poſt menſem. *d. Clem. un. & ibi Gloſſ. in verb. infra menſem. de conceſſ. præb.*

31 Sed dictæ Clauſulæ, *Quod duxerit acceptandum;* vel *Quod infra menſem duxerit acceptandum:* licet non improbentur jure, improbantur tamen in Francia. *Dartis d. loco, verſ. Sed nec. Petr. Greg. ſyntag. comment. de reſcript. lib. 1. cap. 7. num. 7. & 8.*

32 Quemadmodum etiam improbatur Clauſula *Anteferri*, per quam conſequitur Impetrans prærogativam ante eos, qui priores fuerint in data; *c. pen. de præbend. in 6. c. authoritate. 7. de conceſſ. præbend.* qui aliàs non adjectâ hac clauſulâ propter temporis prioritatem præferretur proculdubio. *c. cum qui. eod. in 6. c. capitulum. de reſcript.*

33 Quod ſi, qui concurrunt in mandato, ſimilem habeant Clauſulam *Anteferri;* tunc ad Juris Communis diſpoſitionem recurrendum. Ut privilegiatus in privilegiatum non utatur jure ſuo; ſed prior tempore ſit potior jure. *c. ſi à Sede. 31. de præbend. in 6. fac. l. verum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de minor. l. 2. Cod. de privil. fiſc. Petr. Gregor. d. loc. num. 9.*

34 Non admodum diſſimilis eſt Clauſula *Gratificationis;* Quum quoties de alio dubitatur impetrante, vel de alio cui conferatur beneficium eodem die, mandato inſeri eſt utile: Quia ſi ambo ſint pares & æquales, præferetur is, cujus reſcripto eſt appoſita; quaſi habeat jus prio-

quæ-

guius. *Rebuff. in* 1. *part. Praxis beneficior. tit. de quinta parte ſignaturæ. Dartis. d. loco. verſ. Non admodum.*

Denique ſunt & aliæ Clauſulæ, quas copioſè refert Rebuff. *d. part. tit. de Clauſulis Mandator.* Præcipuæ ſunt *Decreti irritantis* & *Derogatoriæ.*

Illa ligat Ordinarium, ut nihil valeat, quod contra factum fuerit. 35
c. dilecto. de præbend. c. 1. *§. ex parte. c. ſi ſoli. de conceſſ. præbend. in* 6. ſi quidem Impetrans velit. Omni enim reſcripto ad beneficia ineſt conditio hæc. *Gloſſ. in verb. irrita. tit. de collation. in Pragm. Sanct.* Ejus Clauſulæ nullus uſus in Gallia. *Dartis d. loco. verſ. Denique.*

Hæc adjicitur, ut per eam Papa legibus communibus, conſtitu- 36
tionibus, conſuetudinibus deroget, nè impediatur ſui Diplomatis effectus.

Exprimi in Bullis ſolet ſic. *Cum derogatione ſtatutorum, privi-* 37
legiorum, indultorum, & *literarum Apoſtolicarum:* De ejus vi & effectu vide Rebuffum. *in d.* 1. *part. loco qui agit de* 3. *parte ſignaturæ.* Dartis *d. loco. verſ. poſterior.*

Per dicta *Mandata de providendo*, datur jus ad futura vacatura be- 38
neficia, per quemlibet Pontificem (in Galliis) ſemel duntaxat in vita, tempore ſui Pontificatus per literas in forma Mandati. §. 1. *de mandat. Apoſtolic. in Concord. Gall.* Idque vel propter jucundum Ejus adventum; honoris cauſſa: *fac. l. ſi in aliquam ff. de offic. Proconſ.* vel in ſignum recognitionis Juris ſupremi: vel quia æquum viſum eſt, poſt reſervationes Ei in Galliis ademptas; *tit. de reg. ad prælat. nominat. & de collat. in Concordat. & tit. de reſervat. ſublat. in Pragm. Sanct.* ut honoraretur in hac prærogativa. *arg. l. eum qui.* 30. *in princ. ff. d. jurejur.*

Idque etiam eâ Lege ut Ordinarium non poſſit gravare mandato uno, niſi Is habeat beneficiorum decem collationem: habentem autem collationem quinquaginta & ultra, duntaxat in duobus. Ita tamen quod in eadem Eccleſia Cathedrali vel Collegiata, unum Collatorem pro tempore non gravet in præbendis duabus. *d.* §. 1. *de Mandat. Apoſtol. in Concordat. in* §. *volens. & in* §. *voluit. de collation. in Pragm. Sanct. conſt. Ludov.* 12. *art.* 1. *cum* 5. *ſeqq. Petr. Gregor.*

in d. Syntagm. Jur. Univ. d. lib. & cap. num. 5. & 6. *& in d. Enarra. ad tit. Decret. de reſcript. d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5.

39 Mandata itaque hæc ad beneficia vacatura manare poſſunt à ſolo Pontifice; *Gloſſ. in c.* 1. *in verb. vacaturis. de præbend. in* 6. *c. dilectus de eod. Felin. in c. mandata. de præſumpt.* propter ejus in beneficia ſupremam & plenam auctoritatem. *c.* 2. *eod. in* 6. *c.* 1. *in fin. Vide pendent. vid. Petr. Gregor. d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1.

40 Sunt enim ea alioquin odioſa, cum propter eorum qui poſtulant ambitionem; *c. quamvis. de præbend. in* 6. tum quia odioſum eſt per ſe & funeſtum, impetrare beneficium viventis. *d. c.* 2. *de conceſſ. præb. c. de captandæ. c. deteſtanda. eod. in* 6.

Non licebit ergò, etiam Legato à latere, nec Cardinalium Collegio, *c. dilectus filius.* 19. *de præbend. fac. c. ſuper eo. eod. in* 6. *Cum ne Roman. de elect.* concedere hæc Mandata: Quanquam Is nunc Communi vacatura reſervare poſſit ſuæ collectioni. *c. cum dilectus de jure patron. c. deliberatione. c. ſi apoſtolicæ. de præbend. in* 6. *c.* 3. *& de offic. Leg. in* 6. Regno Galliarum excepto. In quo ex Concil. Baſilienſis præſcripto ultimo placuit, tolli reſervationes. *tit. de reſcript. in Pragm. Sanct. Petr. Gregor. in ſyntag. Jur. univ. d. lib. & cap. num.* 7.

Ideoque in eo certa Mandatorum eſt præſcripta forma ſecundum quam ea omnia, ſive pertineant ad beneficia regularia, ſive ſecularia, ut concipiantur oportet, *tit. de Mandat. Apoſtol. tit. de ſimand. mand. in Concordat.*

Debent etiam Mandata, ut valeant, eſſe generalia ad beneficia omnia. *Concord. d. locis.* ut & placuit Senatui Pariſienſi. *teſte Rebuff. in d. praxi tit. de clauſ. Mandat. num.* 29. *&* 30. Licet olim & alibi hodie, quam in Gallia, Mandata dirigerentur ſingularia. *Petr. Gregor. d. lib. & cap. num.* 8.

41 Cæterum tanta eſt *Mandatorum* horum *de providendo*, in forma legitima (*Quam hic intelligimus exſpectativam. Aliæ enim ſunt formæ exſpectativarum Apoſtolicarum literarum. Quas non recipit Gallia. §. volens. de collat. in Pragm. Sanct. & de quibus Staphilæus propriis libris. inc. tibi qui de reſcript.*) impetratorum poteſtas, ut Mandatarii præ-

ferant-

ferantur aliis beneficia exspectantibus; quia sunt Exspectatores Apostolici, & ideò Ejus ratione præferendi: *c. ii, qui. de præbend. in* 6.

Et proindè præferuntur etiam in Gallia in beneficiis quæ sub Mandatis continentur (Nec enim, ut supra ostendimus, comprehenduntur omnia.) ordinariis Collatoribus & Graduatis Simplicibus & Nominatis. §. *& ut obvietur litibus de mandat. in Concord. Galliæ.* quanquam Graduati prius quam Mandatarii acceptaverint, & quamvis beneficium vacans ejus generis esset, quod destinaretur Graduatis. *d.* §. *ut obvietur. & ibi Rebuff. in verb. nominatis. Petr. Gregor. d. lib. & cap. num.* 11.

Quod tamen accipiendum ita, ut præferantur tantum his casibus, quibus per mandatum beneficium est affectum. *c. si Capitulos de conces. præb. in* 6.

Afficitur per *præsentationem* & exhibitionem Mandati Ordinario factam. *c. tibi. c. pen. de rescript. in* 6. *d. c. si Capitulum.* Antea mandati nulla vis ac potestas, imò nec post præsentationem impedit collationem factam ab Ordinario. Alendus tamen ab eo mandatarius, donec eo de beneficio providerit. *ut in c. dilectus.* 27. *de præbend.* 42

Debet fieri mandati præsentatio & denuntiatio, nè mandati ignorantiam causet Ordinarius. *d. c. si Capitulo. & Clem. causam.* 3. *de elect.*

Verum intra quod tempus hoc fieri debeat, non est definitum Jure; sed solet vulgo adduci differentia inter Rescripta ad beneficia, & Rescripta ad lites, quod hæc finiantur anno; *c. si autem. & c. plerumque. de rescript.* Illa verò sint perpetua. *d. falso. Cod. de divers. Rescript.* Quia decet Beneficium Principis esse mansurum; *sec. c. decet. de reg. Jur. in* 6. Amittuntur tamen nonnullis modis. De quibus postea. 43

Per præsentationem ergò Mandati, & quidem simplicem, affi- 44
citur beneficium, si nulli sint dati Executores, qui, non obtemperantibus Ordinariis, exequantur Mandatum: quod si dati, distinguendum: Utrum fuerint dati ad compellendum, utrum ad providendum: Nam si dati ad hoc, per solam præsentationem Mandati non afficitur beneficium; sed opus est, ut *inhibeatur* Ordinarius, nè conferat,

poſtquam Inhibitionem Ordinario factam, facta ab eo Collatio erit inanis. *d. c. ſi ſoli. de conceſſ. Præbend. in* 6. Si dati Executores ad illud, & ſola præſentatio & inſinuatio ſufficit; *c. quia cuncti. §. ex parte. Executor. c. ſi Capitulo. eod. in* 6. *Dartis d. loco. verſ. datis Executoribus.* & recuſante aut negligente Ordinario, conferet Executor: *tit. de forma literarum Executorialium Mandati in Concordat.* ut & ſupra dictum.

Sive autem fuerint dati Executores ad Compellendum, ſive ad Providendum, edi debent literæ utræque, tam quæ continent Mandatum, quam Executoriales, idque Ordinariis, quorum intereſt ut ſciant, quid Executor poſſit. *ut judicat. Pariſiis teſte Rebuffo. in Gloſſ. in verb. Præſentes. d. tit. de forma Mandati Apoſtol. in Concord.*

45 Præſentatione factâ tenetur Mandatarius, in Gallia requirente, acceptare ad ſummum intra menſes ſex beneficium primò vacans. *Rebuff. in §. noſque. in verb. præferendos. de collat. & in form. in Concord.* alibi, intra tempus ad acceptandum ſibi præſtitum. *Gloſſ. in Cleric. un. in verb. menſem. de conceſſ. Præbendar. Felin. in c. Capitulum. 30. de reſcript.*

Et quia tenetur ita acceptare primò beneficium vacans, ſi illud ei conferatur in vim Mandati, extinguitur Mandatum; *c. ſi motu 23. c. non poteſt 21. de præbend. in* 6.

Verum ſi illa Collatio non teneat, aut contingat non ſortiri effectum, non obſtante eâ aliud acceptare poterit. *Rebuff. in prax. benefic. de mandat. Apoſtol. Petr. Gregor. d. lib. & cap. 13. num. - -*

46 Quodſi plures Mandatarii concurrant, qui diverſa impetrarunt à Summo Pontifice mandata, tempus datæ eſt inſpiciendum; *c. cum te. c. conſtitutus. de reſcript. c. ſi eo tempore eod. in* 6. & potior tempore potior erit juro. *c. qui prior. de reg. jur. in* 6. etiamſi in ſecundo eſſet Clauſula *decreti irritantis*, & in primo non; quia præſentatio affert præbendam primo, ut obtinere eam non poſſit poſterior: *d. c. ſi capitulo. de conceſſ. præbend. in* 6. etiamſi præſentaverit prius, *c. ſi tibi qui. c. duobus. de reſcript. in* 6. *c. eum, qui. de præbend. in* 6. Quia ſemper ſub-intelligitur hæc clauſula; *Si pro alio non ſcripſerimus*; ut jam eſt dictum.

Niſi

Nisi jus commune, in secundo decreto posita fuerit Clausula *Anteferri. Gloss. in d. c. si soli. & text. in c. pen. de conceſſ. præbend. in* 6.

Vult enim jus, secundum tunc anteferri primo qui acceptaverit, modò ei nondum facta fuerit Collatio. *d. c. tibi qui. de reſcript. in* 6. tollitque hæc Clausula jus ad rem, non in re. *c. quondam. de præbend. in* 6. *vid. Felin. in d. c. capitulum. col.* 7. *num.* 6. *cum ſeq. de reſcript.*

Quodsi non appareat, quis literas impetraverit primus; ejus qui 47
præsentaverit caussa erit potior: &, si in præsentatione concurrant, erit ejus, ad quem dirigitur mandatum, gratificari ei cui voluerit: *c. duobus. de reſcript. in* 6. Nisi in rescripto alterius Clausula *Motus proprii* fuerit apposita. *Gloss. in verbo præsentante. tit. de forma Mandati Apostolici in Concordat.*

In gratificando verò procedet Ordinarius secundùm Regulam 48
Cancellariæ, XV. ut habeat aut rationem gradus: veluti Si unus ex impetrantibus sit graduatus, alter non graduatus; aut possessionis, ut præferat possessorem non possidenti: aut origines, ut oriundum ex loco, extero præferat: Et aliarum ejusmodi rerum. *Dartis d. loco. verſ. in gratificando.*

Ubi tamen ex tenore literarum appareret gratificari Papam voluisse utrique; veluti, Si apposita fuerit Clausula, *Non obſtante quod pro alio ſcripſimus*, aut similis, providendum erit utrique. *d. c. duobus.*

Sunt tamen casus quibus posterior Impetrans præfertur priori. 49
Nempè

1. Si in Rescripto posteriore posita sit Clausula *Anteferri: de qua supra.* 2. Si primum reſcriptum sit conditionale, secundum purum & simplex: *c. ſi pro te.* 13. *de reſcript. in* 6. 3. Si primus beneficii, quod vacat, non sit capax, sit verò secundus: *c. ei, cui* 29. *de præbend. in* 6. vel si in rescripto secundo expressa sit dignitas, non verò in priori; & vacaverit dignitas: *c. quia ſæpe.* 15. *eod. in* 6. 4. Si primus in persequenda mandati executione fuerit negligens: *c. ſi Clericus.* 11. *eod. in* 6. *d. c. tibi qui. de reſcript. in* 6. *Felin. in c. Capitulum. eod.* 5. Si mandatum sit extinctum.

Extinguitur autem & finem accipit redditurque sine effectu; 50

Primo: Per revocationem ipſius Pontificis concedentis ejuſve Succeſſoris: Solent enim Summi Pontifices poſtridie coronationis revocare gratias exſpectativas à Prædeceſſoribus ſuis conceſſas. *c. quamvis. 8. de reſcript. in 6. c. penult. & fin. de præbend. in 6. c. fin. de conceſſ. præbend. in 6.*

51 Revocatione expreſſa à Succeſſoribus non factâ, Mandatum Pontificis mors ſola non officit Mandato; nec cenſetur ea revocatum, ſi certis Executoribus in eo comprehenſis ſit directum: *c. ſi ſuper gratia 9. de offic. & poteſt. Jud. Deleg. in 6.*

Sed &, ſi cui, nullâ perſonarum expreſſione factâ, gratioſe conceſſa ſit facultas, ut aliquibus perſonis idoneis, authoritate Apoſtolica providere poſſit de Eccleſia incerta, vel conferre beneficia, quorum collatio ad Sedem Apoſtolicam devoluta eſt legitimè, etiam, eadem auctoritate, compeſcendo per cenſuram Eccleſiaſticam Contradictores: ea, cum gratiam contineat ſpecialem, decedente ejus menſuram; non exſpirat per concedentis mortem, licet res ſit integra: text in *c. ſi cui nulla perſona. 36. de præbend. in 6.*

Exſpirat, ſi ſuper proviſione certæ perſonæ facienda, ſit data poteſtas eidem, non ob ſuam, ſed ejus, cui mandatur provideri, gratiam vel favorem: *d. c. ſi cui nulla perſona. 36. verſ. ſecus.* Eſt enim regulare Mandata re integra exſpirare mandatis morte. *l. & quia. 6. ff. de jurisdict. l. ſi per epiſtolam. 50. ff. de acquir. vel amitt. hæred.*

52 Cæterum in Gallia Mandata Apoſtolica non extinguuntur Mandantis morte: ut ex Mandati forma, in Concordatis appoſita, conſtat. *vid. & Gloſſ. in §. 1. verbo Pontificatus. tit. de Mandatis Apoſtol. in Concordat.*

53 Nec etiam alibi cenſentur revocata, quandò res non eſt integra: ut ſi per Executorem, vel Mandatarium proceſſum fuerit ad actum aliquem, ex quo dici poſſit rem non eſſe integram; veluti, ſi bulla fuerit Executori præſentata. &c. *vid. Domin. de S. Gemin. ad d. c. ſi cui nulla. Petr. Gregor. d. Enarrat. ad tit. de Reſcript. lib. 1. cap. 8. num. 1. Dartis. d. tract. de benefic. ſect. 7. cap. 2.*

54 Secundò extinguitur Mandatum, ejuſve effectus per Mandatarii renunciationem, tam tacitam, quam expreſſam.

Per

Per hanc meritò; *c. ad audientiam. 31. de rescript.* Nec enim redire potest renuntians adjus ejuratum. *c. 3. c. in præsentia. 6. de renuntiat.* & obligatio sublata in perpetuum restitui nequit. *l. qui res. 98. §. aream. ff. de solution. l. si unus 27. §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. si pro parte. 10. §. idem quærit. ff. de in rem verso.*

Expressè renuntiat, qui verbis renuntiationem beneficii obtenti significantibus utitur. Verba enim referunt mentis imaginem, & cum in verbis nulla est ambiguitas, voluntatis quæstio non est admittenda. *l. ille hæres. 25. ff. de legat. 3.*

Tacitè; primò qui beneficii possidendi fit incapax: ut si uxorem ducat: *c. 1. c. diversis. 5. c. cum decorem. 8. de Cleric. conjugat.* si aliud. beneficium incompatibile acceptet: *Clem. gratiæ 4. de rescript. vid. Gloss. ad §. quod si quis ex dictis. ad verb. tempus. in fin. de Collat. in Pragm. Sanct.* habitum Clericalem rejiciat: *c. 1. de Apostat.* fiat miles, enormibus criminibus se immiscat; *vid. Pacum de Mand. Apost. part. 8. num. 7.* aliove modo privilegium Clericatus amittat: *c. 1. de vita & honest. Cleric. in 6. Clem. 1. eod.* Secundò; Qui tantum rescripto mandati renuntiat: *c. cum pridem. 4. de pact.* Nisi de contraria voluntate constet. *c. sane dilecto filio. 7. de renuntiat. Petr. Gregor. d. loco. num. 2.*

Tertiò extinguitur Mandatum, ejusve effectus, elapso tempore illi ad acceptandum apposito: *Clem. un. de concess. præbend. vid. d. Petr. Gregor. d. loc. num. 4. 5. & in Syntagm. Jur. univ. d. lib. 17. cap. 11. num. 15.*

TITULUS V.

De Reservatione.

SUMMARIA.

1. *Mandato Apostolica affinis. Reservatio Beneficii est* 2. *Quæ illa.*

3. *Eam*

3. *Eam habet Pontifex.*
4. *Ejus Inventor incertus.*
5. *Inventio undè proceſſerit.*
6. *Ea non derogatum poteſtati Ordinariæ.*
7. *An conceſſa Legato à Latere.*
8. *Reſervatio vel Generalis: & quæ.*
9. *Vel Specialis; & quæ.*
10. *Certum corpus quando dicitur reſervari.*
11. *Quando incertum.*
12. *Mentalis reſervatio quæ?*
13. *Beneficia reſervata Sedi Apoſtolicæ quæ?*
14. *Reſervationis effectus tres: Et qui?*
15. *Inter Affectionem & Reſervationem qua differentia.*
16. *Affectio Papæ unde reſultet.*
17. *Sede Apoſtolica Beneficia reſervata confert Ordinarius.*
18. *Reſervationes hodie in Galliis abrogatæ.*
19. *Ubique ex Concilio Tridentino.*
20. *Abrogationis rationes quæ.*
21. *Reſervationis affines ſunt regreſſus & Acceſſus.*
22. *Regreſſus qui.*
23. *Qui Acceſſus.*
24. *Prohibiti hi in Gallia.*

1 MAndato Apoſtolco affinis eſt beneficii *Reſervatio.*

2 Eſt, alicujus beneficii Eccleſiaſtici vacaturi per habitem ad id poteſtatem ad ſe facta avocatio. *Zoſ. in comment. ad Decret. lib. 3. tit. 5. num. 24. Æneas de Fabr. tract. de reſervat. qu. 1. Jacob. Simon. ſim. tract. qu. 1. Gonzal. ad reg. 8 Cancell. Gloſſ. 31. à princ.*

3 Reſervandi poteſtatem habet Summus Pontifex pro ſumma Ejus in Eccleſiam auctoritate.

Ejus

Ejus inventor incertus. Nonnulli citant Clementem V. qui sedit Anno 805. Aliqui Johannem XXII. qui præfuit Ecclesiæ Anno 1322. *Gomes in proœm. Regul. Cancell.* Alii Nicolaum I. qui rexit *Anno* 1360. *Thom. Fletrius tract. reservat.* 4

Inventio processa ex prætextu eodem quo Mandata Apostolica; Nempe quod dicerent Romani Pontificis velle se de literatis viris pietateque præstantibus provideri Ecclesiis; *c. execrabilis. ubi Gloss. verb. reservamus. Extrav. de præbend.* quoniam abuterentur Ordinarii Collationibus suis, plus deferentes sanguini, quam justitiæ. *vid. can.* 4. *porro. dist.* 63. *Bursat. consil.* 126. *num.* 13. *incip. Nicolaus* 1. *lib.* 2. 5

Non ergò potestati ordinariæ derogatum, & derogatur hodie per Reservationnm. Nec eam Papam velle turbare sine justa caussa, fac. *can. non nos dist.* 40. *c. quamvis.* 8. *de rescript. in* 6. præsumendum: etsi Ejus voluntas propria pro justa habeatur ratione: Quia & motu proprio maximè ab eo fiat & concedatur reservatio. *Simoneta d. tract. qu.* 80. *Felin. ad c. fin. de testib.* 6

Eadem ratione Reservatio concessa est Legato à Latere, cum temperamento seu modificatione tamen: *c. præsenti.* 3. *c. deliberatione.* 4. *de offic. Legati. in* 6. *Gloss. fin. in c. fin. de concess. præbend. in* 6. 7

Reservatio autem vel est *Generalis* vel *Specialis.* 8

Illa est, quando Papa reservat beneficia omnia, quæ vacabunt tali modo; verbi gratia, per adeptionem secundi, *ut in d. Extrav. Execrabilis.* vel in Curia Romana; vel beneficia officialium, seu Familiarium Papæ & Cardinalium: *ut in Extrav. ad regimen. de præbend.* Denique quoties Reservatio in corpore juris est clausa; vel per Extravagantem, aut Cancellariæ regulas, inducta. *Bellam. cons.* 34. *incipit statuto. col.* 5. *vers. ad tertium. Simonet. d. tract. qu.* 4. *num.* 3. *&* 14. *Barbosa. Jur. Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 39. *Zæs. d. loco. num.* 26. *Azor. Instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 4.

Hæc est, *quando* reservatur *certum beneficium*, sive *certum beneficii corpus*, sive *incertum* in individuo *Dartis tract. de benefic. sect.* 7. *cap.* 3. *vers. Speciales.* 9

Certum corpus dicimus reservari, si reservetur beneficium S. Pancratii in Diœcesi Gradensi, vel si talis Ecclesia Cathedralis puta 10

Tholoſana, vel Gradenſis. *ut in c. ſi eo tempore. de elect. in 6. Æneas de Falcon. d. tract. qu. 2. Barboſ. d. loc. & num.*

11 *Incertum*, ſi ex pluribus Cathedralibus Eccleſiis, reſervetur ea quæ primò vacaverit. *Dartis. d. loco. vid. Petr. Gregor. Inſt. reb. benef. cap. 24. num. 21.*

12 *Reſervatio*, quæ fit de *certo beneficii corpore*, vel fieri poteſt ſpecialiter *pro certa perſona*; vel *nullâ perſonâ expreſsâ*. Quam reſervationem Interpretes appellant *Mentalem*. Quando Romanus Pontifex reſervat certum aliquod beneficium ſuæ diſpenſationi, ut provideat perſonæ gratæ cujus nomen non exprimit. *Dartis d. loco. Simoncel. d. tract. qu. 15.* Sufficit enim in reſervatione Summi Pontificis voluntas ſola. *can. in memoria. diſt. 19. Gloſſ. ad verb. Canonico. in fin. clem. de verb. ſignif. vid. Petr. Greg. d. cap. num. 22.*

Operatur utraque *Reſervatio* effectum eundem. *Mandoſ. in rub. Regular. Cancell. qu. 4. Barboſ. d. loc. num. 40.*

13 Beneficia ergò reſervata Sedi Apoſtolicæ ſunt; 1. Omnia vacatura per obitum Cardinalium *d. Extrav. ad regimen, innovata per Reg. 1. Cancell. teſt. Hieron. Paul. in praxi Cancell. §. de benefic. general. reſerv. verſ. item beneficia. Cardinal. Gomes. in reg. de impetrand. benefic. vacant. per obitum Cardin. qu. 13. ſub num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 51. num. 6.* nec non Officialium Sedis Apoſtolicæ: *d. Extrav. ad Regimen. vid. Gonzal. d. Gloſſ. 51. num. 17. & Joan. Cochier. in reg. 3. Cancell. num. 34. Barboſ. d. cap. num. 46.*

2. Vacantia & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, *contra cap. cum in cunctis, §. cum vero. de elect.* Monaſterii *Regimen. d. Extrav. ad regimen. Æneas de Falcon. d. tract. qu. 2. princ. ſub num. 12. Simon. d. tract. qu. 27. Garcias de benefic. part. 11. cap. 6. num. 30. vid. Petr. Gregor. d. loco. num. 10.* per diſpoſitionem, privationem, translationem, aut muneris conſecrationis ſuſceptionem auctoritate Apoſtolica factas aut faciendas: *d. Extr. ad regimen. Gonzal. d. Gloſſ. 51. num. 32. Cochier. ad reg. 1. Cancell. num. 22. verſ. quintus.* per aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum,

catuum, præbendarum, auctoritate non Ordinarii, sed Apostolica provisorum, seu providendorum: *d. Extr. ad regimen. Simonet. d. tract. qu. 26. num. 1. Simoneta. d. tract. qu. 26. num. 1. Bursat. cons. 126. num. 96. lib. 2. Gonzal. d. Gloss. 51. à num. 51. Vivian. in praxi jur. patron. lib. 14. cap. 1. num. 18. & 19. Lotter. de re benefic. lib. qu. 27. à num. 37.*

3. Beneficia vacantia per execrabilitatem, id est, per assecutionem beneficii secundi cum primo incompatibilis: *d. Extrav. execrabilis. §. quiverò deinceps. & §. quæ omnia. Gonzal. d. Gloss. 51. num. 38. à Cochier. d. loco. vers. octavus.*

4. Per Ordinarios Collatores contra Concilii Tridentini decreta collata: *Gonzal. d. Gloss. 51. num. 48. Cochier. d. loco. vers. dicimus. vid. d. Concil. sess. 7. de reformat. cap. 3. & sess. 22. de reform. cap. 4. & sess. 23. de reform. cap. 6. & d. sess. 23. cap. 18. vers. de cætero. & sess. 24. de reform. cap. 12. & d. sess. cap. 8. & sess. 25. de reform. cap. 15.*

5. Monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum communi æstimatione excedentia: *ut in reg. Cancell. 4. refert Cochier. d. reg. 1. vers. duodecimus. Vivian. d. cap. 1. num. 31.*

6. Omnes dignitates majores post Pontificalem in Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis: In Collegiatis, principales, excedentes, æstimatione communi, decem aureorum florenorum valorem: *ut in reg. 4. Cancell. ref. Cochier. ad d. reg. 1. vers. decimus quintus. Vivian. d. cap. 1. num. 33. Paul. de Rubeis decis. 236. tom. 3. divers. alias parte 7. recent. vid. Barbos. d. loco. num. 58. & seq.*

7. Omnes dignitates Conventuales perpetuæ, & Præceptoriæ generales quorumcunque ordinum, sed non militarium. *ut in ead. 4. reg. Cancell. in 2. parte. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. decimus sextus. Vivian. d. cap. 1. num. 34. Barbos. d. loc. num. 60.*

8. Beneficia familiarium & continuorum commensalium Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium. *ut in d. reg. 4. Cancell. in 3. part. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. decimus septimus. Vivian. d. cap. 1. num. 35. Barbos. d. loco. num. 61.*

9. Collectorum quorumcunque & Subcollectorum, etiam tantum deputatorum, *Mandos. ad reg. 4. Cancell. qu. 4. Simon. d. tract.*

qu. 33. *num.* 8. *cum ſeqq. de Falcon. ſim. tract. qu.* 3. *princ. num.* 6. fructuum & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum: *ut in reg.* 5. *Cancell. ref. Cochier d. reg.* 1. *verſ. decimo octavus. Simon. d. tract. qu.* 23. *vid. Barboſ. d. loc. num.* 62. *cum ſeqq.*

10. Curialium morientium dum ſequuntur Curiam Romanam de loco in locum ſe transferentem: *ut in reg.* 6. *Cancell. ref. Cochier d. reg.* 1. *verſ. decimus nonus. Vivian. d. cap.* 1. *num.* 35.

11. Cubiculariorum, etiam honorariorum, ac Curſorum ſuorum: *ut in Reg.* 7. *Cancell. ref. Cochier. d. reg.* 1. *verſ. vigeſimus. Vivian. d. cap.* 1. *num.* 40.

12. Omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura regularia, qualitercunque qualificata, extra Romanam Curiam, in ſingulis menſibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Auguſti, Octobris & Novembris, alias quam per reſignationem, vacantia: *ut in Reg.* 8. *Cancell. Barboſ. d. loco num.* 69.

12. Vacantia in Germania in menſibus Januarii; Martii, Julii, Septembris, & Novembris. 1. *Conſt. Nicolai V. refer. Gonzal. d. Gloſſ.* 51. *num.* 17. *&* 99. *Vivian. d. cap.* 1. *num.* 43. *Cochier. d. reg.* 1. *verſ.* 23.

13. Vacantia propter crimen; ut hæreſeos, *Conſt.* 29. *Pii V. incip. cum ex Apoſtolatus. ſub dat.* 6. *Kalendar. Febr.* 1566. *in Bullar. novo. tom.* 12. *pag.* 213. *refer. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 2. *qu.* 16. *num.* 89. *Gonzal. d. Gloſſ.* 51. *num.* 101. *Garc. de benefic. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 81. *Piaſec. in praxi Epiſcop. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. *Novar. in ſum. Bullar. tit. de benefic. reſervat. ob hæreſim.* ſimoniæ; *c.* 1. *ubi Gloſſ. alt. de teſtib. in* 6. *Franc. Leo in Theſauro ſori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 36.

14. Collata perſonis; ſive propter genus ſuum; quia puta deſcendunt ex infecto ſanguine; aut ex genere ſeu ſtirpe de hæreſi condemnato; Sive ratione particularis ſtatuti à Sede Apoſtolica confirmati, vel conceſſionis aut privilegii, prohibitis. *Conſtit.* 66. *Gregorii XIII. incip. in Eccleſiis. ſub dat. Idib. Novemb.* 1580. *in Bullario Novo. tom.* 2. *pag.* 448. *refer. Flamin. Pariſ. d. tract. d. qu.* 16. *num.* 31. *Gonzal. d. Gloſſ.* 51. *num.* 103. *Cochier. d. reg.* 1. *verſ.* 26. *Barboſ. d. loc. num.* 76.

15. Re-

15. Recepta in confidentiam, quæ ipso jure vacant: *per constit. 85. Pii IV. incipit Romanum Pontif. in Bullar. novo tom. 2. pag. 120. & Constit. 78. Pii V. incipit: Intolerabilis. refer. Flamin. d. qu. 16. num. 28. Franc. Leo d. cap. 5. num. 24. Salcedo de lege Politica lib. 2. cap. 16. num. 65. aliique alleg. per Barbos. d. loco. num. 77.*

16. Parochialia contra Concilii Tridentini formam *in sess. 24. de reformat. cap. 18.* collata: *per Constit. 32. Pii V. incip. in Conferendis. in Bullar. novo. ref. Leo. d. loc. num. 26. & 32. Riccius in praxi fori Eccles. resolut. 333. vers. 8.*

17. Vacantia per delictum offendentium litigantes in Curia Romana, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, testes, Notarios; *per constit. 2. Alexandr. VI. incip. In Eminentia. in Bullar. novo tom. 1. pag. 400. ref. Rota decis. 161. per. 2. divers. Cochier. d. reg. 1. Cancell. vers. 28. Vrvian. d. cap. 1. num. 48.* Per non factam resignationis publicationem: *per Constit. 85. Gregorii XIII. incip. Humano vix Judicio. sub dat. Nonis Januarii 1584. in Bullar. novo tom. 2. pag. 469. ref. Quaranta in Summa Bullarii. verb. benefic. resignat. public. Garc. d. tract. de benef. part. 11. cap. 3. à num. 273.* Per sequestri, lite in Curia Romana pendente, violationem: *Clem. un. §. si quis autem. de sequestr. possess. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 8. & 59.* Per habitus clericalis neglectam declarationem. 92. *Sixti V. incip. Cum Sacrosancta. dat. Romæ. 18. Januarii. 1589. in Bullar. novo tom. 2. pag. 653. ref. Quaranta in d. Summa. verb. Habitus Clericalis. per constit. Paulī IV. incip. Inter cæteras. dat. 27. Novemb. 1557. in Bullar. novo. tom. 1. pag. 731. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. 30.*

18. Beneficia se ipsos pro aliis examini subjicientium, annuas pensiones pro beneficiis consequendis offerentium; beneficia cum intentione resignandi impetrantium.

19. Beneficia à Cardinalibus suorum indultorum vigore collata, si literæ Apostolicæ non fuerint intra tempus debitum expeditæ: *Gonz. al. d. Gloss. 51. à num. 109. Cochier. d. reg. 1. vers. 51. Vivian. d. cap. 1. num. 51. Barbos. d. cap. lib. 85.*

20. Devoluta ad Papam: *sec. Flamin. Paris. d. tract. & qu. num.*

100. *cum ſeqq. Cochier d. reg.* 1. *verſ.* 33. *Vivian. d. cap.* 1. *num.* 5. *Diſſ. Gonzal. d. Gloſſ.* 51. *num.* 109. *non ſine fundamento.*

14 *Reſervationis effectus* ſunt tres. *Primus*, non ut Papa ſibi acquirere velit conferendi jus; nam hoc jam habet, & per concurſum cum Ordinariis omnibus confert per præventionem: *can. cuncta per mundum. can. principalem.* 9. *qu.* 3. ſed ut adimat conferendi jus Ordinariis; ſive reſervatio facta fuerit cum decreto irritante, ſive ſine eo & præterea, ſi contulerint Ordinarii, collationes ſunt nullæ. *Simonet. d. tract. qu.* 18. *Petr. Gregor. d. cap. num.* 25. *Dartis tract. de benefic. ſect.* 7. *cap.* 3. *verſ. effectus.*

Alter. Ut afficiat Beneficium, non quidem, ut is in cujus gratiam reſervatio fecerit facta, habeat jus affectum ad beneficium, reſervatum, ut diximus ſupra, ſed ita ut ſit diſpoſitioni Romani Pontificis ut ab alio conferri non poſſit.

15 *Affectio* & *Reſervatio* multum differunt. *Hæc* enim reſpicit actum verbalem & expreſſum; ut ſi Papa per conſtitutionem, ut ſolo verbo, dicat, *Reſervamus*: dicitur Reſervatio. *Illa* verò reſpicit actum realem & factum; ex quo oritur reſervatio tacita: ut cum Papa ſuper diſpoſitione alicujus beneficii apponit manum, etiamſi proviſus fuerit nulla, utpote facta inhabili, incapaci. *c. inter dilectos. ubi Pan. norm. de conceſſ. Præbend.* vel quia ſurreptitia, aut alio laborans defectu. *c. ut noſtrum.* 59. *de appellation. Simon. d. tract. qu.* 64. Nam tunc dicitur affectum; ita ut inferiores omnes ſe intromittere non valeant amplius. *Æneas de Falcon. d. tract. præl.* 3. *Mandoſ. in prax. Reg. Cancell. Gloſſ.* 52. *num.* 1. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 52. *in princ.*

16 Hinc dicitur *Affectionem* Papæ induci ſeu reſultare ex Commenda; *Gonzal. d. Gloſſ.* 52. *num.* 11. *cum ſeqq. Vivian. d. cap.* 1. *num.* 63. Vel unione ad vitam alicujus; *Iidem dd. locis.* vel ex mandato de proviſo videndo; *Extrav. fin.* §. *Romani. de præbend. Simonet. d. tract. qu.* 60. *num.* 1. *Flam. Pariſ. d. tract. de reſign. benef. lib.* 12. *qu.* 10. *num.* 3. *Gonzal. d. Gloſſ. num.* 13. *Vivian. d. cap.* 1. *num.* 64. vel ex decreto appoſito per Papam de demittendo in ejus manibus; beneficium intra certum tempus; *Monet. de opt. Canon. cap.* 3. *num.* 44. *Leo in Theſauro fori Eccleſ. d. part. cap.* 4. *num.* 37. *vid. Gonzal. d. Gloſſ. num.* 14. *ſeqq.*

vian. d. cap. 1. num. 65. Vel ex præventione collationis nullæ; *Gonzal. d. Gloss. num. 15. Vivian. d. cap. num. 66.* vel ex collatione facta absenti jam defuncto: *Garc. d. tract. de benefic. part. 5. cap. 1. §. 2. num. 138.* vel ex manus impositione super electione; *c. si eo tempore. 45. de elect. in 6. Æneas de Falcon. d. tr. præl. 3. num. 4. Gonzal. d. Gloss. num. 19. Vivian. d. cap. num. 68.* Vel ex renuntiatione facta in manibus Papæ: *Gomez. in reg. de infirmis. resignant. quæst. 33. num. 1. vers. & tenendo istam partem. Gonzal. Gloss. 52. num. 16. Vivian. d. cap. 1. num. 67.* Putate simplici; Non emanatæ ad certæ personæ favorem. *Flamin. Paris. d. tract. lib. 11. qu. 2. num. 4. Gonzal. d. Gloss. 52. num. 49. Garc. d. parte. 5. cap. 1. num. 155. cum seq. Barbos. d. loco. num. 33. cum seq.*

Tertius Reservationis effectus est, quem refert *Glossa in verbo impediri. de elect. & reservat. in Pragm.* ut Mandata de providendo ad beneficia reservata, non valeant, nisi reservationis in literis fiat mentio; Quia verisimile non est Papam concessisse beneficium adversus illud, quod ipse ordinaverit antea. *Dartis d. loco. vers. Tertium effectum.*

Sede Apostolica Vacante, Beneficia reservata, quovis modo 17
vacantia, liberè confert *Episcopus:* quia tunc cessant Regulæ reservatoriæ, & omnes menses sunt Ordinarium, possuntque illi tanquam redeuntes ad jus commune, providere de beneficiis in quolibet mense vacantibus. *Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. §. 5. præm. num. 46. Cochier. d. reg. 1. num. 22. vers. sexto.* Ratio est: Quia per conditoris, qui Pontifex, mortem expirat vis & auctoritas regularum Cancellariæ *Piasec. in prax. Episc. part. 2. cap. 5. num. 2. vers. Sede item. Zerola. in praxi Episcop. part. 1. verb. regulæ Caucellariæ. §. 7. Gonzal. d. §. 5. proœm. num. 5. Barbos. d. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 3. num. 35. cum seqq.*

Cæterum hodiè nullus est *Reservationum* usus in Gallia, quæ 18
primum sublatæ fuere in Concilio Basileensi, *sess. 23. vid. c. licet. c. & quia, de elect. & reservat. in Pragm. Sanct.* observato in Gallia; *Rebuff. in praxi benefic. tit. de reservat. num. 12. & 38. Zæs. ad decret. tit. de prabend. & dignit. uum. 26. Petr. Gregor. in syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 5. num. 5.* & exceptæ fuere tantum eæ quæ in corpore juris clausæ; id est, secundum Gallos, Decreto, Decretalibus Gregorii XV. Sexto & Clemen-

Clementinis; non etiam Extravagantibus aut Regulis Cancellariæ *Per Concil. Baſil. vid Rebuff.* §. 1. *in Concord. Gomes. in reg. Cancell. de trien. poſſeſſ. qu.* 1. *Petr. Gregor. d. loc. num. cap.* 3. *& in Inſtit. 20. benef. cap.* 24. *num.* 27.) Et quæ fiunt in terris Eccleſiæ Romanæ, ſeu in Patria Obedientiæ quam vocant. *Dartis d. loco. verſic. Caterum.*

19 Eas etiam ſuſtulit in Gallia tam generales, quam ſpeciales, Leonis X. conſtitutio *tit. de reſervat. in Concordat.* & ubique Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 19. hiſce verbis, *Sed nec Reſervationes mentales*, nec *aliæ quæcunque gratiæ ad vacaturas nec indultæ ad alienas Eccleſias, vel monaſteria, alicui, etiam ex Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, concedantur: & hactenus conceſſa abrogata cenſeantur.*

20 Abrogationis rationes fuere eædem, quæ olim juſtè proviſiones inhibuerunt ad beneficia vacatura. *c.* 2. *de conceſſ. præbend. c. dudum. eod. in* 6.

21 Reſervationibus affines ſunt *Regreſſus* & *Acceſſus*, ut vocant.

22 *Regreſſus* ſunt, quando quis reſignat beneficium, retentis cum quibuſdam fructibus; cum regreſſus lege, ſcilicet ut præmoriente reſignatario, revertatur beneficium ad reſignantem; quo modo videtur reſignanti beneficium tacitè reſervari.

Si ex juſta utilitatis publicæ cauſſa fiant, ut melius inſervitur Eccleſiæ; ſunt favorabiles & ampliandi; ſin minus, damnabiles & reprobandi. In Francia communiter non uſurpantur. *Rebuff. in d. prax. benefic. part.* 2. *tit. de regreſſib.*

23 *Acceſſus* ſunt, quando Papa, volens conferre beneficium incapaci, ut puero; confert illud alteri eâ lege, ut poſt ætatem legitimam puer ad illud accedere poſſit auctoritate propria.

24 Qui acceſſus prohibiti ſunt in Francia. *vid. Pariſ. conſil.* 76. *& capitula. vol.* 4. *Rebuff. d. tit. Dartis d. loc. verſ. affines. cum ſeq.*

TITU

TITULUS VI.

De Nominatione Regia.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Nominationis verbo usi Latini veteres.*
3. *Nominatio quid.*
4. *Regia vel Scholastica.*
5. *Regia quod jus tribuat.*
6. *Qualis quem nominat Rex, esse debet.*
7. *Idoneitas ejus unde æstimatur.*
8. *Licet non adsit Nominato, aliquando creari tamen debet.*
9. *In quibus præterea jus Nominationis habeant Reges Franciæ.*
10. *Quando cesset.*
11. *Quomodo vacet Beneficium interest nihil.*

SEquitur, ut juxta ordinem in titulo primo hujus libri præscriptum, nunc de *Nominatione* videamus. 1

Nominationis verbo, materiæ nostræ maximè accommodato & apposito, & veteres Latini Authores in re non adeo dissimili usi fuere. Plinius *lib. 2. epist.* scribit; *Sic illa die, qua Sacerdotes solent nominare, quos dignissimos Sacerdotio judicant me semper nominabant.* Idem *lib. 4. Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quo successit Julio Frontino Principe Viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter Sacerdotes nominabat tanquam in locum suum coopturet, quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitum videretur.* Brutus *in epist. ad Ciceron. Is Pansæ locum petere constituit, eam nominationem à te petimus, neq; conjunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neq; digniorem nominare potest, quam Bibulum.* Græci Nominationem hujusmodi προσολὴν appellant. 2

3 Eſt autem *Nominatio*, duorum, trium, vel plurium, ut idonearum, electionis cauſſa delectus, *can.* 1. *diſt.* 85. *Archidiacon. in c. nulla de elect. in* 6. *& can. quanto. col.* 2. *diſt.* 63. & expreſſio. *fac. l.* 1. *& 2. de lib. & poſth. hæred. inſtit. l. certum.* 6. *ff. de reb. credit.*

Dico, *duorum vel plurium;* quia interdum & unus nominari poteſt; ſed illius nominatio eſt potius electio, ex qua jus aliquod acquitur Nominato. *c. cum olim. de re judic. Gloſſ. in d. can. quanto. & in can. contra.* 16. *qu.* 7.

4 Eſt *Nominatio*, maximè in Gallia, duplex; alia *Regia*, de qua hoc titulo; alia *Scholaſtica*, de qua in titulo ſequente.

5 *Regia* plus juris tribuit quam præſentatio: Nec enim procedit ratione Juris Patronatus, quam habet Rex in omnibus regni ſui Eccleſiis; ut legimus apud Matthæum Paridem *in Chronicis Angliæ.* Johannem Angliæ Regem Papæ & Eccleſiæ Romanæ obligaſſe omne Jus Patronatus quod habebat in Eccleſiis Anglicis: ſed ex conventis Regiis ac Pontificiis habitis inter Regem & Pontificem Romanum: quæ habentur Concordatis, aut ſi mavis, ex conſtitutione Leonina.

6 Cujus capite uno ad hanc Nominationem pertinente, hæc ſcita continentur. *Vacante Eccleſia Cathedrali vel Metropolitana Epiſcopus non à Collegio Canonicorum Eccleſiæ eligatur*, ut eligi debere ſupra docemus; *ſed Rex intra ſex menſes virum gravem atq; idoneum Papæ offerat ac nominet.*

7 Idoneus ut æſtimetur, ad minimum annorum debet eſſe ingressus ſeptem: & in Schola aliqua celebri ſolemnibus gradibus ac titulis insignitus: nempe Theologiæ aut Juris Civilis vel Pontificii Magiſterio ſive Doctura, qui Scholaſticorum honorum eſt apex; aut certe huic proximo gradu, quem vulgo Licentiam appellant. Appellari eruditius poſſet Prodoctura, Græcè *μελλοδιδασκαλία.*

Tali Regis Candidato Vacantis Eccleſiæ gubernationem committere debet Pontifex. Si verò non ſit talis; poteſt Rex alium intra trimeſtre ſpatium digniorem nominare: Quo tempore elapſo, computando à die intimationis repulſæ, de Eccleſia vacante providebit Romanus Pontifex. §. 1. *de Regia ad Prælatur. Nominat. faciendâ. in Concord.*

Sunt

Sunt tamen ex Regis Candidatis nonnulli, quos Pontifex cogitur 8
creare Antistites; tametsi dicta eis non insint, id est, tametsi honores illos Scholasticos consecuti non sint. Ut sunt Regis Gentiles ac Consanguinei, aliique sublimes & splendidæ personæ. Sæpe enim utilitas aliqua & temporis ratio exigit, ut hujusmodi personæ modo aliqua eis adsit mediocritas, promoveantur ad Ecclesiæ ministeria, humilioribus posthabitis: Nec aliter id fieri debere, dicta constitutione Leonina diserte est expressum. *Duaren. de sacris Eccles. minist. lib. 5. cap. 12.*

Quibus adscribendi sunt Religiosi Mendicantes, quibus ex Regulæ instituto, solemnibus conventuum Scholasticorum graduationibus est interdictum; *Dartis tract. de benefic. sect. 7. cap. 4.* si modò eorum virtus & doctrina tam sit excellens, ut eos Ecclesiis præfici publicè intersit. *Duaren. d. loco.*

Jus quoque Nominationis datum est Regibus Franciæ in Abba- 9
tiis & Prioratibus, Monachorum, non Monialium, non Ecclesiarum Sæcularium, sed Conventualibus similiter electivis; ita tamen ut sufficiat ætas annorum viginti trium, nec eum qui nominatur à Rege sit necesse aliquo gradu esse decoratum sufficit esse vitæ Monasticæ & instituti, & ejusdem Ordinis. §. *monasteriis. eod. tit. in Concordat. & ibi Rebuffus, Dartis d. loco, vers. jus quoq;. Duaren. d. loc. circa fin.*

Cessat hoc jus nominandi, ubi hæc beneficia vacant in Curia Ro- 10
mana. Quia illa, *ut supra docuimus*, Romani Pontificis dispositioni liberæ sunt reservata. *Dartis d. loc. vers. similiter. Duar. d. loco, in fin.*

Cessat quoque ubi Collegio alicui Ecclesiastico, aut Monasterio Pastorem eligendi facultas speciali privilegio fuerit concessa. §. *ult. eod. tit. in Concordat. d. loco, vers. nec quoq;. Duaren. d. loco.*

Nihil autem interest, quo modo vacet Beneficium, an morte, an 11
renuntiatione; etiam ex caussa permutationis: Semper enim jus nominandi habet Rex, aut requiritur ejus consensus, *Placet* vulgò appellant. *Dartis d. loco, vers. nihil autem interest.*

TITULUS VII.

De Nominatione Scholaſtica.

SUMMARIA.

1. *Nominatio Scholaſtica cur procedat jure extraordinario.*
2. *Ortus à Gratiis exſpectativis.*
3. *Ab Univerſitatis voluntate pendet.*
4. *Quæ beneficia eâ comprehendantur.*
5. *Fundatur in Concordatis.*
6. *Cur conceſſum Jus Nominationis Univerſitatibus Galliæ.*
7. *Earum nomine quæ intelligantur.*
8. *Qualem nominare debeant.*
9. *Legitimum ſtudiorum tempus quod.*
10. *Qui excipiantur.*
11. *Cur.*
12. *Quando petenda & concedenda Nominatio.*
13. *Redigenda in ſcripta.*
14. *Duplicata exhibenda.*
15. *De Originalibus quid faciendum.*
16. *Ut Matricula inſcribatur Nominatus, non neceſſe.*
17. *Quæ exprimenda.*
18. *Ad quos dirigenda.*
19. *Quibus inſinuanda.*
20. *Inſinuatio hic quid.*
21. *Coram quibus facienda.*
22. *Semel.*
23. *Eâ factâ petenda Collatio: & à quo.*
24. *Ea negata devolvitur ad Superiorem.*

25. *Nisi justa recusandi sit caussa.*
26. *Pluribus Nominatis quis sit potior.*
27. *Nominationis effectus.*
28. *An circularis promotio locum habeat perpetuò.*

PRocedit *Nominatio Scholastica* jure extraordinario. Cum quia Nominationes sunt gratiæ exspectativæ; vel saltem instar earum: *Gloss. in verb. gradus. tit. de Collation. in Pragm. Sanct.* tum quia ipse Papa, (à quo nominandi potestatem habent Universitates) in Collationibus beneficiorum in aliorum Diœcesi sitorum, non procedit Jure Ordinario: ut *supra ostendimus.* 1

Origo Nominationum est à Gratiis exspectativis: Hisce enim per Concilium Basileense aut sublatis, aut in modum redactis, inductæ sunt Nominationes; ut essent gratiæ quidem exspectativæ, sed generales. *Gloss. d. verb. gradus.* 2

Unde à mera Universitatis voluntate pendent, *§. præfatiq. de collation. in Concord.* & ad earum concessionem Universitates non coguntur; licet eas denegantes doctis ac benemeritis, injustè faciant: *Gloss. in §. item quod ad dictas. in verb. potuerunt. eod. in Pragm. Sanct.* 3

Beneficia, quæ supra diximus Mandatis de providendo non includi, nec Nominationibus comprehenduntur: ut Præbendæ Theologales, §. 7. & *§. præfatiq. Ordinarii. eod.* Ecclesiæ Parochiales solæ in Civitatibus & Oppidis muro cinctis. §. *in Ecclesiis. eod. §. statuimus. 2. eod. in Concordat.* 4

Cum per Concilium Basileense, & Pragmaticam Caroli Sanctionem, gratiæ exspectativæ, (quarum usus in tantum invaluerat, ut quatuor tantum menses relinquerentur Ordinariis; *ut supra dictum;*) essent sublatæ; easque mordicus retinere vellent Pontifices atque de Pragmatica sanctione, quam improbabant, conquererentur apud Franco- 5

rum Regem: inter Papam Sixtum IV. & Ludovicum XI. Regem, inita fuere Concordata: quibus relinquebantur Ordinariis Collatoribus ſex menſes liberi: Februarius, Aprilis, Junius, Auguſtus, October & December. Quæ tamen tanquam juri & Decretis Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis, contraria, non ſortita effectum. *Gloſſ. in §. quod ſi quis. in verb. quatuor. eod. in Pragm. Sanct.* Abſtulerat etiam Concilium Baſileenſe, & Pragmatica Caroli Sanctio, liberæ Ordinariorum, beneficiorum collationi, tertiæ partis collationem; ut cum jure Communi Ordinarii conferrent beneficia quibus vellent; tertiam partem tenerentur conferre Graduatis, & duas quidem partes tertiæ illius partis nominatis Graduatis, reliquam graduatis quos appellant, Simplicibus. *§. ſuper. & §. item placuit. eod.* Sed quia iſta tertia & tertia tertiæ, erant incerta, multæque fraudes in Graduatorum præjudicium fierent à Collatoribus; indeque lites orirentur & contentiones multæ: Jure Concordatorum, quo utimur inter Leonem X. & Franciſcum I. Nominationum forma eſt immutata, in eo quod pro Beneficiorum parte tertia, tertia pars non attribuatur Graduatis; Aprilis quidem & October Graduatis Simplicibus; Julius verò & Januarius Graduatis Nominatis: Et ſic hi, non ſine damno, cum duos antea haberent partes tertiæ partis beneficiorum jure Concordatorum acceperunt jus æquale cum Graduatis Simplicibus. *§. præfatio. eod. & ibi Gloſſ. Rebuff. in verb. in primo menſe. Dartis tract. de benefic. ſect. 7. cap. 4. verſ. dixi ſupra. Duaren. tract. de Sacris Miniſter. lib. 5. cap. 13.*

6 Conceſſum fuit hoc jus Nominationis *Scholis* ſeu *Univerſitatibus Galliarum;* 1. Quia præmiorum ſpes ad virtutem, ad ſcientiam, accendit literis incumbentes: 2. Quia literatis hominibus indiget Eccleſia: *c. cum ex eo. de elect. in 6.* 3. Quia pauperibus Studioſis hoc modo providetur: *§. quod ſi quis. de collation. in Pragm. Sanct.* 4. Quia, cum ad beneficia promovendi ſint idonei, nulli de idoneitate ambientium judicare melius poſſunt, quam qui eorum Præceptoris & Magiſtri ſunt. *l. nemini. 11. §. 1. verſ. Juriſperitos. Cod. de Advocat. diverſ. judicum.*

7 Univerſitatum nomine intelligimus hic, non tantum Academias quæ habent facultates omnes; ſed & eas quæ quibuſdam facultatibus carent:

carent: *Rebuff. tract. Nomination. quæst. 6. num. 13. & 14. vide Gloss. in §. ita tamen. in verb. universitatibus. eod. in Pragm. Sanct.* Appellantur Universitates rectè. Cum Professoribus ac Studiosis literarum, corpus, collegium ac velut Rempublicam habere liceat. Quod alias jure prohibitum. *tit. ff. quod cujusq; univers. Duaren. d. loco, vers. 1. Dartis d. loco, vers. universitatis.*

Nominant autem Universitates, non hominem quemlibet, sed 8
Gallum: *Gloss. in verb. exterorum. in proœm. Pragm. Sanct.* & quidem in Theologia & utroque jure, gradibus & titulis Baccalaureatus, vel Licentiæ, vel Doctoratus; In Medicina, Licentiæ vel Docturæ; in Artibus, Magisterii insignitum: *§. præterea. §. teneantur. de Collation. in Concordat.* gradatim, non per saltum; *§. monemus. eod.* in universitate famosa: (quæ est, ubi saltem publicè jura docentur: *Dartis d. loco, vers. illud sciendum.)* non sub Bulla. *d. §. volumus. Dartis d. loc. vers. oportet. aut Codicillis. Duaren. d. loco, vers. 2.* post legitimum tempus studii, per Concordata requisitum, absolutum. *d. §. præterea.*

Legitimum Studiorum tempus est; In studio Theologiæ, in Bac- 9
calaureis Simplicibus, annorum sex; in Formatis, Licentiatis & Doctoribus decem: *§. 1. eod. tit.* In Studio Juris utriusque, in Baccalaureis annorum quinque; in Doctoribus vel Licentiatis septem: Eademque ratio est Medicinæ, nisi quod infimi gradus in ea non habeatur ratio: *ut diximus.* In Magistris in Artibus annorum quinque.

Excipiuntur Generosi homines & claris natalibus, ab utroque pa- 10
rente, orti; Eis enim sufficit ad primum gradum in utriusque juris studio triennium. *d. §. præterea. & §. cum verò. eod.*

Quod constitutum, ut id genus homines ad Juris alliciantur stu- 11
dium; utpote quibus publicè interest Reipublicæ gubernacula potius, quam tenuis fortunæ hominibus committi; *Rebuff. & Duaren. & Dartis dd. locis.* Eadem ratione, qua Cicero scribit; Senatum Romanum quondam decrevisse, ut de Principum filiis sex singulis Etruriæ Populis traderentur in divinandi arte instituendi; *Ne ars*, ut ipse inquit,

tanta

tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate ad mercedem & quæſtum abduceretur. Natalium etiam ſplendor non mediocre calcar eſt ad virtutem.

12 Peti *Nominationes* & concedi debent, ſecundum Gloſſam in §. *ſtatuit. in verb. quadrageſimæ. eod. in pragm. Sanct.* tempore quadrageſimæ: ſed ſecundum uſum, ſufficit eo tempore earum fieri Inſinuationes. *d. §. ſtatuit.*

13 Redigi debent in ſcriptis: §. *præfatiq; Graduati. & §. volumus. eod. in Concordat.* Quamvis alioqui ſcriptura ad conficiendum negotium minimè ſit neceſſaria. *l. contrahitur. 4. ff. de pignor.*

14 Nominatus, retentis Originalibus, duplicatas exhibere debet Collatoribus ſeu Patronis: §. *teneantur. eod. in Concord.* ut apparere poſſit, quis ex pluribus Nominatis ſit antiquior. §. *ſtatuimus. eod.*

15 Originales, Scribæ & Scholaſtici Conventus, ſeu Secretarii, an Pedelli manu, debent obſignari, adhibito authentico ejuſdem Conventus ſeu Academiæ ſigillo; diemque, menſem & annum continere. *d. §. præfatiq; Graduati. d. §. volumus.*

Idem dicendum de ea teſtatione, quæ ad legitimi ſtudiorum temporis fidem faciendam conficitur. *d. §. præfati. & d. §. teneantur.*

16 Ut Nominatus deſcribatur in Scholarium albo, (Matriculam vocant) quo Scholarum privilegiis gaudeat, non eſt neceſſe. *Auct. Gloſſ. in §. item quod ad dictas. in verb. Univerſitates. eod. in pragm. Sanct.*

17 Exprimi debent Sacerdotia omnia ac beneficia, quæcunque is qui eſt Nominatus, obtinet poſſidetve; una cum vera juſtaque vectigalis obventionumque æſtimatione & quantitate. *d. §. volumus. eod.* Cum enim eos nominare non liceat, qui beneficiis aucti ſunt ad quantitatem aureorum ducentorum, utile viſum fuit in Nominationis formula hujus quantitatis fieri mentionem. *Duaren. tract. de benefic. lib. 5. cap. 15. §. 3.*

18 Dirigendæ ſunt Nominationes ad eos qui beneficiorum conferendorum jus habent, & hac in parte gravari poſſunt. §. *ſi quis vero. eod.*

Corvinus
De Perſonis
et Benefic. Eccleſ.
G IV.
32

ut qui trium beneficiorum collationem habuerunt. *Gloss. in §. placuit. in verb. Turonum. eod. Dartis d. loco, vers. secundum.*

Eadem est ratio Patronorum, sed Ecclesiasticorum tantum; *quos nominatim exprimit Leonina Constitutio:* non etiam Laicorum: In quos non simili potestate & Imperio, ac in Ecclesiasticos, uti solent Pontifices. *vid. Rebuff. in tract. Nomination. quæst. 15. num. 6.* Durum siquidem est, nec modestiæ Sacerdotali congruum, prægrandes uberesque possessiones ab hominibus Laicis, non modò gentilitiis hæreditatibus detractas, sed etiam juri humano & commercio exemptas, ita tenere Sacerdotes, ut liberum etiam illud Ecclesiarum patrocinium quod benefici homines receptum voluerunt, ipsis auferatur. *not. in c. 2. de præbend. in 6. Duar. d. loco. §. 4.*

Nominationes quia ex Scholasticis Conventibus sæpe fieri solent 19
Collatoribus absentibus, ideò ne hi earum ignorationem caussari possint, sunt apud illos omnes etiam scientes, *Gloss. in §. statuit. in verb. exhiberi. eod. in Pragm. Sanct.* aut eorum Vicarios, *d. §. statuit.* vel ex his pluribus unum, *Gloss. in d. §. statuit. verb. Vicario.* insinuandæ; idque tempore quadragesimæ. *Duar. d. loc. §. 5. Dart. d. loc. vers. hanc. in fin.*

Est hîc *Insinuatio* nihil aliud, quàm professio seu denuntiatio in 20
actis facta, tam literarum gradus quam literarum Nominationis, attestationis, temporis studii, & attestationis Nobilitatis.

Facienda præsente Notario & duobus testibus: nisi literæ sint at- 21
testationis Nobilitatis: quæ requirunt testes quatuor. *d. §. præfati. d. §. teneantur. & §. cum verò. eod.*

Semel fieri sufficit: quotannis tamen Candidati nomina sua & 22
cognomina profiteri debent, quò Collatores scire possint, quinam Nominationes prosequantur, & quinam eis renuntiaverint. *d. §. teneantur.*

Post insinuationem factam, si contingat vacare beneficium, in 23
mensibus Graduatis vel Nominatis attributis; debent hi Ordinarium vel Patronum Ecclesiasticū requirere, ut sibi illud conferant; requirere intra tempus illud, intra quod illi conferre & præsentare possunt; *Gloss. in §.*

item quod omnia. in verbo ſcilicet. eod. puta ſex menſium; ut ſupra dictum. *c. nulla. de conceſſ. præbend. & c. un. de jure Patronat. in 6.* Quo elapſo, æſtimabuntur negligentes, nec poterunt vacans illud beneficium amplius petere. *c. ſi Clericus. de præbend. in 6. vide Dart. d. loco. vers. Quod ad primum.*

24 Quod ſi requiſitus Ordinarius &c. petentes ambienteſque reppulerit, jus conferendi, ut caducum, ad ſuperiores, requiſitione factâ gradatim; devolvitur. §. *ſi quis verò. de collation. in Concordat. Gloſſ. in §. quod ſi quis cujuſcunq. in verbo Pontifices. eod. in Pragm. Sanct.*

Nec enim poteſt Ordinarius quominus beneficium vacans Nominato aut Graduato conferat, recuſare: modo non ſit alius Graduatus aut Nominatus antiquior; & modo non in vim gradus aut nominationis ſæcularis regulare beneficium appetat, aut contra. Sic enim habet Conſtitutio, ut ſæcularia ſæcularibus, & regularia regularibus conferantur. §. *& inſuper. eod.* & modò non habeat juſtam recuſandi cauſam. §. *ult. eod. Duaren. d. loco.* §. 6.

25 *Juſtæ cauſſæ* præter Ordinarias, quæ beneficiandis objici ſolent, ſunt: 1. Si, non Univerſitas, ſed facultas nominaverit: 2. Si Univerſitas, quæ eſt ſuſpenſa, nominaverit: §. *monemus. de collation. in Concordat.* 3. Si graduatus in alia univerſitate, in alia nominatus: *Gloſſ. in §. item quod ad dictas. verbo ſuorum. eod. in Pragm. Sanct.* 4. Si beneficia quæ tempore impetrationis poſſidebat, Nominatus in literis non expreſſerit: 5. Si extra tempus quadrageſimæ infinuaverit: 6. Si non eo anno: §. *præterea.* §. *teneantur. eod.* 7. Si non graduatus in Univerſitate famoſa; *d. §. præterea:* 8. Si non per continuum triennium ſtuduerit: *vid. lat. Rebuff. d. tract. qu. 22. & 23.* 9. Si jus nominationis amiſerit; §. *fin. eod. in Concord.* quia moleſtiam fecit Collatoribus; litem contra eos movendo: *d. §. fin.* quia habuerit in Eccleſia Metropolitana vel Cathedrali, vel in Collegiata duas præbendas, vel Dignitatem cum Præbenda, vel unam; *Gloſſ. in §. quod ſi quis. ex dicta. in verb. duas. eod. in Pragm. Sanct.* quarum vel cujus fructus uſque ad ducentos florenos auri de Camera adſcendebant; *d. §. volumus. eod. in Concord.*

Concord. tempore vacationis beneficii, quod sibi in vim gradus vel nominationis conferri requirit: *Rebuff. in d. §. volumus.* quia literis Nominationis renuntiaverit, vel expressè, *c. audita. de restit. spoliat.* vel tacitè; sponsalia contrahendo, *Gloss. in num. de Cleric. conjugat. in 6.* religionem, cum antea esset secularis, profitendo: *c. beneficium. de regular. in 6.* quia nominationem per triginta annos non insinuavit. *arg. l. licet. 8. Cod. de jure deliber. Dartis d. loco, vers. insuper.*

Pluribus Nominatis, quis cui potior sit, distinctione explicandum: 26
Aut omnes non sunt graduati, & in candida pura petunt; (Simplices Graduatos appellamus) & gratificationi est locus: *d. §. statuimus. de collation. in Concordat.* Aut omnes sunt Graduati, & locus est antiquiori, non ætate & gradu, sed tempore: *Gloss. in can. fin. dist. 17.*

Distinguendum tamen inter Nominatos ejusdem anni, & Nominatos diversorum annorum; modo omnes debitè, ut loquuntur, insinuaverint.

In Nominatis ejusdem anni habetur & ratio prærogativæ gradus: ut *Doctor præferatur Licentiato, hic Baccalaureo:* & ratio prærogativæ facultatis, ut *Doctor Theologus, Doctori Canonico; hic Doctori in Jure Civili:* & *sic de cæteris Doctoribus, Prodoctoribus, Baccalaureis;* Baccalaureo in Theologia formato excepto; qui, studii Theologici favore, Licentiatis in facultatibus aliis præfertur. *d. §. statuimus. eod.*

Iis in gradu & facultate concurrentibus, recurritur ad Nominationis datam, ut præferatur *Nominatus primus:* sin verò omnes Nominatieodem die, gradus prioritas attenditur. *Glossa in d. §. statuimus. in verbo ad datam.*

Quod si concurrant hæc omnia, gratificationi Ordinarii erit locus. *arg. c. duobus. de rescript. in 6.* non Universitatum, utrum hæc vel illa magis sit famosa, habebitur ratio. *§. item quod ad dictas. vers. ita tamen. in verb. non teneatur. de collation. in Pragm. Sanct.*

In *Nominatis* diversorum annorum, prius Nominatus præferri debet, *secundum Glossam in d. §. in verb. præferri.* posterius nominatis. *Dartis d. loco, vers. alterum.*

27 Per *Nominationem*, nullum acquiritur jus in beneficio; remanent tamen beneficia quæ vacant obſtricta & obnoxia, ut ea *Nominatio* petere liceat, & collatio alteri facta, irrita ſit vel irritanda. *Gloſſ. in verb. ſolvatum. tit. de pacific. poſſeſſ. in pragm. Sanct.*

28 Sed tamen dicta circularis promotio collatioque beneficiorum non habet locum perpetuò. Nam in Metropolitanis Cathedralibusque Eccleſiis annonæ quædam attributæ ſunt Theologis, vulgò prabendas Theologales appellant; quod præterquam Theologo conferri poſſint nemini, quocunque anni tempore vacent. *d. §. ſtatuimus.* Animarum quoque curatio defertur ſemper ei qui præditus eſt gradibus Scholaſticis, aut ſaltem legitimo temporis ſpatio; id eſt, triennio, vel Theologiæ, vel juri Civili aut Pontificio operam dedit. &c. *d. §. ſtatuimus.*

LIBER

LIBER SEPTIMUS.

TITULUS I.

De Iure Beneficiarii in Beneficio.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Jus Beneficiarii consistit in fructuum perceptione.*
3. *Qui quibus in rebus consistant.*

SEquentes Methodum prædicatam tractabimus libro hoc de *Jure* quod habeat *Beneficiarius in beneficio suo.* 1

Consistit illud in *fructuum* seu redituum Ecclesiasticorum, directè ad ejus sustentationem ratione Tituli, Beneficii & residentiæ deputatorum, *perceptione.* 2

Qui, quibus in rebus consistant, & quomodo debeant dispensari, videndum.

Consistunt autem vel in *bonorum immobilium*, ut agrorum, domorum, & similium *possessionibus:* vel in *decimis, primitiis, oblationibus, canonica portione Episcopali, Cathedratico, Decimationum Quarta, Charitativo subsidio, procuratione, canonica portione seu* quarta *Parochiali, Legatis ad Pias causas;* & *distributionibus quotidianis.* 3

De bonis immobilibus videbimus primò: Et de earum usurpatione aut subtractione: Et alienatione sive inter vivos; Deinde de Fructibus beneficiorum in genere; ibique de mortis causâ alienatione: postea de cæteris singulis in specie.

TITULUS II.

De bonis Eccleſiæ immobilibus.

SUMMARIA.

1. *Bona Eccleſiæ ſeu Beneficiorum quæ.*
2. *Ea non poſſedit olim Eccleſia. Permiſit Conſtantinus.*
3. *Ad quid.*
4. *Eorum curam gerunt Præſules: Et qualem.*
5. *An præſcribi poſſint.*
6. *An etiam præſcriptionis locus in bonis aliorum piorum locorum.*
7. *Ut procedat, quæ requirantur.*
8. *Quæ currat contra Eccleſiam Romanam.*

1 BOna *Eccleſiæ*, ſeu Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſunt agri, vel prædia, domus & oppida, eorumque poſſeſſiones.

2 Initio naſcentis Eccleſiæ, talia non poſſedit Eccleſia; ſed ei oblata vendebantur, ex pretio inde redacto alebantur pauperes & Eccleſiæ Miniſtri. Poſtea temporibus Papæ Urbani I. inceperunt prædia poſſidere: *can. videntes. 12. qu. 1.* permittente hoc præſertim Imperatore Conſtantino Magno. *can. futurum. 12. qu. 1. can. Conſtantinus. diſt. 96. c. fundamenta. de elect. in 6. l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*

3 Ex quo tempore cœperunt fideles proprias facultates Eccleſiæ tradere pro Miniſtris ipſius Eccleſiæ ſuſtentandis, & ad cultum divinum exercendum, & alimenta pauperibus eroganda: & propterea hæc bona dicuntur vota fidelium, peccatorum pretia, pauperum patrimonium. *can. indignè. 12. qu. 2. cum. quia juxta. 16. qu. 1.*

4 Eorum cura paternam Eccleſiarum gerunt Præſules; *can. quod autem. verſ. ſi autem. 23. qu. 7.* Qui eis non tanquam propriis, ſed ut commendatis uti: *can. ſine exceptione. 22. qu. 2.* vel tanquam communia pauperibus erogare debent; *can. res Eccleſiæ. d. cauſ. & qu.* ut infra

Corvinus
De Perſonis
et Benef. Eccle
G IV.
32

titulo de fructibus Beneficiorum ostendemus: Debent etiam ea conservare, tueri; si quæ debeantur Ecclesiæ, ea, non propriâ, sed judicis auctoritate, exigere, recuperare. *can.* 1. *cum seqq.* 16. *qu.* 6. *c.* 1. *de præscript.*

Præscribi tamen à bonæ fidei possessore, *per tot.* 16. *qu.* 4. *can. quæsitum in fin.* 1. *qu.* 3. *c. illud. c. vigilanti. c. si diligenti. de præscript.* olim annis triginta; *can.* 1. *caus.* 16. *qu.* 4. *can. quæsitum. in fin.* 1. *qu.* 3. hodie quadraginta, *c. de quarta. c. illud. de præscript. Covarruv. in reg. possessor. part.* 2. §. 2. *num.* 3. *vers. imò. Padil. in l.* 2. *à num.* 45. *Cod. de servit. Monet. de decimis. qu.* 9. *num.* 154. *Lessius de just. & Jure. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 8. *num.* 251. possunt. 5

Quæ præscriptio etiam locum habet in rebus hospitalium, & aliorum locorum piorum, in pauperum usus institutorum: *Tyraquel. de pia causa. privileg.* 30. *Covarr. d. part.* 2. §. 2. *num.* 3. *Valasc. consil.* 105. *num.* 42. *Molin. de just. & jure tract.* 2. *disput.* 72. *num.* 3. in una Ecclesia præscribente contra aliam: *Rota decis.* 208. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* in præscribendo fundo in dotem Ecclesiæ dato: *c. sicut. ubi Gloss. de consecrat. Eccles. c. ad aures. ibi: omnes prorsus. de præscript. Balbus de præscript.* 1. *parte* 5. *num.*-- *Paris. cons.* 27. *num.* 58. *lib.* 1. in privato rem indivisibilem cum Ecclesia communem habent: *Balb. d. loco, num.* 35. *Abbas in d. c. de quarta. num.* 19. in Ecclesia, privato, cujus res immobilis præscribi cœperat, succedente. *Bart. Bald. Jason. & commun. Dd. in Auth. quas actiones. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Abbas consil.* 114. *num.* 2. *lib.* 2. *& in d. c. de quarta. Balb. d. loc. num.* 33. *per Auth. quod si. Cod. de longi tempor. præscript.* 6

Sed ut procedat, debent res pertinere ad Ecclesiam principaliter, non secundario: *Gloss. in c. audientiam. verb. principaliter. de præscript.* esse in Ecclesiæ dominio, non quasi, in quibus tempus sufficit ordinarium; sed vero & proprio. *Bald. in l. sive autem. §. si duobus. ff. de public. in rem act. Angel. Imola & alii in l. usucapionem. ff. de usucapion. Jason. in l. ult. num.* 13. *& Auth. quas actiones. num.* 2. *Cod. de Sacros. Eccles. Balb. ubi supra. num.* 14. *Barbos. juris Ecclesiast. univ. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 21. esse immobiles, aut quæ pro talibus habentur. *c. illud. c. ad aures. c. de quarta. de præscription.* 7

Con-

8 Contra Eccleſiam Romanam, ex ſpeciali Imperatorum & Pontificum Romanorum privilegio currit tantum centenaria præſcriptio *can. fin. 16. qu. 3. c. ad audientiam. c. fin. eod. d. Auth. quas actiones. d. l. fin. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Boër. deciſ. 264. num. 24. & 25. Covarr. in d. reg. poſſeſſor. part. 2. §. 2. num. 3. Balb. de præſcript. 1. part. 5. num. 16. cum ſeqq. Pinell. in Auth. niſi num. 27. Cod. de bonis maternis. Barboſ. d. l. num. 23.*

TITULUS III.

De bonorum Eccleſiaſticorum uſurpatione, aut ſubtractione.

SUMMARIA.

1. *Bona Eccleſiæ quibus debeant eſſe nota.*
2. *Redigenda in Inventarium.*
3. *Eorum Uſurpatio vetita;*
4. *Uſurpatores quomodo puniantur.*
5. *In quantum Canones Bonorum Eccleſiaſticorum Uſurpationem execrentur.*
6. *Opem ferentes itidem quibus Uſurpatores pœnis ſubjacent.*

1 BOna *Eccleſiæ* à Bonis Prælatorum debent diſtingui: *can. ſint manifeſtæ. 12. qu. 1.* & nota eſſe, non ſolum ipſis Prælatis, ſed & Canonicorum Capitulo: *can. manifeſtis. d. caus. 12. qu. 1.* nec non Eccleſiarum Patronis, vel aliis earum curam habentibus.

2 Redigenda propterea, coram Judice Eccleſiaſtico; *Marc. deciſ. Delphin. 105. part. 1. Marta de Juriſdict. part. 4. caſu 122. num. 16.* in invia

inventarium: *can. 46. charitatem. 12. qu. 2.* & in archivam deponenda. *Piasec. de prax. Episcop. part. 2. cap. 5. art. 4. num. 2.*

Usurpari aut surripi vetantur. *can. monemus. cum seq. 12. qu. 2.* 3

Usurpatores, si laici, nisi restituant, excommunicantur: *can. quicunq. cum seqq. can. 22. de rebus. 12. qu. 2.* si ipsi Rectores Ecclesiarum, usurpata reddere jubentur: *can. monemus. can. non habent. cum seq. d. caus. & qu. can. 1. caus. 12. qu. 3.* surripientes, rapientes, invadentes, ut sacrilegi puniuntur: *can. nulli liceat. can. prædia. can. hæc hujus. in fin. can. in legibus. 12. qu. 2. can. qui oblationes. il. 2. in fin. 13. qu. 2. Decium tract. crimin. lib. 6. cap. 30. in princ. & num. 10.* Ecclesia vacante hoc facientes ipso jure excommunicantur. *c. generale. de elect.* Clerici, talia facere præsumentibus se non opponentes, à fructuum perceptione ipsarum Ecclesiarum, pro rata temporis quo in culpa extiterint, suspenduntur. *d. c. generali.* Vacante Ecclesia, bona ejus occupantes, inter se dividentes, surripientes, dilapidantes, aut consumentes, ab officiis, & beneficiis, donec plene restituerint, ipso jure suspenduntur: *c. quia sæpe. de elect. in 6.* Prælati præsentationem dignitatum vel beneficiorum inferiorum obtinentes, tempore vacationis, bona in ipsis inventa, aut obvenientia, in usus suos nullo jure convertentes; si Episcopi sint, ab ingressu Ecclesiæ; si non, ab officio & beneficio usque ad restitutionem suspenduntur; *c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. Boer. decis. 340. num. 2.* secundum Concilium Tridentinum *sess. 22. de reformat. cap. ult.* res Ecclesiasticas qualescunque in usus suos convertentes, tam Laici quam Clerici, usque ad restitutionem, à solo Pontifice absolvendi, excommunicantur: *vid. Villagut. de reb. Eccles. restit. lib. 2. cap. 2. num. 5. cum seqq. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 31. num. 26. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 134. vers. 13.* hodie censura Bullæ Cœnæ reservata innodantur; *Glorit. resp. 12. num. 7. Barbos. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 29. num. 12. in fin.* Ipsi Ecclesiæ Patroni si fecerint, ultra prædictas pœnas, jure patronatus ipso jure privantur: *d. cap. ult. Concilii Tridentini. Gallet. in Margarita casuum conscientiæ. verb. Jus Patronatus. pen. Leo in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 21. num. 31. Vivian. in praxi Juris Patron. part. 3. lib. 15. cap. 3.* Clerici beneficiis privantur, ad alia beneficia obtinenda inhabiles declarantur, à suorum Ordinum executione,

ne, etiam poſt ſatisfactionem integram & abſolutionem arbitrio Ordinarii ſuſpenduntur. *Concil. Trident. d. loco. Navar. in Manuali. cap. 23. num. 110. Reginald. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 254. in fin. Barboſ. d. loco, num. 14.*

5 Adeo ergo Canones rerum Eccleſiaſticarum *Uſurpationem* damnant & execrantur, ut crimen hoc ſacrilegii pœna, & excommunicatione, atque ſuſpenſione, interdicto, ac privatione, imò homicidii pœna, *can. 1. 12. qu. 2.* dignum judicent. *vid. can. Epiſcopus. can. ex hoc. 12. qu. 1.*

6 Qui conſilium, vel opem & aſſenſum præſtiterunt, nec non qui, cum deberent, ſe non oppoſuerunt, pœnis ſimilibus condigni judicantur. *Barboſ. d. loco, num. 15.*

TITULUS IV.

De Bonorum Eccleſiaſticorum alienatione.

SUMMARIA.

1. *Prohibentur Bona Eccleſiaſtica alienari. Utroq; Jure.*
2. *Quare.*
3. *Alienationis voce quæ hic veniant.*
4. *Vetantur & alienari Eccleſiæ jura.*
5. *Ejus ſervi manumitti ſed non ſemper.*
6. *Alienantis tamen quæ pœna.*
7. *Alienata à quolibet revocari poſſunt.*
8. *Emtor, etiam bonæ fidei, reſtituere tenetur.*
9. *Conſuetudo in contrarium non valet.*
10. *Prælati alienantes quomodo puniantur.*

11. Qui

11. *Qui illicitè alienavit, an ipse rectè ad restitutionem rei agat.*
12. *Locans prædictas pœnas non incurrat.*
13. *Quando tamen.*
14. *Nec incurrit hæreditatem Ecclesiæ suæ relictam sine caussa repudians.*
15. *Nec legatum Ecclesiæ suæ relictum remittens.*
16. *Damnum tamen datum ex propriis bonis resarcire tenentur.*
17. *Petit recte Ecclesia Restitutionem in integrum.*
18. *Patitur dicta Regula de non alienandis rebus Ecclesiæ exceptiones.*
19. *In rebus mobilibus quæ servando servari non possunt: & quæ illæ.*
20. *Rebus immobilibus annumerantur aliquando pecuniæ, aliquando non.*
21. *Semper arbores cædi non solitæ.*
22. *Res modici valoris quales sint, alienari possunt.*
23. *Quæ tales sint relinquitur Judicis arbitrio.*
24. *Res Ecclesiæ damnosæ rectè alienantur.*
25. *In emphyteusin dantur.*
26. *Ut & aliæ in emphyteusin dari solitæ.*
27. *Ut tales censeantur, quæ requirantur.*
28. *Si Ecclesia incapax, ei relicta rectè alienantur.*
29. *Bonorum mensæ suæ usumfructum rectè alteri concedit Prælatus.*
30. *Qualiumcunq; rerum pretiosarum alienatio non permittitur, nisi sint ex justa caussa, & ser-*

vata forma à jure præscripta.
31. *Justa caussa est Necessitas.*
32. *Utilitas.*
33. *Manifesta.*
34. *Pietas.*
35. *Incommoditas.*
36. *Solemnitas formæ ad alienationem requisita in quibus consistat.*
37. *Voluit consuli Papam Paulus II.*
38. *Quando ejus consultatione non opus.*
39. *In dubio præsumuntur solemnitates observatæ ex diuturnitate temporis.*
40. *Nec obstat constitutio Pauli IV.*
41. *Si non servata forma, alienatio est nulla.*
42. *Ecclesiæ conceditur Rei vindicatio.*
43. *Quam vim habeat in his Consuetudo.*

1 VT *bona Ecclesiastica* non possunt *usurpari*; sic nec alienari. Prohibent hoc passim jura, non tantum Canonica, (quibus præcipue stamus hac in materia) etiam cum irritatione actus. *can. Abbatibus.* 41. *can. sine exceptione.* 52. *C. Possim.* 12. *qu.* 2. *c. nulli liceat.* 5. *cum seq. c. fin. de reb. Eccles. alien. vel mut. fcd.* & Civilia; *l. jubemus.* 14. *Auth. hoc jus. cum seqq. Cod. de Sacros. Eccles.* quæ vim habent, quatenus jure Canonico confirmata & recepta, neque
2 enim alias Laicorum statuta super rebus Ecclesiæ quid possunt. Ratio est: Cum ne contingat Ecclesias bonis spoliatas deseri, dum non est unde alantur Clerici divino ministerio adstricti; tum quia Prælati ut Clerici non sunt Domini, sed tantum Administratores: *can. si prælatum.* 12. *qu.* 1. & licet cum libera, non tamen ut perdant dispendiosè, aut aliàs temere alienando: *Gloss. fin. in c. cum nobis.* 19. *sup. de elect.* Imo potius tutorum aut curatorum instar, qui res minorum curant, quarum Jure gaudet Ecclesia. *c.* 1. *de in integr. restit.*

Alienæ

Alienationis verbum, hic, non tantum denotat actum, quo plenum in alium dominium transfertur, cujusmodi est *venditio, donatio, permutatio hæredis institutio, legatum;* verum & per quem dominium utile transit, ut *feudum, emphyteusis*, aut jus in rem quæritur; ut *pignus;* ejusve usus diminuitur: ut *usus fructus, locatio in longum tempus. d.c. nullis liceat. §. alienationis. can. Diaconi. can. precariæ. can. quicquid. cum seqq. can. alienationes. can. sine exceptione.* 12. *qu.* 2. *can.* 1. *caus.* 10. *qu.* 2. *c.* 1. *c. cum in officiis. cum seqq. de transact. c. Ambitiosæ. Extr. com. de reb. Eccles. alien. l. ult. Cod. de reb. alien. non alienand. l.* 1. *Cod. de fundo dotali.* 3

Sed nec per jura actiones vel nomina debitorum alienari permittuntur: *Abbas in d. c. nulli liceat.* 9. Neque etiam servitus aliqua de novo Ecclesiæ imponi potest. *Vallens. in paral. num.* 5. *Canistus in comm. ad d. c. nulli liceat. num.* 2. *de reb. Eccles. alien.* 4

Venit & alienationis nomine manumissio servorum Ecclesiæ utilium *l. consensus.* 3. *c. Episcopi.* 4. *eod.* Quæ tum permittitur, si manumittens Ecclesiæ reliquit servi manumissi valorem; ita tamen ut manumissus cum posteritate maneat, sub Ecclesiæ patrocinio. 5

Bene meritum servum manumittens non videtur teneri ad ejus valorem. *per can. si quos.* 12. *qu.* 2. *Zæs. in com. ad d. tit. num.* 2. *in fin.*

Quod si Clericus vel Prælatus, non obstante hac prohibitione, rem Ecclesiæ alienaverit; & alienatio est ipso jure nulla, *c. si quis Presbyterorum.* 7. *eod.* & tam alienans, quam qui accepit, nisi mox eam restituat cum fructibus; excommunicatur. *d. c. si quis presbyterorum.* 6

Et cum omnium intersit Ecclesias esse salvas; quilibet Clericus Ecclesiæ, cujus res est alienata; imo etiam ipse Prælatus qui rem alienavit, potest eam, à quolibet possessore repetere, una cum fructibus à tempore alienationis. *d. c. si quis Presbyterorum.* 7

Quia etiam emtor, licet forte bona fide emerit, ignorans rem esse Ecclesiæ, cogitur eam restituere, non recepto ab Ecclesia, cujus res est, pretio, sicut & jure Civili emptor rei alienæ. *l. si mancipium. Cod. de rei vindic.* Quia alienans rem meam sine meo consensu, non potest mihi nocere & damno esse. *l. non debet.* 74. *ff. de div. reg. jur.* Poterit tamen emptor bonæ fidei pretium ab auctore suo, id est, eo à quo emit, repetere. *c. ad audientiam.* 11. *de reb. Eccles. alien.* Si vero fuit emptor malæ 8

fidei, is & rem reſtituere cogitur, & amittit pretium; quod cedit, non lucro vendentis, ſed Eccleſiæ, cujus res eſt alienata. *l. jubemus. 14. §. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Vallenſ. d. loco, num. 6. Caniſius d. loco, num. 12. verſ. ſed & conſtitutum.*

9 Neque contraria conſuetudo alienandi juvat alienationem, cenſetur enim irrationabilis. *Gloſſ. in c. cum cauſſa. verb. præjudicat. de ſent. & re judic. Piaſec. in prax. Epiſc. 2. part. capit. 5. art. 4. num. 13. Vallenſ. d. loco. num. 6.*

10 Præterea Pontificiali aut Abbatiali dignitate fulgentes, propter factam alienationem arcentur ab Eccleſiæ ingreſſu; perſeverantesque animo indurato per menſes ſex, ab adminiſtratione Eccleſiæ ſuſpenduntur. Prælati Inferiores & Eccleſiarum Rectores & Adminiſtratores, beneficiis, quorum alienarunt bona, ipſo jure privantur; ea tanquam vacantia aliis liberè conferri poſſunt. *d. c. ambitioſæ. Ext. com. de reb. Eccl. alien. Zæſ. d. loc. num. 3.*

11 Sed, an ergo is qui illicitè alienavit, ad reſtitutionem ejuſdem rei agere poteſt; cum turpe ſit venire contra factum ſuum & ideirco videatur non eſſe audiendus: *l. 4. Cod. revocat. donat. l. poſt mortem. ff. de adoption. l. 30. Cod. de tranſact. cap. inter dilectos. 8. verſ. fin. de donation. Præcipue cum id quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poſſit. c. quod ſemel. 21. de reg. jur. in 6.* Dicendum tamen illa procedere, cum quis contravenire vult nomine proprio & commodo ſuo; non ſi terminus hic Clericus qui alienavit illicitè. Is enim agit nomine Eccleſiæ & ejus capite admittitur. *d. c. ſi quis Presbyterorum. 6. Caniſ. d. loc. num. 12.* Sic & pater res peculii adventitii liberorum ſuorum temerè alienatas, revocat: *Pinell. lib. 1. part. 3. num. 73. Cod de bonis matern.* ut & maritus res dotales temerè alienatas, etiam ſtante matrimonio: *Gomez. ad leg. 50. Taurin num. 63. Barboſ. ad l. 1. part. 5. num. 15. ff. ſolato matrim.* Nihil obſtante juramento. Quod improbum. *c. intellecto. 35. de jurejur. vide Navarr. tract. de alienat. rer. Eccleſ. num. 23.* D. Auguſtinus relatus *in c. magna. 22. qu. 4.* dicit *Magnæ ſapientiæ eſt revocare hominem quod malè locutus eſt.*

12 Prædictas pœnas non incurrit locans in perpetuum, vel ad longum tempus; licet enim talis locatio ad longum tempus ſit prohibita

Corvinus
De Perſonis
et Benefic. Eccle
G IV.
32

c. ad audientiam. c. nulli liceat. de reb. Eccleſ. alien. c. querelam. Ne Prælati vices ſuas. (cum per eam conductori quæratur utile dominium; *l. 1. §. qui in perpetuum juxta. l. pen. ff. ſi ager vectigal. pet.* permittatur tantum hodie ad triennium. *d. c. ambitioſæ. Covar. var. lib. 2. cap. 16. num. 4. Rodovan. tract. de reb. Eccleſ. non alienand. qu. 58. num. 21. Croc. de locato. part. 3. tit. de reb. Eccleſ. locand. concl. 5. 6. & 9.* computandum ex tribus fructuum collectionibus: *Barboſ. d. loc. num. 30.* olim novennium: *Gloſſ. in c. veſtræ. de locato. & in Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alienand.*) tamen cum *d. Extrav. ambitioſæ.* pœnam contineat, eamque ſpecialiter inferat iis qui alienant; propriè autem non dicatur alienare qui elocat ad longum tempus, ſed impropriè; videtur locantem ea pœna non teneri; cum non ſoleat pœna extendi ex impropria verbo acceptione. Quò facit, quod tradit Covarruv. 2. *variar. reſolut. cap. 16. num. 2.* Prælatum qui juravit non alienare, non incurrere perjurium, ſi ad longum tempus elocet. Eſtque ea ſententia æquior; non obſtante quod *d. Extrav. ambitioſæ.* poſt enumeratas alienationis ſpecies, ſubjungantur pœnæ. Quia tantum concernunt eas, per quas fit propriè alienatio in Eccleſiæ detrimentum. Aliàs etiam locatio facta in quadriennium eaſdem induceret pœnas; Quod abſurdum.

Quod ſi tamen fuerit facta ad tantum tempus, quod ad alienatio- 13
nem tendit, ut ad annos centum, dici poteſt, *ſecund. Abbat. in d. cap. intellecto. 33. num. 10.* dictis pœnis eam facientem ſubjici. *Zaſ. d. loc. num. 5.*

Nec prædictas pœnas incurrit, ſine cauſſa hæreditatem, ſuæ Eccle- 14
ſiæ relictam, repudians. Quia interdicitur alienatio: Repudiare autem non eſt alienare, ſed potius non acquirere. Neque enim hæreditas ante aditionem dici poteſt alicujus, cum aditione demum acquiratur. *tot. tit. ff. de acquir. vel amitt. hered. Cod. de Jure delib.* facit *l. ſi ſponſus. 5. circa fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. & d. c. quod autem. 6. in princ. §. 2. ff. quæ in fraud. credit.* ubi dicitur; Non diminuere eum patrimonium, qui non acquirit, quod acquirere potuit: *Zaſ. d. loc. num. 6.* Eſt & communis ſententia Prælatum ſeu Beneficiarium in acquirendis præjudicare poſſe Eccleſiæ: *Panorm. in c. tua. num. 9. de his quæ fiunt à Prælat. Jaſon. in l. legatum. num. 16. ff. de legat. 1. Præpoſ. in c. verum. 13. de condit.*

condit. appoſ. Lambertin. de jure patronat. art. 9. quæſt. 2. in princ. Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccl. num. 91. Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. 96. in 1. edit. ut etiam poteſt alieno nomine poſſidens ſuo domino. *Ex literis Sabinianis. ult. Cod. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Gloſſ. celebris in can. ult. verb. meliorem. 16. qu. 6. commend. per Felin. in c. verum. num. 12. de foro compet. Roch. in c. ult. num. 288. de conſuetud.*

15 Nec ob eaſdem rationes & auctoritates prædictas pœnas incurrit, *ut volunt Felin. in c. contingit. il. 1. num. 9. de ſent. excommun. Andr. Siculus. in c. ut ſuper. col. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Socin. regul. 110. Beroj. in c. 1. num. 115. de in integr. reſtit. Redoan. d. tract. qu. 2. cap. 12. in princ. Vaſq. de ſucceſſ. tom. 1. §. 27. num. 23. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 10. Cod. de bon. matern. Azor. Inſt. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. qu. 12.* legatum Eccleſiæ ſuæ relictum remittens. Per *d. l. quod autem. 6. §. ſed & ſibi. 14.* ubi expreſsè dicitur; Debitorem repudiantem legatum non cenſeri alienare in fraudem creditorum. Non obſtante quod legatarius habeatur dominus continuo à morte teſtatoris; tunc enim dies cedit & legatario eſt actio in rem. §. 1. *Inſt. de legat. & tot. tit. ff. quando dies legat. ced.* Nam hoc civiliter tantum, non etiam naturaliter intelligendum; ut nec dum rem plene habeat, atque adeo non dicatur alienare repudians. Nec enim eſt repudiatio ejus, quod necdum acquiſitum eſt. *l. 1. §. decretalis. 7. ff. de ſucceſſ. Edicto.* Nec adverſatur nobis *l. magna patr. §. fundum. ff. de reb. eor. qui ſub tutela ſunt.* ubi Pupillus legatum fundum repudians dicitur alienare. Loquitur enim in eo caſu, quo non tantum bona non alienanda, ſed nequidem lucra omittenda. *Abbas in d. c. tua. num. 9. de his quæ fiunt à Prælat. Freder. de Senis conſ. 9. Gomez. var. reſolut. cap. 14. num. 14. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 4. num. 12.* Hic tantum agimus de inducenda pœna, propter omiſſa lucra. Quam dicimus, cum tantum impoſita alienantibus, non extendi ad omittentes. Eſt enim ſtrictè accipienda. *Zæſ. d. loc. num. 7.*

16 Non tamen negamus Prælatum, legatum vel fideicommiſſum Eccleſiæ ſuæ relictum ſine cauſſa & temerè repudiantem, Eccleſiæ damnum dare, illudque ex propriis bonis teneri reſarcire; Cum ex officio & conſequenter lege Juſtitiæ, teneatur bene adminiſtrare; bona ec-

tem

tem adminiſtrationi adverſetur iſta repudatio *fac. can. quicunque 12. in qu. 4. l. quidquid. 7. Cod. arbitr. tutelæ.*

Poteſt & Eccleſia petere in integrum reſtitutionem, cum etiam 17
ad lucrum omiſſum reſtituatur. *Gloſſ. ad c. 3. verbo. reſtituimus. & ibi Abbas num. 15. de in integr. reſtit.*

Patitur etiam dicta regula de Rebus Eccleſiæ non alienandis ſuas 18
exceptiones.

Et inprimis licitè alienantur res mobiles, quæ ſervando ſervari 19
non poſſunt, *l. lex quæ 22. l. tutores. 29. Cod. de adminiſtr. tutor.* ut eſt quæ ſine notabili deterioratione non durarent, quæque utendo abſumuntur; ut ſunt *arborum fructus, vinum, oleum, frumentum, jumenta & pecora* ſingularia. *Piaſec. d. loco. num. 19.*

Pecunia etiam regulariter numeratur inter res, quæ ſervando ſer- 20
vari nequeunt, cum retenta nihil operetur. *Abb. in d. c. nulli; num.* 11. niſi hæc rei immobili comparandæ voto, juramento, aut præcepto Superioris ſit deſtinata: quia tum inrer res immobiles eſt numeranda. *Piaſec. d. loco. Vallenſ. in par. eod. num. 1. §. 2.*

Similiter immobilibus annumerantur, arbores grandes, quæ 21
non conſueverunt cædi. *Choppin. de ſacra politia lib. 3. tit. 8. num. 12.* nec poſſunt ſylvæ cæduæ taliter exſcindi, quo bona Eccleſiæ deteriorentur. *Abbas in in d. c. nulli liceat. Novar. conſil. 6. num. 2. tit. de alienat. rer. Eccleſ.*

Terrulæ quoque, vineolæ & aliæ res, ſive immobiles, ſive mo- 22
biles *valoris modici* & *exigui*, ſi id poſtulet Eccleſiæ utilitas & neceſſitas, alienari poſſunt. *can. 56. terrulas. 12. qu. 2.* Cui canoni nec per Extrav. *ambitioſæ.* nec per Concilium Tridentinum eſſe derogatum, idque declaraſſe Sacram Congregationem Cardinalium teſtatur Quaranta. *in Summa Bullarii: verb. alienatio. num. 14. & ex Piaſec. d. loco. num. 4.*

Quæ autem dicatur res *modici* & *exigui valoris*, arbitrio relin- 23
quitur Judicis ſeu boni viri, qui conſideratis Eccleſiæ alienantis facultatibus, rei alienandæ valore, & loci conſuetudine, æſtimabit & judicabit, an res ſit modica ſeu modici valoris. *arg. text. in c. cæterum. de donation. Piaſec. d. loco num. 25.*

24 Res etiam quæ Eccleſiæ magis ſunt damnoſæ, quam utiles, ut ſint aquoſæ, ſylvoſæ, ſteriles, inundatæ, & infructuoſæ, rectè alienantur: *d. can. ſine exceptione. 12. l. cum ſeq. can. 10. non liceat Papæ, niſi tantummodo. 12. qu. 2.* etiam ſine ſolemnitate; dummodò id fiat deat neceſſitas: qualis erit vitandi expenſas, *text. in d. can. 56. terrulas. Gloſſ. in l. niſi finita. in princ. ff. de tutel. ratiocin. diſtrab. Bart. in l. 1. Cod. de agric. & cenſit. Jaſon. in l. 2. num. 10. ff. de offic. ejus cui mand. juriſd. Cavalcan. deciſ. 45. num. 34. part. 1. Barboſ. d. loco num. 20.*

25 Undè & in emphyteuſin tantum ab Eccleſia concedi poſſunt res immobiles, quæ nullam afferre videntur Eccleſiæ utilitatem; ut ſunt ruinæ, quas Eccleſia reſtaurare non poteſt; inculti quoque agri, aut exſtirpatæ ſylvæ, & ſimiles. *can. hoc jus. §. perpetua, can. Oeconomas. 10. qu. 2. d. can. ſine exceptione. d. can. terrulas. c. ad aures. 7. de reb. Eccleſ. alien. Auth. præterea. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*

26 Res immobiles antea infeudari vel in emphyteuſin dari ſolita feudo vel emphyteuſi exſpirante, iterum in feudum ſeu emphyteuſin dare poſſunt, abſque ſolemnitate juris ad alienationem præſcripta: *Quaranta. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ. num. 39. & 40. Zerola in praxi Epiſcop. d. verb. §. 3. Tamburin. tom. 3. diſp. 14. qu. 6. & 10.* modo id fiat in Eccleſiæ evidentem utilitatem utilitatem; & antequam illius rei fructus incorporentur Eccleſiæ: quia tum non cenſetur nova alienatio, quæ à jure prohibetur, ſed continuatio alienationis antea factæ. *Borgnin. deciſ. 30. num. 8. & 10. 48. 53. & deciſ. 31. num. 113. cum ſeqq. Schrader. de feudis. part. 4. cap. 2. num. 20. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 4. num. 7. de reb. Eccleſ. non alien.*

27 Ut autem res dicatur in feudum vel emphyteuſin dari ſolita, ſufficiunt actus duo conceſſionis factæ, vel unus ſolemnis cum quadraginta annorum decurſu. *Gamma deciſ. 342. num. 4. Cephal. conſil. 155. num. 30. cum ſeqq. lib. 2. Caldas. de renovat. emphyt. qu. 16. num. ult. Piaſ. d. loco num. 30.*

28 Relicta Eccleſiæ incapaci, verbi gratia mendicantibus, licèt alienantur. *Piaſec. d. loco, num. 33.* Ubi ſubjicit, poſſe etiam Regulares bona ſua vigore privilegiorum ſibi indultorum alienare: ac ſpecialiter Gregorium XIII. indulſiſſe Patribus Societatis Jeſu, ut poſ-

Corvinus
De Perſoni
et Benef. Eccle
G IV.
32

ſint bona ſua alienare arbitrio ſui Præpoſiti Generalis, nullâ aliâ à Sede Apoſtolica vel loci Ordinario petitâ licentiâ. *Vallenſ. d. loco. num.* 5.

Denique uſumfructum bonorum menſæ ſuæ, non ipſa bona; 29
can. alienationes. verſ. illud. 12. *qu.* 2. *c. ut ſuper. c. poſſeſſiones. de reb. Eccleſ. alien.* Prælatus ad beneplacitum ſuum, vel vita ſua durante licitè alteri concedit. *Piaſec. d. loc. num.* 35.

Aliarum verò rerum immobilium, atque etiam mobilium, ſi 30
pretioſæ ſint, & ſervando ſervari poſſint; ut ſunt vaſa aurea, argentea, caſulæ, tapetes, *Dd. in d. c. nulli liceat.* 5. *de reb. Eccleſ.* & quæcunque triennio non corrumpuntur. *Gloſſ. in l. un. Cod. ſi adverſ. uſumfr. arg. d. can. terrulas. cum ſeq.* 12. *qu.* 2. vel notabiliter non deteriorantur, alienatio non aliter permittitur quàm ex juſta cauſſâ, & ſervatâ formâ à jure præſcriptâ. *c. primo Ext. Com. de reb. Eccleſ. non alien. d. can. ſine exceptione.*

Quæ duo ad alienationis validitatem requiruntur conjunctim: ut unum ſine altero non ſufficiat; & altero deficiente alienatio ſit ipſo jure nulla. *c. ult. eod. c.* 1. *eod. in* 6. *Abb. in c. nos* 2. *can.* 11. *num.* 8. *eod. Vallenſ. in par. ibid.* §. 2. *num.* 7. *Zæſ. in Com. ibid. num.* 15. De utroque proindè ſpecialiter videndum.

Juſta igitur cauſſa alienandi res Eccleſiæ eſt quadruplex. *Gloſſ. in ſum. cauſ.* 12. *qu.* 2. *Navar. ad can. non liceat.* 20. *d. cauſſ. & qu.*

Prima eſt *Neceſſitas c.* 1. *eod. in* 6. Quæ & aliàs in quacunque 31
alienationis prohibitione ſemper intelligitur excepta. *l. alienationes.* 13. *ff. famil. erciſc. l.* 1. *princ. ff. de fundo dotali. l. fin.* §. *ſin autem.* 4. *Cod. de bonis quæ liber.* veluti cum Eccleſiæ incumbit æs alienum urgens, certum, clarum, non obſcurum, quod aliter vel ex mobilibus, vel fructibus bonorum Eccleſiæ diſſolvi nequit: *Auth. hoc. jus porrectum. & Auth. præterea. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. can. hoc jus.* 10. *qu.* 2. *c. adnoſtram. de reb. Eccleſ. non alien. Piaſec. d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 32. *verſ. eſſet item. Quaranta in Sum. Bullar. verb. alienatio rerum Eccleſiæ. num.* 42. *Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap.* 14. §. 7. *num.* 5. *verſ.* 3. *Abb. add. c. nulli licent.* 5. *num.* 5. Tunc enim, ut ſemper, neceſſitas caret lege. *l.* 1. *Cod. de bonis libert. Cagnol. in l. quæ propter neceſſitatem.* 162. *ff. de diverſ. reg. jur.* & tempore neceſſitatis adminiſtratores Reipublicæ, res com-

munitatis aliàs alienari prohibitas, diſtrahere poſſunt: *Auth. noviſſimè. Cod. de adminiſtrat. tutor. l. ult. Cod. de vendend. rebus Civitat.* ita etiam ex eadem cauſſa Eccleſiæ bona poterunt alienari. *c. 1. de pignor. can. enim. 10. qu. 2. Dd. in d. c. nulli. 5.*

32 Altera eſt Utilitas; *c. 1. de reb. Eccl. alien. in 6.* veluti ſi res Eccleſiæ alienetur, ut melior & utilior ematur. *can. 52. ſine exceptione. 12. q. 2. c. ut ſuper aliqua. 8. verſ. poſſeſſiones vero. de reb. Eccleſ. alien. c. cum Apoſtolico. 7. verſ. e contrario. & c. tua nuper. 8. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit.* A quacunque enim diſpoſitione ac prohibitione utilitatis ratio intelligitur excepta. *d. l. jubemus. 14. & ibi Bart. & Baldus. Cod. de curſu publ. & angar.* Nec etiam quod ob favorem ſive utilitatem Eccleſiæ eſt introductum, retorqueri debet in ejus incommodum. *l. quod favore. 6. Cod. de legib.*

Sic etiam Pater bona adventitia filiorum alienari prohibita, cauſſa majoris utilitatis diſtrahere poteſt. *l. fac. §. pen. verſ. non autem. Cod. de bon. quæ liber.* Idem in prodigo cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt; *l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. cui bonis. ff. de novation. vid. Rodoan. d. tract. qu. 19. num. 98. cum ſeqq. Tiraqu. de jure mariti; Glo. 8. num. 57. Covarruv. var. lib. 2. cap. 26. num. 8.* in tutore, *l. ſi pupillorum. §. ult. ff. de reb. & l. res, quæ tutores. verſ. jam ergo. Cod. de adminiſtr. tutor.* in bonis dotalibus, *l. ita conſtante. l. mutus. verſ. mautus. ff. de jure dot.*

Procedit etiamſi res Eccleſiæ donata ſit cum conditione, ne alienetur: *Aretin. conſ. 25. num. 5. Bald. in Auth. res quæ. num. 27. Cod. commun. de legat. Rodoan. d. loco.* Cum alienatio in hac ſpecie ex mente prohibentis cenſeatur permiſſa; *fac. c. fin. de tranſact. Gloſſ. in c. qui agendum. verb. mandato. de procur. in 6.* modò ritè obſervatis ſolemnitatibus jure requiſitis, celebretur. *fac. c. pervenit in 2. de jurejur. & in ſcripturæ. de voto. & reg. Gloſſ. receptæ. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Dyn. Gloſſ. ult. in fin. verſ. alii dicunt in c. verum. de condit. appoſit.*

33 *Utilitas* autem Eccleſiæ debet eſſe, tempore alienationis, *Bald. conſ. 256. circa med. verſ. præterea. Corn. cauſ. 144. num. 3. lib. 2. Barbat. conſ. 4. in princ. lib. 1.* ultimæ; *d. can. ſine exceptione. & ibi Bellamb. num. 1. & Gemin. num. 2. verſ. in hoc quæſt. Imol. in c. ad aures. num. 1. de*

1. *de reb. Eccl. alien.* manifesta; *Giovagn. consil.* 22. *num.* 14. *lib.* 2. *Ciarlin. controvers. forens. judicior. cap.* 105. *num.* 48. ita ut Ecclesiæ conditio patenter fiat melior & locupletior: *Cæsar de Grassis decis.* 4. *num.* 7. *sub tit. de reb. Eccles. alien. Paul. de Rubeis in compendio alienat. rer. Ecclesiast. à num.* 92. *Archid. in d. can. sine exceptione num.* 5. *Gloss. in can. sed nonne.* 12. *qu.* 2. *Barbos. d. loco num.* 16. plenè probari; Nec enim statur solæ assertioni alienantis: *Bart. in l. si facto ff. de castrens. pecul. Feder. de Senis. cons.* 143. *circa fin. Alex. cons.* 160. *num.* 5. *lib.* 6. *Rota decis.* 181. *num.* 3. *part.* 1.

Tertia causa est *Pietas:* ut si redimendi captivi *can. Apostolicas.* 34
13. *can. & sacrorum.* 15. *cum seqq.* 12. *qu.* 2. *l. sancimus.* 21. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* alendi pauperes, quibus aliter provideri non potest. *d. l. sancimus.* 21. *ibi & famis. can. aurum.* 70. *d. caus.* 12. *qu.* 2. ubi in principio dicitur; quod aurum habeat Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget & subveniat in necessitatibus. Et in *can.* 71. *Gloriosæ.* 12. *qu.* 2. scribitur Gloriam Episcopi esse pauperum inopiæ providere, ignominiam Sacerdotis esse propriis, studere divitiis. *Abb. d. loco. Schurf. cent.* 2. *cons.* 70. *num.* 1.

Quarta est *Incommoditas:* ut si res Ecclesiæ sit sumtuosa, & pa- 35
rum utilis. *d. can. terrulas.* 53. Sed hæc revocatur ad secundam; *Vallens. in par. d.* §. 3. *num.* 1. *Canis. in Comm. ad d. tit. num.* 7. *& lib.* 2. *Inst. Jur. Canon. tit.* 32: *Ungepaur. in Com. ad tit. de reb. Eccles. alien. num.* 14.

Solemnitas formæ ad alienationem requisitæ consistit in his qua- 36
tuor: *Primò;* Ut à Prælato cum Capitulo vel Clero super re alienanda fiat tractatus, an expediat rem alienari, *d. can. sine exceptione. c. cum Apostolica.* 7. *c. tua nuper* 8. *de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit. c.* 1. *vers. quia etiam. de reb. Eccl. alien.* Et sufficit tractatus unus: *Vallens. d. loco.* §. 3. *num.* 2. *Secundò;* Ut Capitulum consentiat in eam expresse, aut totum, aut saltem pro majori & saniori parte: *c. ut super.* 8. *eod. c. quantò. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit. Tertiò;* Ut Capitulum subscribat: hoc tamen non requiritur, nisi in donatione, venditione, permutatione: *d. can. sine exceptione. d. c. tua nuper* 8. *vers. irrita enim. & c.* 1. *& ibi Abb. num.* 4. *eod.* Imò jam consuetudine est receptum, ut

ſufficiat Notarii ſubſcriptio. *Vallenſ. d. loco.* Quodſi alienetur res Eccleſiæ habentis Rectorem unum, eo quoque inconſulto vel invito res Eccleſiæ non eſt alienanda: *can.* 151. *placuit.* 12. *qu.* 2. nequidem Eccleſiâ vacante: *can. ult.* 14. *qu.* 2. *Quartò;* Superioris accedat auctoritas: qui in non exemptis, etiam in Cathedralibus aliisque Inferioribus, eſt Epiſcopus: *can. Abbatibus.* 12. *qu.* 2. A quo ſaltem in Belgio concedi alienandi facultatem res ad Eccleſias ſibi ſubjectas ſpectantes teſtatur Zypæus. *in Jur. Pontif. Novi Analyt. Enarr. tit. de reb. Eccleſ. alien. num.* 2. In exemptis eſt Prælatus, cui Eccleſia vel Monaſterium immediatè ſubeſt. In alienatione tamen rerum Monaſterii non tantum opus eſt conſenſu Capituli & Abbatis, ſed & Epiſcopi, qui, an alienationem fieri expediat Eccleſiæ, cognoſcat: *d. can. Abbatibus. can. venditionibus.* 16. *qu.* 7. In Eccleſiis Patronatis conſenſum Patroni non requiri tenet Abbas. *in c. un. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. conf. Piaſec. d. loco. num.* 16. niſi quoad bona, quæ ab ipſo Patrono pervenerunt: *& ſic intell. Choppin. de ſacra Politia lib.* 43. *tit.* 2. *num.* 28. *Vallenſ. d. loco. num.* 2.

37 Præter hanc formam ſtatuit, ſub gravibus pœnis, Paulus II. in *Extrav. Ambitioſæ.* ne ulla bonorum Eccleſiaſticorum aut pii loci ſine alienatio conceſſioque Romano Pontifice inconſulto: & ut aliter facta nullius ſit roboris & momenti: Sed uſu non ſervatur paſſim, præſertim, quoad locationem & pœnas. *Sylveſter in Summa. verb. Alienatio.* §. 15. *Navar. in Manuali cap.* 27. *num.* 149. *Covarruv. lib.* 2 *var. reſolut. cap.* 16. *num.* 6.

38 Neque opus eſt hac conſultatione in rebus exigui momenti: nec quando de facili adiri & conſuli Pontifex non poteſt: vel ubi conſtat alienationem eſſe neceſſariam, & eſſet in mora periculum: *fac. ut ex can Gloria Epiſcopi.* 12. *qu.* 2. *Piaſec. d. loco. num.* 28. nec in alienatione ſummæ pecuniariæ ad pium uſum, quantumvis ea magna ſit, ſi ad menſam pertineat Prælati. *Leſſius de Juſtit. & Jure lib.* 2. *cap.* 24. *dubit.* 11. *Vallenſ.* 8. *loco. num.* 3.

39 In dubio autem præſumuntur ſervatæ ſolemnitates, ex diuturnitate temporis. Nec id mirum, cum temporis etiam diuturnitate, nempe quadraginta annorum, præſcribi res Eccleſiæ poſſint: *ut præced. tit. diximus.*

diximus. vide Felin. in c. ſicut. num. 29. de ſent. & re judic. Cravetta. de antiquit. tempor. part. 3. Cavalcan. deciſ. 48. num. 28. part. 1. Piaſec. d. loco. num. 17.

Nec obſtat Conſtitutio Pauli IV. quam refert Petr. Matthæus *in* 40
ſuo VIII. Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 6. qua omnes alienationes bonorum quorumvis Eccleſiaſticorum, ſine ſolemnitatibus requiſitis & in damnum Eccleſiarum factæ, nulla præſcriptione temporis juvante, revocantur. Quia per Conſtitutionem Pii IV. revocata. *Piaſec. d. loco. Vallenſ. d. loc. num. 4.*

Facta autem alienatio, de rebus Eccleſiæ contra formam aut 41
prohibitionem, nulla eſt atque irrita ipſo jure. *c. tua nuper. 8. de his quæ fiunt à Præl. ſine conſ. c. 2. c. ad audientiam 11. de reb. Eccleſ. alien. d. can. 52. ſine exceptione. 12. qu. 2.* Deficiente enim formâ, deficit ipſe actus; Quia forma dat eſſe rei, & quæ contra leges fiunt, pro infectis ſunt habenda. *l. jubemus. 14. §. ſane. 1. in fin. Cod. de SS. Eccleſ. & l. non dubium. 5. Cod. de legib. Abb. in d. cap. nulli num. 7. & c. tua nuper. 8. Ungepaur. in com. ad d. tit. de reb. Eccleſ. alien. num. 17.*

Non igitur debet Eccleſia, cum non vult ſervare hunc contra- 42
ctum, petere reſtitutionem in integrum; ſed poterit rem alienatam revocare, *d. c. ad audientiam.* per rei vindicationem. *d. l. jubemus. 14. §. 1. Ungepaur. d. loc.*

Et hæc quidem ita ſe habent de jure; de conſuetudine verò non 43
omnia ſtrictè obſervantur. *teſte Weſenb. part. 2. conſil. 59. num. 23.*

Communis tamen eſt opinio, conſuetudinem non poſſe minuere vel adimere ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiſitas. *c. fin. de conſuet. in 6. Abb. in d. c. nulli. Zæſ. d. loc. num. 20. Ungepaur. d. loc. num. fin.*

TITU-

TITULUS V.

De Fructibus Beneficiorum in genere.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Utrum Beneficiati in fructibus acquiſitis habeant dominium, eſt controverſum: Sunt Dd. ſententiæ duæ.*
3. *Prima negat.*
4. *Altera affirmat. Quæ probatur.*
5. *Reſpondetur ad jura proprima allegata.*
6. *Sciendum, qui Beneficiorum fructus ad ſuſtentationem Beneficiati ſint Neceſſarii, qui Superflui.*
7. *Qui illi.*
8. *Qui hi.*
9. *Illos diſpenſat pro libitu;*
10. *Non hos.*
11. *Pauperes hìc qui.*
12. *Beneficiatus fructus turpiter expendens an teneatur ad reſtitutionem.*
13. *Patrimonium ſuffficiens habens, eo reſervato vivere poteſt ex fructibus.*
14. *Si ex eo vivat, poteſt tantundem capere, ex Beneficii fructibus.*
15. *Superflua expendere debet in uſus pios.*
16. *Nec ab ea obligatione liberæ ſunt penſiones ſuperfluæ.*
17. *Sunt Bona perſonæ habitu quæſita.*
18. *Qui*

18. *Quos ex Beneficiorum fructibus alere possint Beneficiati.*
19. *Non possunt empta ex fructibus alteri donare.*
20. *Nec de bonis Ecclesiæ intuitu quæsitis testari.*
21. *Sine licentia Papæ.*
22. *Quam hodie consuetudo non desiderat.*
23. *Quæ justa.*
24. *De quibus bonis Beneficiati testentur libere.*
25. *Beneficiatis monentibus ab intestato quomodo succedatur in Patrimonialibus.*
26. *In Bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis.*
27. *Quid, si sint talia & simul patrimonialia.*
28. *Quid, si servetur in Galliis & Belgio.*
29. *Quomodo fructus Beneficii inter hæredem Beneficiati & successorem dividendi.*
30. *Quid hic disposuerit Papa Julius III.*

VIdimus de bonis immobilibus Beneficiorum, nec non de eorum usurpatione & alienatione; videndum nunc de *Beneficiorum Fructibus:* De quibus hoc titulo disseremus in genere: Videlicet an *Beneficiati* seu *Clerici in eis habeant dominium?* Et *quomodo eos dispensari debeant*, ac in alium transferre possint. 1

Quoad primùm; nempe an *Beneficiati habeant in redditibus & fructibus ratione suorum Beneficiorum acquisitis, dominium;* magna est inter Juris Canonici Doctores dissensio. Et in ea duæ reperiuntur sententiæ celebriores, inter se contrariæ. 2

Prima; (*quæ est Archidiac. in princ. dist. 45. & can. si Episcopus. 12. qu. 1. & c. statutum. §. accessorem. num. 13. de rescript. in 6.* Innoc. *in c. indecorum. de ætate & qualit. ordin.* Navarr. *de reditib. Eccles. qu. 1. num. 17. & in Apolog. contra Sarmient. qu. 1. num. 24. & 27. & 38.* Zanchin. *de privileg. Eccles. priv. 116. 13.* Comitol. *respons. moral. lib. 1. qu. 70.* ali- 3

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

orumq;) tenet Beneficiatos Dominos non eſſe, ſed ſolum modo Diſpenſatores: ita ut poſſint quidem ſibi & miniſtris ſuis neceſſaria ad ſuſtentationem ex fructibus ſumere; cætera tamen ex lege, non ſolum charitatis, ſed & juſtitiæ; elargiri debeant pauperibus; quæ ſuperſunt in utilitatem Eccleſiæ convertere: ſi aliter fecerint furtum committere & ſacrilegium; & ad reſtitutionem teneri: Fulcitur ea *prine. §. ordinandi. verſ. quomodo etiam. diſt. 42. ibi: aliena rapere convincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur. Et can. ult. 16. qu. 1. ibi: quicquid habet Clericus eſt pauperum: can. ſicut ii qui. 8. ibi: eſurientium panis eſt. diſt. 47. can. quod autem. 23. qu. 7. ibi: non ſunt illa noſtra, ſed pauperum quorum procurationem quodammodo gerimus.*

4 Altera ſententia, primæ directè contraria, ſcilicet Clericos hodie poſt diſtributionem reditуum in quatuor portiones, de qua *in can. quatuor. 27. cum ſeq. 12. qu. 2.* & beneficiorum inſtitutionem, eſſe fructuum ratione beneficiorum perceptorum Dominos, verior eſt & uſu receptior. *Sarmientus de reditibus. par. 4. cap. 6. num. 2. Marſil. de Columna in ſimili tract. part. 2. cap. 1. & cap. 15. & 35. Clarus in §. teſtamentum. qu. 27. verſ. quarto videndum. Garcias de benefic. part. 2. cap. 1. num. 4. & 6. Barboſ. jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 17. verſ. 10.* Nam iſta reditуum Eccleſiæ diſtributio, quam videbantur mores requirere, quoad portionem Clericis adſignatam, pro eorum qualitate & meritis inter eos dispenſandam, nihil aliud fuit, quam reditus, aliàs communes, facere proprios eorum, quibus in particulari computabantur in ſtipendium: cum diviſionis titulus, emptioni aut permutationi ſit ſimilis. *l. 1. C. & ibi Gloſſ. Cod. com. utriuſq; judicii*, dominium transferat, & proprium faciat, quod antea erat commune & indiviſum. *l. rectè. 25. §. 1. ff. de verbor. ſignif.* Quo facit, quod miniſtri ſæculares ſibi dominium ſuorum ſtipendiorum comparent; uti & milites. ut ex eadem ratione idem ſit ſtatuendum in Clericis, qui militare Deo, & ſuum peculium quaſi caſtrenſe reſpectu fructuum habere dicuntur: *Auth. Presbyteros. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Præcipuè cum progreſſu temporis portio adſignata Clericis, in certa beneficia ſit diſtributa, quæ reditуum diſpenſatione abrogata, per Oeconomum, ſingulis conferuntur; ut jure proprio reditus eorum ibi percipiant ut ſuos: ut tradit D. Thomas *2. 2. quæſt. 85. art. 5.* de iis

deiis eodem modo disponere valeant, quo de patrimonialibus: Quod si eisdem reditibus abutuntur, nullam justitiæ legem offendant, nec ad restitutionem malè expensorum teneantur, sed, dicta bonorum divisione supposità, solummodò contra charitatis legem peccent. D. Thomas *quodlib. 6. qu. 8. art. 13.* inquit: *Aliter ergo dicendum de illis Ecclesiasticis bonis, qua principaliter sunt attribuenda necessitatibus ministrorum sicut sunt præbendæ, & alia hujusmodi: nam in prioribus bonis peccatum committitur, non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit, quod est alterius, & ideo tenetur ad restitutionem, tanquam defraudator rei alienæ in sua distributione: de aliis verò bonis, non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de patrimonialibus dictum est: unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad pœnitentiam peragendam.* Probatur etiam hæc sententia; Quia omnes Clerici particulares habent jus disponendi de reditibus suis nomine proprio ad suam utilitatem in usus lege non prohibitos: Nusquam enim hoc ipsis interdicitur; Jam tales dicuntur habere dominium. *ut ex Bart. in l. 3. §. differentiæ. num. 4. ff. de acquir. vel amitt. possess. observant. Bald. in c. 1. col. 1. de postul. Prælat. Rebuff. in Concord. in proœm. Gloss. Domin. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 40. de constit. Alciat. lib. 12. parerg. cap. 13. Coras. lib. 6. miscell. cap. 20. Barbos. d. loco, num. 10.* Denique probatur hæc sententia *c. un. de Cleric. non resident. in 6.* ubi Clerici qui non interfunt divinis, dicuntur quotidianas distributiones, suas non facere; unde præsupponitur necessariò, si intersint, suas facere. Aliàs quænam foret pœna eorum, qui non intersunt, quam intendit ibi Pontifex? Nec est, quod quis arguat, ibi tantum agi de distributionibus: Nam idem dicendum de fructibus aliis, quos grossos vocant; cum eadem omnino sit natura & conditio, & ex fructibus pars in distributiones conversa: ut patet ex Concilio Tridentino *sess. 22. de reformat. cap. 3.* ubi distributiones amittunt, qui competens servitium non implent; nec earum quoquomodo dominium acquirunt, ut dicendi sint aliàs acquirere. *Zæs. in Comment. ad Decret. ad tit. de pecul. Cleric. Covarr. ad c. cum in officiis. de testam. Sotus de just. & jure. lib. 10. qu. 4. art. 3. & 4. Lessius iid. de just. & jure. lib. 2. cap. 4. dubit. 6. num. 41. & seq.*

Ad jura pro contraria sententia allata dicendum; Illa obtinuisse

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccle.
G IV.
32

ex tempore, quo Clerici vivebant in communi & reditum Eccleſiæ erant diſpenſatores, tantum ex iis ſumentes, quantum cuique erat neceſſarium, reliquum in pauperes diſtribuentes; quibus ſua portio nec dum erat diſcreta: ut in ea defectuoſi vocati fuerint fures, ſacrilegi, raptores. *Zæſ. d. loc. num. 3. verſ. ad jura. Barboſa d. lib. & cap. num. 12. Cardin. in c. cum in officiis. 7. num. 14. de teſtam. Sot. de juſt. & jure. lib. 5. qu. 3. art. 4.* Vel dici poteſt; Non malè, ſecundum dicta jura, Eccleſiæ reditus vocari bona Dei & pauperum, non intentione ea, quaſi propria hodie talia ſint, ſed quod peculiari ratione à Clericis eorum ſuperflua ſint in pauperes aliaque opera pia eroganda. Ut videantur quidem Clerici, quoad Beneficiorum fructus æquiparandi uſufructuario in acquirendo, non tamen in diſponendo. *Zæſ. d. loco, & num.*

Quò facit, quod Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reformat. cap.* 1. non tantum interdixit Epiſcopis, ſed & omnibus Eccleſiaſtica Beneficia habentibus, ne ex Eccleſiæ reditibus ſecundum adfectum carnis ſtudeant augere propinquos, ſed in pauperes diſtribuant ſuperflua.

Nec torqueat nos, quod quidam adferunt, diviſionem nec mutaſſe, nec mutare potuiſſe talium bonorum naturam. *arg. Clem. quia contigit. de relig. domib.* propterea que ea eandem hodie retinere naturam: 1. Quia diviſio illa facta à Summis Pontificibus, penes quos eſt poteſtas defunctorum voluntates ex cauſſa convertendi in uſus alios. *d. Clem. quia contingit.* 2. Quia diviſio non immutavit naturam bonorum, ſed ſolummodò qualitatem, ita ut, quod commune erat, fieret ſingulorum. *Barboſ. d. loco, num. 15.*

6 Sed, antequam pergamus ulterius, ſciendum qui fructus, & *Beneficiorum proventus*, ſint, ad congruam Beneficiarii ſuſtentationem, *neceſſarii:* qui *ſuperflui.*

7 *Neceſſarii* dicuntur, qui ad Beneficiarii & ipſius familiæ ſuſtentationem, ſcientiæ & literaturæ, nobilitatis aut dignitatis, Beneficiatus, aut loci Beneficii, ratione habitâ, neceſſarii judicantur. Major enim quantitas eſt neceſſaria in Civitate, quam in Villa, in loco, ubi eſt annonæ inopia, quam ubi eſt copia; in Prælato, quam in Sacerdote Simplici; quia cum omnium non ſit par conditio, æquum non eſt, ut eadem pars aſſignetur omnibus. *Molin. de juſt. & jure. tract. 2. diſput. 145. Gonza-*

lez. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 15. num. 39. Molfes. in Sum. Theol. Moral. tract. 6. cap. 9. num. 42. Filliuc. tract. 41. cap. 7. quæst. 4. num. 19. Garcias d. tract. de benefic. part. 11. cap. 5. num. 320.

Cæteri fructus & proventus judicantur *superflui. Barbosa d. loco,* 8 *num. 20.*

Necessarios ad congruam sustentationem, pro libitu Beneficiati, 9 perinde ut bona patrimonialia, dispensare possunt. Quamobrem, in casibus, in quibus non tenentur patrimonialia expendere in opera pia, ita nec tenentur erogare hos fructus. *Covarruv. in d. c. cum in officiis. num. 2. Navar. d. tract. de reditib. qu. 1. monitu. 26. Sanch. in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 14. Valer. de different. inter utrumq; forum. verb. munera differ. 1. num. 14.*

Superfluos autem erogare tenentur in pauperes, aliosque usus pi- 10 os; nulli tamen loco sunt alligati; *Navarr. d. tract. qu. 1. monitu 27. Molin. de Just. & jure. tract. 2. disp. 146. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 10. qu. 2.* Sin expendant in opera profana; verbi gratia ad ditandos amicos vel consanguineos; peccant graviter *Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1. Navar. d. tract. qu. 3. monitu 4. Monet. de distribut. quotid. part. 3. quæst. 1. num. 15. Valer. d. tract. verb. donatio. differ. 7.*

Pauperum nomine hic veniunt etiam illi qui ex suo patrimonio 11 commodè & honestè, juxta status sui conditionem, vitam traducere non possunt. *Reginald. in fori pœnitent. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 101. Navarr. Azor. Molin. d. locis. Jacob. de Graffis. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 4. & 28.*

Ex quibus infertur Beneficiatos & Clericos turpiter & in profanos 12 & vanos usus Beneficiorum fructus, & bona, Ecclesiæ intuitu quæsita, expendentes, licet graviter peccent; non tamen teneri ad restitutionem secund. ut dictum, D. Thomam. Præpos. & alios; *quos refert & sequitur Covarruv. in d. c. cum in officiis. num. 3. vers. quartum. Jacob. de Graffis in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 200. num. 17. Sotus lib. 10. de just. & jure. qu. 4. art. 3. Rebello de obligat. Just. part. 2. lib. 12. qu. 1. num. 10. Sarmient. d. tract. de redditib. Eccles. part. 2. cap. 1.* Quia sunt Domini. Quibus licet de rebus suis pro libitu disponere: *arg. l. sed etsi. 28. §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. in remandata. Cod. mandati.* Quamvis illi, qui

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccle.
G IV.
32

Clericos tantum uſuarios ponunt, non fructuarios, contrarium aſſe-
rant, & putent eos lethaliter peccare & ad reſtitutionem teneri. *vt Abb.*
Felin. Burg. in c. 1. num. 28. de empt. Navar. in man. cap. 17. num. 94. &
in Apologia de redit. ib. qu. 2. monitu. 7. Valer. de differ. int. utrumq; forum
verb. beneficium differ. 4. prope fin. & verb. teſtamentum. diff. 11. Coſa.
lib. 1. var. dubit. juris. cap. 20. Quos non juvant canones, qui Clericos
tantum faciunt diſpenſatores, quos malè diſpenſantes, certum eſt reſti-
tutioni eſſe obnoxios. Quia loquuntur de tempore, quo necdum erant
bona diviſa: *Barboſ. d. loco, num. 24.* Vel ſunt accipiendi de diſpenſa-
tionibus non ex lege juſtitiæ, ſed charitatis, ut peccato involvantur ma-
lè adminiſtrantes, non etiam reſtitutioni obſtringantur. *Zaſ. d. loc.*
num. 4. verſ. non obſtat. Nec eos juvat, quod videantur Clerici furari
redditus, quos turpiter expendunt; cum bona Eccleſiæ cenſeantur à fi-
delibus oblata, ut expendantur in pauperes: Et certum ſit omnes furtos
ad reſtitutionem teneri. *can. ſi res aliena. 14. qu. 6. c. peccatum. de reg. ju.*
6. Quia non conſtat clarè bona fidelium ab initio fuiſſe donata expreſſè
cum onere erogandi in pauperes: Habuerint ſanè eam ſpem & intentio-
nem: Sed hæc in mente retenta nihil operatur; cum aliàs expreſſa non
duxiſſet Legem juſtitiæ. *Zaſ. d. loco.* Imò etſi fuiſſet expreſſa, cum pau-
unicuique ſua ſit portio, ſicut neque pauperes erogando in alios ullo
tenerentur ex eo, quia effecti ſunt Domini portionis ſuæ, ita nec Cleri-
ci. *Barboſ. d. loco, num. 25. vid. Azor. d. cap. 8. qu. 2. Molina d. tract.*
diſput. 144. Leſſ. d. loco, num. 44. & ſeqq.

13 Poſſunt etiam Clerici, patrimonium ſufficiens habentes, reſerva-
to illo, licite uti beneficii fructibus: Quia operarius eſt dignus mercede
de ſua: & nemo militat propriis ſtipendiis: *can. charitatem. in fin. 12.*
qu. 2. bovi trituranti non eſt obligandum os: alteri inſerviens de eo vi-
vere debet: *Innoc. & Abb. in c. Epiſcopus. de præbend. Covarr. in d. c. 1.*
num. 2. & 3. de teſtam. Zaſ. d. loc. num. 7. nemo cogitur de proprio fa-
cere beneficium: *can. precario. 12. qu. 2.* & conſervare redditus Eccle-
ſiaſticos, qui ſunt Clericis veluti merces laboris deputati. *can. pen. 16.*
ſtipendia ſanctis laboribus debita. 1. qu. 2. c. cum ſecundum. de præbend.
unde ſervant æquitatem miniſtrando, & ſuſtentationem recipiendo.
Nam quod poſſint aliunde habere, eſt per accidens. *Covarruv. in d. c. 1.*
num. 2.

num. 2. Navar. de reditib. qu. 1. num. 78. Sarmient. de redditib. part. 1. cap. 11. num. 18. de Graffis decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 23. Menoch. de arbitr. casu 145. num. 5. aliiq. apud Cened. ad Decretal. collect. 33. num. 4. Nec, *ut volunt, Decius in c. Episcopus. num. 6. de præbend. Sylvester in Summa. verb. Simonia. qu. 6. & alii.* adversantur *can. pastor. can. clericos. can. si quis. 1. qu. 2. cam. 25. illi autem. can. ult. 12. qu. 1.* cum potius consilium contineant, quam præceptum: *Suar. de Relig. tom. 3. tract. 3. lib. 4. de Simonia. cap. 46. num. 7.* Vel referendi ad pristinum usum Ecclesiæ, quo distributio fiebat inter Clericos & Indigentes, causa alimentorum: *can. certè. 12. qu. 1. Sarmient. d. part. 1. cap. 5. num. 17. Covarr. in d. c. 1. num. 2.* vel denique accipiendi de maxima pauperum egestate: tunc enim bona sua reservans, & Ecclesiastica in suos usus expendens, pauperibus non subveniens, non est extra peccatum. *Boet. Epo ad d. c. 1. num. 62. de testam. Azor. d. cap. 9. qu. 13. Zæs. d. loco, num. 7.*

Unde & Beneficiarius, ex patrimonii redditibus vivens, vel bona 14
patrimonii in utilitatem Ecclesiæ, aut beneficii, aut alia opera pia, insumens, tantundem ex beneficii fructibus capere, &, ut voluerit, insumere potest. Quia hoc nihil aliud est quàm compensare, quod jure naturæ est licitum: *Sylv. in sum. verb. Clericus. 4. quæsito. 14. Less. d. c. 4. num. 38. Navar. de redditib. qu. 3. monitu. 4. num. 3. Reginald. in d. praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 99. vers. sextum. Barbos. d. loc. num. 28.*

Debet Beneficiarius superflua expendere in pios usus: ut in usum 15
fabricæ domus religiosæ, Ecclesiæ, hospitalitatis, & familia: Licet jam sint reliquis ejus bonis incorporata: Quia eo non fit dominus absolutus: *Navar. de spoliis Cleric. §. 2. num. 1. & seq. & de reditib. Eccles. qu. 1. mon. 26. num. 2. & mon. 30. num. 1. Scip. de Rubeis in Aphorism. Episcop. verb. fructus. num. 7. Barbos. d. loc. num. 29. & 30.* Licet parcius vivendo, ea corraserit. Cum non sint alterius conditionis, atque ea, quæ honestæ sustentationi supersunt. Nec enim sordidus animus sibi subtrahens, debet melioris esse conditionis, quam liberalis pro dignitate se suosque exhibens. *Abb. in repet. c. cum esses. 10. num. 27. de testam. Sarmient. d. tract. part. 2. cap. 8. num. 16. & part. 3. cap. 5. Zæs. d. loc. num. 5.*

Diss.

Diſſ. Navar. de redditib. qu. 1. num. 59. & 82. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 9. qu. 5. Covar. ad d. c. cum in officiis. num. 9. Barboſ. d. loc. num. 29.

16 Ab iſta obligatione elargiendi in pios uſus libera non ſunt Eccleſiaſticæ penſionis ſuperflua: *ut volunt Gigas de penſion. quæſt. 52. ubi alios citat. Covarr. all. d. c. cum in officiis. num. 19.* cum nomine beneficii dentur penſiones, & ex ejus fructibus veniant præſtandæ, ut non poſſint non ſapere naturam beneficiorum. *Navarr. d. tract. qu. 1. monitu 32. num. 2. & 3. & de ſpoliis. §. 8. num. 8. per Extrav. Pii V. de ſpoliis Clericor. Gare. de benef. part. 1. cap. 5. num. 161.* Non facit, quod dentur loco alimentorum; nam ea cauſſa non liberat ab obligatione elargiendi quod ſupereſt in pauperes, *ſecundum jam dicta. Navar. d. loc. de reditibus. num. 7. Sarmient. d. cap. 5. num. 7. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 9. qu. 12. & lib. 8. cap. 12. quæſt. 4.*

17 Bona aliunde quam ex Eccleſiæ reditibus quæſita, intuitu ſolius perſonæ; ſunt ab iſta obligatione, quæ major eſt in Clericis, quam in Laicis, libera. *can. fixum. 12. qu. 5. & per tot. Zæſ. d. loco, num. 6. in fin. Navarr. de ſpoliis Cleric. §. 1. num. 2. in fin. & de reditibus. qu. 1. num. 3. de Graffis. d. loco, num. 29. Barboſ. d. loco, num. 32.*

18 Poſſunt Beneficiati, ex beneficii fructibus; filios, etiam ſpurios, *Palac. in repet. c. per veſtras. de donat. inter vir. & uxor. §. 23. num. 13. Barboſ. in l. 1. part. 4. num. 133. ff. ſolut. matrim. Navar. d. tr. de ſpoliis Cleric. §. 19. num. 10. cum ſeqq. Molina d. juſt. & jure. tract. 2. diſp. 142. Azor. d. Inſt. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 10. qu. 10.* fratres, ſorores, conſanguineos, inopes, alere: *Corduba de Lara in l. ſi quis à liberis. §. Si idem reſcripſit. num. 95. & ſeq. ff. de agnoſc. vel alend. liber. Suar. de alimentis. tit. 1. qu. 25. num. 18. & 28. Garcias de expenſ. & melior. cap. 3. num. 32. Navar. in Apolog. de reditib. qu. 2. monitu. 26. num. 2. de Graffis d. loco, num. 27.* filiæ ſpuriæ, & ſorori inopi moderatam dotem conſtituere. *Anton. in c. 3. de arbitr. Palat. d. loco, num. 12. Sylveſt. in Sum. verb. Clerici. 4. qu. 15. Reginal. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 101. & ſeqq. Molina de juſt. d. tract. 2. d. diſp. in 6.*

19 Beneficiarius empta ex fructibus & reditibus Eccleſiæ non poteſt alteri donare; *can. fixum. 12. qu. 4. c. res in Epiſcopatu. 12. qu. 2. Sarmient. d. tract. part. 3. cap. 2. num. 1. cum ſeqq. Vaſq. de reditib. Eccleſ. cap. 1. §. 3. dub.*

§. 3. *dub.* 1. *per tot.* quia fiunt, ipso facto, · *Sarmient. d. loco.* Ecclesiæ: *can. placuit.* 12. *qu.* 3. *can. Sacerdotes. can. Presbyter. can. quicunq;.* 12. *qu.* 4. *Azor. d. loc. Covar. ad d. c.* 1. *num.* 4. *Rodoan. de spoliis. qu.* 3. *num.* 27. etiamsi non Ecclesiæ, sed Beneficiati nomine sint comparata. *Covar. d. loc. Zæs. d. loco, num.* 8.

Nec possunt Clerici de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, licet, ut 20
supra dictum, eorum sint Domini: *c. un. de Cleric. non resid. in* 6. *Concil. Trident. sess.* 22. *de reform. cap.* 3. *& sess.* 24. *de reform. cap.* 12. hoc jure Pontificio, nequidem ad piam causam, testari. *c.* 1. *& 2. c. cum in officiis. c. quia nos.* 9. *c. relatum.* 12. *de testam. can. Episcopi.* 12. *qu.* 1. Adeo ut ne Pontifex quidem de reditibus sui Pontificatus testari consueverit. *Piasec.* 2. *part. prax. Episcop. cap.* 5. *art.* 4. *num.* 49. *post Navarr. d. qu.* 1. *num.* 27. *&* 73. Ratio est: Quia jus Pontificium voluit bona ejusmodi post mortem beneficiati redire ad Ecclesiam. *d. c.* 1. *in fin. & c. cum in officiis. in fin.* Idque ut averteret Ecclesiasticos ab accumulandis opibus, incitaretque ad res in vita liberaliter in usus pios expendendas. Et ideo Clericis donationem talium bonorum inter vivos ad pios usus permisit: *can. quod autem.* 20. *qu.* 7. non autem testamenti factionem vel quasi, id est, mortis causa, donationem. Nisi facultatem de iis testandi à Summo Pontifice obtinuerint.

Qui eam concedere potest, & de facto sæpe concedit. *Piasec. d.* 21
loco, in fin. Vallens. in parat. Decret. ad tit. de testam. §. 6. *num.* 3. Cum quod Ipsi bonorum Ecclesiasticorum administratio sit commissa; tum præcipue, quod hæc prohibitio testandi sit juris humani, supra quod cum sit Pontifex, ejus relaxandi habet potestatem. *Covarruv. in d. c. cum in officiis.* 7. *num.* 20. *Azor. d. loco, cap.* 9. *qu.* 2. *Wames. consil.* 372. *num.* 1. *de pecul. Cleric.*

Ejusmodi licentia hodie opus non est, quandoquidem generali 22
consuetudine testamenti factio Clericis sit permissa; licet non passim omnibus Prælatis ea competat. *ut post alios tradit Covarruv. d. c. cum in officiis.* 7. *num.* 23. *Zæs. in Com. decret. tit. de testam. num.* 6.

Quæ consuetudo justa est & valida; Quia, prohibitio, ne Clerici 23
de talibus bonis testentur, non est juris divini, naturalis aut Gentium; sed merè positivi, ut proinde contrario jure positivo; nempe consuetu-

dine contraria tolli poſſit. *Zæſ. d. loco, num. 7. Vallenſ. d. loc. num. 3. de & Barboſ. d. loco, num. 67.*

Nec dici poteſt talem teſtandi conſuetudinem, in profanos usque uſus, tacitè improbari *in d. c. relatum:* quia eadem alibi, ſaltem ex parte, videtur probari. *c. ſuſcepti. de elect. in 6. vide Covarruv. ad d. c. cum officiis. 7. Leſſ. 2. de Juſt. & jure. cap. 19. dubitat. 4. à num. 42.*

Planè licet *in c. 1. de teſtam.* prohibeatur Epiſcopo teſtari de rebus intuitu Eccleſiæ quæſitis; & Paulus III. Prælatos adeo fecerit inhibitos ut ne locis quidem piis, ultra partem decimam quocunque titulo relictam qui velit, omneſque teſtandi contrarias conceſſiones eo reducat; attamen *fert Petr. Matth. in VII. Decretal. lib. 2. tit. 14. cap. 1.* tamen & S. Willibrordum, à quo initia noſtræ fidei Belgium ſuſcepit, teſtamentum ſine ullius Pontificiæ facultatis mentione facta condidiſſe, & ſe nullius Epiſcopi teſtamentum eo nomine, quod non habuerit facultatem teſtandi à Summo Pontifice in Belgio irritatum ſcire teſtatur Zypæus *in Not. Jur. Pontif. novi. tit. de teſt. num. 7. Vallenſ. d. loco, num. 9. verſ. plane.*

24 Clericis & Beneficiatis teſtandi licentia non eſt denegata ſuperveniens bonis quæ ante clericatum habuerunt; *d. c. 1. de teſtam.* & quæ poſt eum adquiſiverunt ex ſucceſſione amicorum, aut ſua induſtria, cuius ratione ordinis: quæ licet ratione Eccleſiæ acquirantur, non tamen immediatè ex ejus bonis proveniunt, ut nulla Eccleſiæ fiat injuria, reſiquendo ea aliis. *can. Epiſcopi. cum ſeqq. 12. qu. 1. can. de laicis. verſ. Epiſcoporum. 12. qu. 2. can. 1. cum ſeqq. 12. qu. 3. can. 1. & 2. 12. qu. 4. cap. 1. c. quianos. c. relatum. il. 2. verſ. cæterum. c. requiſivi. de teſtam. Covar. in d. c. 1. num. 13. & 11. Navar. d. tract. de reditib. qu. 3. Clarus. §. teſtamentum. qu. 27. Jacob de Graffis in aur. deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 29. verſ. rurſum.*

25 Beneficiatis & Clericis ſi ab inteſtato decedant, ſuccedunt in bonis patrimonialibus & proprio labore & induſtria quæſitis, primò liberi, ſi quos habeant ex legitimo matrimonio, ut ſi ante ſuſceptos ſacros ordines fuerint conjugati: His deficientibus, ſecundo ordine parentes una cum fratribus & ſororibus germanis. Deficientibus parentibus collaterales ſecundum gradus prærogativam, uſque ad gradum decimum: Et his uſque ad illum gradum deficientibus, Eccleſia, vel alius

re, cui servierunt. *can. fin. 12. qu. 5. can. Episcopi. 12. qu. 2. can. sint manifestæ. can. fixum. 12. qu. 3. c. requisisti. c. relatum. il. 7. de testam. c. 1. de succes. ab intest. Purpur. cons. 758. col. 2. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de bonis Cleric. §. 14. num. 3.*

26 In bonis autem intuitu Ecclesiæ quæsitis succedit Ecclesia cui servierunt; id est, cujus est beneficium quod morientes obtinebant: *can. illud cum similib. 12. qu. 2. c. fin. de pecul. Cleric.* Si in pluribus Ecclesiis habuerint beneficia, pro rata singulæ admittuntur: *c. relatum. §. fin. de testam.* Quod si beneficium erat in altari tantummodo, vel Capella Ecclesiæ, non Ecclesia, sed Capella, sive Capellanus successor, succedit: *d. can. fin. 12. qu. 5. Barbos. d. loc. num. 59.*

Sed dum dicimus Ecclesiam succedere; distinguendum: Aut Ecclesia illa est Collegiata, seu Conventualis, & eo casu Collegium ipsum, vel Conventus, aut Congregatio, non autem Episcopus, vel Successor in beneficia, succedit: *can. illud. 22. qu. 2. d. c. relatum. ill. 2. vers. nomine.* Aut Ecclesia est simplex; & tunc successor in beneficio illius Ecclesiæ, vel Capellæ succedet pro Ecclesia vel Capella. In bonis vero eorum qui beneficium absque alicujus Ecclesiæ aut Capellæ administratione obtinebant, succedit Collegium vel Conventus, aut Congregatio ad quam illi pertinebant; vel ea deficiente Episcopus ex loci consuetudine. *d. c. requisisti. Hostiens. in sum. de succes. ab intest. §. qualiter Ecclesia. Barbos. d. loco, num. 60.*

27 Quod si appareat demortuos & suis laboribus industriaque quæsivisse, & ex patrimoniis habuisse bona aliqua, tum ea debent dividi in partes quatuor; quarum unam Episcopus, alteram Ecclesia, tertiam pauperes, quartam consanguinei capient: *c. 2. de succes. ab int.* vel circa hæc loci cujusque consuetudo attendenda. *Piasec. d. p. 2. cap. 5. art. 4. num. 41.*

28 Plerisque hodie locis Clericis ab intestato decedentibus succedunt consanguinei hæredes, prout in tota Gallia obtinere, nisi sint bona comparata sub nomine, & ad opus Ecclesiæ, testatur Zypæus. *d. loco. de testam. num. 1.* ubique subjungit, in Belgio Clericis intestate defunctis, quoad bona mobilia succedere Capitula aut Episcopos; *Vallens. in parat. Decret. tit. de succes. ab intest. num. 7.*

29 Quomodo autem fructus beneficii Eccleſiaſtici inter hæredem Beneficiati defuncti & ſucceſſorem in beneficio ſint dividendi, controverſum eſt inter Doctores: Quidam cenſent eſſe dividendos pro rata anni: *arg. l. divortio. ff. ſoluto matrim.* nam cum beneficium detur propter officium & ſervitium Eccleſiæ, *c. cum ſecundum. de prabend. c. ſic. de reſcript. in 6.* ſicut dos propter matrimonii onera *l. proinde ribus. C. de jure dot.* inducenda videtur *d. l. divortio.* diſpoſitio. *ut plac. Covarr. lib. 1. variar. 15. num. 12. cum ſeqq. Sarmient. d. tract. lib. 4. cap. 6. num. 13. D'Eſcobar. de ratiocin. tom. 2. comput. 20. num. 23. Gutier. Canon. quaſt. lib. 1. qu. 33. Zerola in praxi Epiſc. p. 1. verb. beneficium. §. 6. & part. 2. verb. renuntiatio. §. 2. Garc. de benefic. part. 2. cap. 1. num. 57.* Alii fructus ſeparatos à ſolo ſpectare ad ſucceſſorem, non prædeceſſoris hæredes: *Calderin. conſil. 2. num. 2. & verſ. tertius caſus. tit. de pecul. Clerc. Surdus conſ. 333. num. 6. verſ. contrarium tamen. cum ſeqqq. Valer. de diffor. int. utrumq; forum. verb. beneficium. diff. 2.* Alii, & magis communiter; fructus ante obitum ejus qui beneficium habebat collectos, tranſire ad ejus hæredem; pendentes verò ad Eccleſiam, vel ſucceſſorem in beneficio: Quia Clerici in vita uſufructuariis æquiparantur, qui faciunt ſuos fructus collectos & à ſolo ſeparatos, eoſque tranſmittunt ad hæredes. *Gloſſ. verb. primi anni. in c. ſi propter. ubi Domin. num. 5. Franch. num. 5. de reſcript. in 6. Gloſſ. verb. reſervari. in c. præſenti. ubi Prob. ad Monach. num. 1. de offic. Ordin. in 6. Hoſtienſ. in c. fin. num. 1. & ibi Zabarel. Imol. & Barbat. de pecul. Clericor. aliiq; relati per Barboſ. d. loco, num. 77.*

30 Julius III. bulla ſua *incip. Motu proprio. publicata Anno* 1550. diſpoſuit, fructus, non ſpectantes ad Cameram tanquam ſpolia, ſpectare ad ſucceſſores, modo non fuerint realiter percepti, & propriis bonis incorporati. Sed ea ubique non eſt uſu recepta. *Barboſ. d. loc. num. 79. cum ſeqq.*

TITU

TITULUS VI.

De Decimis.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Decimæ, quoad nominis notionem quid.*
3. *Dicuntur Decima, omissa parte.*
4. *Et in singulari, Frequentius in plurali.*
5. *Decimæ solutæ ante Moysen.*
6. *De iis persolvendis Legem tulit hic.*
7. *Cur ferri eam voluit DEus.*
8. *Earum rationem etiam olim habuerunt Ethnici.*
9. *Solvebantur Principibus.*
10. *Cultui Divino.*
11. *Quæ solvunt Christiani, quales sunt res.*
12. *Quid sunt.*
13. *Quo jure sint introductæ, controversum inter Theologos & Canonistas.*
14. *Sunt partim Juris Divini, partim Humani.*
15. *Cur & Humani.*
16. *Nec erunt juris Divini, si Ecclesiastici ex aliis Ecclesiæ obventionibus sustentari possint.*
17. *Necessitas solvendi Decimas Lege Veteri introducta, per mortem Christi abolita.*
18. *Quota determinata per Ecclesiam.*
19. *Ex consuetudine potest esse alia.*
20. *Determinationis non videtur dari posse ratio.*

21. *Decimarum genera ſunt tria.*
22. *Prædiales quæ?*
23. *Quæ Perſonales.*
24. *Quæ Mixtæ.*
25. *Hæ nonnullis Superfluæ.*
26. *Dictæ Decimæ in quo conveniant.*
27. *Differunt quadrupliciter: Primo Prædiales erant in obligatione, non Perſonales.*
28. *Prædiales debentur ex illicitè quæſitis, non perſonales.*
29. *Quid, ſi acquiſitio ſit injuſta, non retentio.*
30. *Perſonales debentur Eccleſiæ, ubi acquirens habet domicilium: Reales Parochiæ ubi prædia ſita.*
31. *Hæc ſolvuntur integræ; Illis detrahuntur Expenſæ.*
32. *Licet pro Mercatoris arbitrio facta.*
33. *Cur non idem in Realibus.*
34. *In iis ceſſat Regula: Non cenſeri fructus niſi deductis expenſis. Non in Perſonalibus.*
35. *Quarum hodie rarior uſus.*
36. *Decimæ ex quibus ſolvi debeant.*
37. *An neceſſitate Præcepti.*
38. *Quæ ſolvunt Decimas.*
39. *An ſolvuntur ex acquiſitis per largitionem liberalem.*
40. *Qui teneantur ad Decimarum ſolutionem regulariter.*
41. *Præcipuè in Decimis prædialibus.*
42. *Prædiis elocatis Decimarum nomine conveniuntur eorum Conductores.*

43. De-

43. *Decimæ non afficiunt prædia, sed eorum fructus: proinde qui hos percepit, & decimis non solutis ea in alios transtulit, pro iis conveniendus.*
44. *Licet sit Judæus aut Infidelis.*
45. *Imò cujuscunq; status sit.*
46. *Personales Decimæ afficiunt personas, & tantum fidelium.*
47. *Clerici si considerentur ut fideles, ad prædiales tenentur: non si ut Clerici; ex bonis in quibus considerantur ut tales.*
48. *Ad Decimarum solutionem cogi possunt omnes, nisi specialiter sint exempti.*
49. *Contingit hoc quinq; modis.*
50. *Privilegio: Pontificis primo.*
51. *Eo à quarum solutione leprosi communiter viventes.*
52. *Cistercienses, Templarii & Hospitalarii.*
53. *Alii Religiosi.*
54. *Hoc privilegium ad quas decimas non extendatur.*
55. *Quando privilegia talia amittantur.*
56. *Quæ hic Prælatorum inferiorum potestas.*
57. *Consuetudine decimarum solutio mutari vel remitti potest.*
58. *Sensus c. in aliquibus. 32. §. fori. hîc controversus.*
59. *Quis verus.*
60. *Cum consuetudine decimarum quota minui possit, possunt & ipsæ in totum eâ tolli.*

61. Quæ

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccle.
G IV.
32

61. *Quæ alia Conſuetudinis vis.*
62. *Quæ in locis maritimis ditionum Belgii Hiſpano ſubjecti.*
63. *Decimas ſecundum Conſuetudinem hodie non ſolventes non peccant.*
64. *Ea qualis eſſe debet.*
65. *Cujus loci attendenda.*
66. *Libertas non ſolvendi Decimas an præſcribi poſſit, controvertitur.*
67. *Negat Rebuffus: utitur argumentis quinq.*
68. *Contraria ſententia verior.*
69. *Quare.*
70. *Quæ hic Eccleſiæ auctoritas.*
71. *Quæ Tranſactionis circa Decimarum præſtationem vis: Et quæ ad eam requirantur.*
72. *Quid ſpeciale in Monaſteriis conventum habentibus.*
73. *Communiter omnes Prælati conſenſum Capituli, ſic tranſigant adhibere debent.*
74. *Remittere Decimas quando poſſint & debeant.*
75. *Decimæ, quoad perſonas, quibus ſolvendæ, conſiderantur dupliciter: vel pro jure percipiendi Decimarum fructus, vel pro ipſa perceptione.*
76. *Illo modo conſiderata eſt jus ſpirituale, non hoc.*
77. *Illo modo conſiderata non cadit in Laicos.*
78. *Cur non.*
79. *Nec eos juvat ulla præſcriptio.*
80. *Niſi jus decimandi habeant à Papa.*

81. *Sint Laici Conversi.*
82. *Acceperint ante Concilium Lateranense Decimam in feudum.*
83. *Quid, si hoc sit dubium.*
84. *Decima pro ipsa praeceptione sumpta est res Temporalis: & cadit in Laicos.*
85. *Elocari etiam eis potest ad tempus modicum.*
86. *Quod illud.*
87. *An elocatam elocare illi possunt Laicis aliis?*
88. *Decima pro jure decimandi considerata debetur Clericis.*
89. *Cur.*
90. *Intentionem fundatam ad Eam habent Parochi.*
91. *Episcopi ut Tales.*
92. *Capellæ in Parochias erectæ.*
93. *Matrices Ecclesiæ.*
94. *Prædialis debetur Parocho loci ubi res sitæ.*
95. *Personalis, Parocho Ecclesiæ, in qua debitor percipit Sacramenta.*
96. *Quid si is in duabus Ecclesiis æqualiter divina audiat.*
97. *Quid, si in Monasteriis audiat divina; an debetur Eis?*
98. *Quid, si plura habeat domicilia in diversis parochiis.*
99. *Quid, si domicilium mutaverit.*
100. *Ecclesia Baptismalis & Parochialis quæ.*
101. *Quid, si inter eas oriatur de Jure decimandi controversia.*
102. *Parochum loci diximus habere intentionem suam fundatam: sed quousq; hoc procedit.*
103. *Legitimus Titulus*

hic eſt vel Conſuetudo, vel præſcriptio, vel privilegium, vel compromiſſum.

104. *Conſuetudo & Præſcriptio differunt.*

105. *Conſuetudine acquiritur Parochiali Eccleſiæ decima.*

106. *Dummodo ſit illarationabilis.*

107. *An talis ſit, pendet ex æſtimatione Judicis.*

108. *Acquiritur & Decima præſcriptione: Et quali.*

109. *Et Papæ privilegio.*

110. *Et Compromiſſo.*

111. *Et Tranſactione.*

112. *Poſſunt & Decimas permutare Eccleſiæ.*

113. *Debentur & Decimæ Novalium.*

114. *Novale quid de Jure Civili.*

115. *Quid de jure Canonico.*

116. *Debentur Novalium decimæ Eccleſiæ Parochiali.*

117. *Quid, ſi Novale ſitum ſit inter Parochias.*

118. *Quid, ſi nulli apparent limites.*

119. *Privilegium de percipiendis Decimis non comprehendit Novalium.*

120. *Nec præſcriptio.*

121. *Nec conſuetudo.*

122. *Nec commune.*

123. *Præſtandæ Decimæ integrè.*

124. *Statim fructibus collectis.*

125. *Quid, ſi mora pericrint.*

126. *An conferri debeant in Clericorum horrea.*

127. *Perſonales Decimæ quando præſtandæ.*

128. Cu-

Corvinus
De Perſonis
et Benefic. Eccleſ.
G IV.
32

128. *Contra Decimarum debitorem confitentem quomodo procedatur.*
129. *Contra negantem agitur vel possessorio, vel petitorio judicio.*
130. *Possessorium ex quibus caussis intentetur.*
131. *Possessio quæ hic intelligatur.*
132. *Possessorio adipiscendæ quando hic agatur.*
133. *Quæ in eo complectatur in libello suo Parochus: Quæ alius Clericus, aut Laicus.*
134. *Quæ in possessorio retinendæ.*
135. *Quæ in possessorio recuperandæ, Spoliatus.*
136. *Quæ in Petitorio Parochus.*
137. *Quæ actione.*
138. *Quæ alius Clericus.*
139. *Utrumq; judicium potest cumulari.*
140. *Judicium de Decimis est Summarium.*
141. *Ad quem spectet Petitorium.*
142. *Ad quem Possessorium.*
143. *Quid, si Decimæ privilegio Pontificis sint concessæ.*
144 *Quid in Decimarum Conducto.*
145. *Detinentium vel non solventium quæ pœnæ.*

VIdimus de Fructibus Beneficiorum in genere; videamus nunc de singulis in specie: & primò de *Decimis.* 1

Decimæ, si notionem nominis spectes, nihil aliud sunt, quàm cujusque rei decima pars. 2

Unde & sæpe dicuntur *Decima*, omissa *parte.* JCtus *in l. 2. ff. de pollicit. Si decimam quis bonorum vovit. Cicero in Verrem. lib. 5. Affirmante se plus decuma non daturum;* per decumam intelligens decimam. 3

Nam & hinc *apud eundem Ciceronem lib. 2. de finib.* *Decumanus ager*, ex quo ſcilicet decimæ, vel decima pars fructuum penditur.

4 *Decimæ* quoque in ſingulari fit mentio, *in c. cum homines. 7. e. ad hæc. 15. c. quamvis. 17. c. prohibemus. 19. de decim. primit. & oblat.* frequentius tamen in plurali numero utimur; quod ut plurimum multarum rerum decima pars ſolvatur ſimul; vel, rectiùs, unius rei decima pars in ſolvendo iteretur ſæpè; ut accidit in agrorum, arborum, & ſimilium fructibus.

5 *Decimarum* perſolvendarum uſus eſt perveteſtus; & initio voluntarius: Nam legitur *Geneſ. cap. 14.* Abraham ſolviſſe Melchiſedech decimas ex manubiis hoſtium à ſe devictorum. Cujus facti meminit & D. Paulus *ad Hebræos cap. 7.* his verbis: *Intuemini autem, quantus ſit hic, cui & decimas dedit de Præcipuis, Abraham Patriarcha.* Item *Geneſ. 28. cap. 1.* traditur Jacob Patriarcha emiſiſſe votum de ſolvendis decimis: *Si fueris*, inquiens, *Deus mecum, & cuſtodieris me in via, per quam ego ambulo; &c. cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.*

6 Poſtea de iis perſolvendis Deo, Lex per Moyſen lata: ſicut conſtat Exod. 22. *Decimas & Primitias non tardabis reddere.* Levit. cap. 27. *Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt.* Et mox: *Omnium decimarum, bovis & ovis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non exigetur, nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur; ſi quis mutaverit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur.*

7 Voluit igitur Deus lege per Moyſen latâ, decimas ſibi reddi, non quod indigeret eis; (cum omnia illius ſint: Pſalm. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo ejus.* & Pſalm. 49. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum, jumenta in montibus & boves; cognovi omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum eſt*) ſed tantum in ſignum univerſalis dominii. *c. tuenobis. 26. c. cum non ſit 33. eod.*

8 Habita etiam olim apud Ethnicos Decimarum ratio: eaſque Principes aut *ſibi*, aut *cultui divino*, ſolvi voluerunt.

Sibi

Sibi: ut Pysistratus; qui ab Athenienſibus agrorum decimas exegit: *Suidas verbo* καὶ ζ Φάκελος: Hetruſci, à Romanis, donec eo tributo per Herculem liberati: *Plutarch. in problem.* 17. Triumviri, à Romanis; ex omni patrimonio: *Dion. hiſtor. lib.* 47. Attici, tempore belli Peloponeſiaci, à Ponticis: *Xenophon. lib.* 1. *rerum Græcar.* Indi Reges, à ſubditis ex rebus venditis: *Strabo lib.* 15. Ut & Byzantii, à ſuis. *Ariſt. lib.* 2. *Oeconomicor.* 9

Cultui divino: Arabes Deo ſuo Sabin, ex thuræ: *Plinius lib.* 19. *natur. hiſtor. cap.* 14. Ægyptii Diis ſuis ex cinnamomo: *Plinius d. loco.* Cyrus Jovi: *Herod. lib.* 1. ut & Cypſellus Corinthius; *Ariſt. lib.* 2. *Oeconomic.* Græci Herculi: *Diodor. lib.* 5. *Plutarch. in problem.* Alii, aliis, *vide ſupra lib.* 1. *tit.* 1. 10

Mirum non ergò, ſi & Decimæ apud Chriſtianos lege & uſu ſint receptæ.

De his videbimus: 1. *Quid ſint:* 2. *Quo jure ſint introductæ:* 3. *Quotuplices:* 4. *Ex quibus rebus debeantur.* 5. *A quibus perſonis ſolvendæ:* 6. *Quibus:* 7. *Quomodo:* 8. *Quod decimarum Judicium:* 9. *Quale:* 10. *Coram quo Judice inſtituendum:* 11. *Quæ decimas non ſolventium pœna.*

Decimæ ſunt res, quæ Eccleſiarum miniſtris ratione miniſterii Sacramentorum perſolvuntur. 11

Deſcribi poſſunt: Quod ſint pars decima omnium eorum, quæ quis licitè, quavis ex cauſſa, acquiſivit, Miniſtris Eccleſiæ Exſolvenda. *c. 1. c. pervenit.* 5. *cum ſeq. c. parochianos.* 14. *c. tua nobis.* 26. *verſ. cum Deo debita. c. extranſmiſſa.* 23. *c. non eſt in poteſtate.* 22. *eod. can. decimæ.* 16. *qu.* 1. *can. quicunq.* 16. *qu.* 7. 12

Quo jure ſint introductæ, Theologi & Canoniſtæ inter ſeſe diſceptant. 13

Alii, eas volunt indiſtinctè, Jure Divino deberi: *Innoc. in c. ult. de parochiis. Gloſſ. in c.* 1. *verb. decimarum. hoc. tit. in* 6. *Rebuff. tract. de decim. qu.* 1. *num.* 11. *& commun. alii teſt. Franco. in d. c.* 1.

Alii diſtinguunt inter Decimas prædiales & perſonales: illas aſſerunt jure divino deberi; has non niſi ex præſcripto Eccleſiæ. *Hoſtienſis in Sum.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

in ſum. hic aliiq. quos recenſet. Covarruv. var. reſolut. lib. 1. cap. 17. nos. ſunt tamen hac in re. Alciat. lib. 1. conſil. 22. in princ.

14 Alii, & rectè, cenſent Decimas eſſe partim juris Divini & Naturalis, partim Humani ſive Eccleſiaſtici Divini & Naturalis, quatenus decimæ inſerviunt alimentationi ſeu exhibitioni Clericorum, Juris Divini, propter Chriſti ſententiam *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Luc. 10. & Matth. 10. repetitam à D. Paulo 1. ad Timoth. 5. ubi inquit: *Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, qui de ſacrato ſunt edunt, & qui altari deſerviunt, cum altari participiant.* Et 1. ad Corinth. 9. *Nemo ſuis ſtipendiis militavit unquam.* Et: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum non eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.* Et Juris humani, quia eſt ſecundum naturam, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. *l. ſecundum. ff. de div. reg. jur.* Adde *c. cum ſecundum. 16. hic. can. ex his. 12. qu. 1.* Et in hunc ſenſum accipienda communis Theologorum, *Pigh. lib. 5. Hierarch. Eccleſiaſt. cap. 7. Fagundez in quinq. Eccleſiæ præcepta. part. 5. lib. 1. cap. 1. Villalob. in Summa. part. 2. tract. 33. diffic. 1. num. 2. Caſto Palao in oper. morali. tom. 2. tract. 10. diſp. un. puncto 1. num. 4.* & Canoniſtarum ſententia: quæ eſt Decimas de annum jure divino deberi: *ut Glaſſ. in c. à nobis. & c. nuper. hic Tabiena de decim. num. 10. Rebuff. eod. tract. qu. 1. num. 14. Bonacoſ. com. opin. lib. 1. tit. 10. num. 2. cum ſeqqq. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 19. à num. 11. Trullench. in præcepta Decalogi. lib. 3. cap. 1. dub. 1. num. 4.* Quatenus vero decimæ excedunt Clericorum exhibitionem, eſſe Juris Eccleſiaſtici, id eſt, Humani & Pontificii. *d. c. Parochianos. 14. c. in quibuſdam. §. illè quippe. cum ſimil. hic.* Et ſic procedit Theologorum, *Hug. de S. Victore lib. 1. de Sacram. part. 11. cap. 4. & 11. S. Thom. in 2. 2. qu. 84. art. 1. in corpore. S. Antonin. part. 2. Sum. tit. 44. cap. 3. §. 5. Abulenſ. in Matth. cap. 23. qu. 90. Azor. Inſt. moral. part. 1. lib. 7. cap. 23. qu. 4. Leſſ. de Juſt. & Jure. lib. 2. cap. 29. dub. 1. num. 5. cum ſeqq. Suarez. de religioſ. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 10. & 36. aliorum.* & Canoniſtarum, *Covarr. lib. 1. var. cap. 17. num. 2. & 3. Navar. in manual. cap. 21. num. 28. & de reddit. lib. Eccleſ. qu. 1. num. 59. Gutier. Canon. qu. lib. 2. cap. 21. num. 2. & 7. Garcias de expenſ. cap. 9. ex num. 90. Trullench. d. lib. 3. cap. 3. dub. 1. num. 7. Britto in c. 2. de locato. part. 2. à num. 90.*

Covel.

Cevall. com. contra commun. qu. 437. *Solorzan. de Indiar. gubernat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 45. *Barbos. Jur. Eccles. Univers. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 7. sententia, asserentium de Jure Humano & Pontificio decimas deberi.

Cujus ratio est hæc: Quod nulla lege divina apud Christianos sit 15
cautum, ut decimæ, id est, fructuum pars decima, præcisè exsolvantur. Non igitur quoad hoc Decimæ divini juris sunt. *D. Thomas in* 2. 2. *qu.* 87. *art.* 2. *in* 2. *arg. & ejusdem resp. quin Soto, Cajetanus & Theologi omnes sequuntur. teste Gregorio de Valentia. tom.* 3. *Comment. Theolog. disp.* 6. *qu.* 5. *de Decimis. punct.* 1. *vers. ut hæc omnia. Covar. d. loc. num.* 2. Quippe sub Lege Evangelica solum tenemur facere, quæ spectant ad legem purè divinam; quæ à Christo per ejus Apostolos præcepta sunt nobis: juxta illud Matth. ult. cap. *Docentes eos servare omnia, quæcunq; mandavi vobis.* At de solvendis decimis, nec in Evangeliis, nec apud Apostolos extat præceptum ullum. &c. Intellige, quoad ipsam quotam, id est, decimam partem, Ecclesiæ Ministrorum alimentationi non subservientem.

Hinc si Ministri Ecclesiæ aliunde ex obventionibus Ecclesiæ habe- 16
ant sustentationem; nec tunc quidem decimæ juris naturalis aut divini erunt: Cum hoc casu rationes, cur Decimæ Naturalis aut Divini juris esse dicantur, cessent: Videlicet hæ: *Dignus est operarius mercede sua: Quis militat suis stipendiis:* & similes. Quippe legis ratione cessante, cessat & ipsa Lex: *l. adigere.* 6. §. *quamvis. ff. de jure patronat. & c. cum cessante.* 60. *in princ. de appellat. Canis. in Comment. ad Decret. tit.* 6. *cap.* 3. *num.* 9.

Quod autem decimæ jubeantur dari in Lege Veteri, hoc per mor- 17
tem Christi est abolitum, *Vallens. in parat. ad Decret. h. t.* §. 5. *num.* 6. ut & ejusdem Legis præcepta cætera; *D. Thoman. c.* 2. *qu.* 103. *art.* 3. *ad* 2. *Soto de Just. & Jure. lib.* 2. *qu.* 5. *art.* 4. *Navar. in Man. cap.* 21. *num.* 28. *Covarr. var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *in princ. Greg. de Valentia tom.* 2. *Comment. Theolog. disp.* 7. *qu.* 7. *puncto* 7. cæremonialia, judicialia, (ad quæ præceptum de decimis pertinebat: *S. Thom. d. loc. Soto d. loco. qu.* 4. *art.* 2. *Archid. in cura decimæ. num.* 3. *caus.* 16. *qu.* 1.) imò & moralia: Quæ tamen durant vi naturalis rationis. *Greg. de Valentia d. loco. Covar. d. loc. num.* 1. *Canis. d. loco, num.* 10.

Nihil

18 Nihil faciunt varia capitula, adſerentia à Deo eſſe inſtitutas Decimas; Intelligenda enim quoad ſuſtentationem: non etiam quoad quotam, quæ, per Eccleſiam, ad imitationem Legis Veteris, juſtis ex cauſſis, eſt determinata; *Navar. in Sum. cap. 21. num. 28. Covarr. d. loco. Azor. d. loc. qu. 4. Leſſius d. loc. num. 4. Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. cap. 9. & 10. Zæſ. Comment. ad Decret. h. t. num. 2. Vallenſ. d. loco.* ſcilicet Decima: ἵνα ἐκ πολλῶν διδασκόμεθα πῶς δεκάδος ἄξιος ὁ θεὸς εἰκότως· *ut ex multis exemplis diſcamus quam familiaris Deo ſit denarius:* ut ait Philo *in lib. de congreſſu quærendæ erudit. gratia:* Qui etiam dicitur perfectus, & quodammodo omnium numerorum limes: ſi quidem poſt eum ultra non proceditur, ſed fit reiteratio ab eodem ad alium, numerum, duplicem vel triplicem, & ſic deinceps. *D. Thom. in 2. 2. qu. 87. in corp.*

19 Ex conſuetudine tamen interdum non decima, ſed duodecima, quindecima, ac viceſima præſtatur: tametſi præſtatio hæc retinuerit nomen Decimæ. *Maurize in Jur. Canon. ſelect. tit. hoc.*

20 Sed determinationes Decimarum per Eccleſiam factæ juſtæ & convenientes non videtur dari poſſe ratio. Nec enim eadem eſt ratio inter hoc tempus & illud; inter hanc Legem & Illam: In populo Iſraelitico ex duodecim tribubus una erat Sacerdotalis; ut ſic eſſet proportio inter fructuum partem decimam, & totius Gentis duodecimam. In Eccleſia verò ne quidem populi pars vigeſima pertinet ad Clerum: imò ea deberet ſufficere. Deinde tribui iſti nulla erat aſſignata pars in poſſeſſionibus. *Num. 18. & 34. Joſue 14.* At hodie Clerici poſſident immobilia. Dicendum tamen: dari poſſe. Eſt enim in Sacerdotibus Novæ Legis dignitas major, functio gravior & excellentior, quàm fuit in Sacerdotibus Legis Veteris; major ergo, ut in veneratione habeatur, indiget ſplendore atque auctoritate. Præterea, non erat Sacerdotibus Veteris Legis prohibita negotiatio, ut eſt Sacerdotibus Legis Novæ. *Zæſ. d. loco, num. 3.*

21 *Decimarum genera* ſunt *tria:* Aut enim *Decimæ* ſunt *Prædiales*, aut *Perſonales*, aut *Mixtæ.*

22 *Prædiales* ſunt quæ ſolvuntur ex proventibus prædiorum: velut ex frugibus, fœno, fructibus arborum, molendinorum obventionibus, ædium locatarum penſionibus. *c. pervenit. 5. c. extranſmiſſa. 23. c. ut*

t. ex parte. 21. c. non est. 22. hic. can. cunctis. c. 1. can. de decimis. 45. cum seqq. 16. qu. 1. c. pen. de pactis.

23 *Personales* sunt, quæ solvuntur ratione personæ: puta ex lucro negotiationis, venationis, militiæ, vel cujus alterius muneris aut artificii. *d. c. non est. 22. can. 4. quicunque 16. qu. 7. can. decimæ. 16. qu. 1.* In excerptionib. Egberti Archiepisc. Eboracens. cap. 100. *De militia, de negotio, de artificio redde decimas.* Concilium Trossejanum cap. 6. *Fortassis verò dicet aliquis, non sum agricola, non habeo undè possim dare decimas fructuum terrenorum, vel etiam armentorum. Audiat quicunque est ille, miles sit, negotiator sit, artifex est. Ingenium quo pasceris Dei est: & ideò indè ei dare debes decimas.* In Capitulis incertæ editionis: *Unicuique enim homini Deus dedit artem, qua pascitur; & unusquisque de arte sua, de qua corporis necessaria subsidia habet, animæ quoque, quod magis necessarium est, subsidium administrare debet.* Imò si necessitas urgeat, & ad cladem avertendam mancipiorum etiam decimæ sunt offerendæ. *Ut est in epist. Episcop. Turon. Provinciæ ad plebem missa post Concil. Turon. 2.*

24 *Mixtæ* dicuntur *Decimæ*, quæ partim prædiales sunt, partim personales: veluti quæ ex fructibus pecorum, ovium in prædiis nostris colliguntur, concurrente nostra industria. *c. pervenit. 5. cum seq. hic. Hostiens. in sum. eod. num. 3. Navar. in Man. cap. 21. num. 29. Sylvest. & Angel. in sum. verb. decima. in princ. Azor. d. lib. 7. cap. 34. qu. 3. Monet. de decim. cap. 3. num. 9. Canis. cap. 2. num. 1. vers. Mistæ. Valens. §. 5. num. 3. vers. Mixtæ. Zæs. num. 14. hic.*

25 Sunt qui hanc speciem superfluam judicant; *Barbosa d. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 26. num. 9.* Cum propter *l. in pecudum. 28. in princ. ff. de usur.* tum quia vix dari possunt prædiales, quarum perceptio, etiam ex personæ industria non resultet: *Dd. in d. c. ad Apostolicæ.* Sic & sic tantum duas species ponant, *reales* scilicet, & *personales.* Istas rursus subdividentes, in *Majores*, quæ ex frumento, vino, oleo, aliisque id generis penduntur; & *Minores* sive *Minutas;* quæ ex hortis, & partu animalium solvuntur. *c. tua nobis. & ibi Gloss. eod. Zæs. d. loc. & num. 14. Canis. d. loco. cap. 2. num. 4.*

26 Dictæ decimæ inter se in uno *conveniunt*; & *quadruplicitur differunt*.

Conveniunt; Quod stante sustentatione congruâ pro temporum, locorum vel personarum qualitate, mutationem recipiant. Et sic ex consuetudine, vel privilegio, vel constitutione Ecclesiæ, potest vel major vel minor quantitas institui. *Soto de just. & Jure. lib. 9. qu. 4. art. 3. vers. quarta conclus. Covar. d. cap. 17. num. 8. Sylvest. d. verb. decima. num. 10. Barbos. d. loco, num. 11.*

27 *Differunt: Primò*: Quod *prædiales* debebantur & percipiebantur ex Lege veteri: *Personales*, licet olim possent solvi, non tamen erant in obligatione: *S. Thomas d. qu. 87. art. 2. in corpor.* ut sunt hodie. *juxt. d. c. ad Apostolicæ. & c. pastoralis. hic. Navar. cons. 1. à num. 7. de decim.*

28 *Secundò*: Quod *prædiales* debeantur, licet prædia sint injustè acquisita: cum etiam debeantur ab invasore: *c. à nobis. 24. & Gloss. c. ex transmissa. 23. verb. licitè. hic.* Cujus ratio est: Quod ejusmodi decimæ debeantur ratione oneris realis, quod comitatur rem, à quocunque possideatur. Undè non possit videri Ecclesia accipere alienum, aut approbare factum injustum, aut injuriam facere domino: quia ipse sic rem possideret, teneretur solvere decimas. *Gloss. ind. c. à nobis. 24. verb. negotio. Turrecrem. ind. c. ex transmissa: num. 5. Abbat. in c. pastoralis. num. 3. & in c. commissum. etiam num. 3. & in c. cum homines. hic. Tyndar. d. tract. num. 49. Rebuff. eod. tract. qu. 6. num. 18. Monet. eod. tract. cap. 4. num. 39. Personales* verò ex illicitè quæsitis non debentur; si quidem acquisito sit formaliter injusta; ut per *furtum, rapinam, usuras*. Quia sic lucrans rerum ita quæsitarum non acquirit dominium, ut non possit de iis disponere, nec tenentur Ecclesiæ ad partem lucri, quod est restitutioni obnoxium: *juxta c. peccatum. de reg. jur. in 6.* ut non sit in bonis, atque ita nec lucrum. *fac. L non possunt. 11. ff. de jure fisci. Tyndar. d. tract. num. 5. & Rebuff. d. loc. Fagund. de quinque præcept. lib. 1. cap. num 14. cum seqq. Monet. d. cap. 4. num. 42.*

29 Quodsi acquisitio respectu actus quidem sit injusta, sed retentio in se non sit injuriosa atque injusta, prout in meretrice & histrione, *L. 4. §. sed*

sed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cauſſ. debentur decimæ, per ſe loquendo. Dico *per ſe loquendo;* Quia ſi ſequatur ſcandalum ex acceptione aut indecentia, tunc Eccleſia decimas recipere ex eo reſpuit: *fac. Deuteron. cap. 23. ibi: Non offeres mercedem proſtibuli; &c. Barboſ. in loco. num. 31. Zæſ. d. loco. num. 7. Gloſſ. in c. ex tranſmiſſa. verb. licitè. hic. & ibi Abb. & Innocent. & alii.* Niſi pœnitentium peregerint. *d. Gloſſ. d. loco. S. Thom. 22. qu. 87. art. 2. ad 2. Covarruv. in reg. peccatum. part. 2. §. 11. num. 1. ſeqq. Monet. d. cap. 4. num. 49.*

Tertiò differunt: Quod *perſonales* debeantur Eccleſiæ, ſub qua 30
domicilium habet acquirens & Sacramenta percipit, etiamſi alibi lucrum perceperit; *c. ad apoſtolicæ. 20. &c. paſtoralis. 28. hic. Reales* verò parochiæ, ſub qua ſita prædia, ex quibus debentur. *c. quoniam. 13. eod. Vallenſ. d. loco, num. 3. Maurize in d. Jur. Canon. ſelect. h. t. verſ. decimæ prædiales. Et verſ. perſonales. Nos in Jure Canon. ſtrict. per Aphoriſm. explic. h. t.* Differentiæ ratio eſt; Quod hæ ſint onus reale, quæ prædia ſunt affecta certis Eccleſiis ex ipſamet Eccleſiæ inſtitutione, & parochiarum diviſione, per quam factum, ut prædia in Parochiis ſingulis ſita penderent iis decimas: non faciente quod prædiorum dominus alibi habitet. Quia hoc prædiorum qualitatem non mutat. *l. cum in tua 30. eod.* Saltem jure ordinario: nam poteſt mutari conſuetudine. *d. c. ad Apoſtolicæ. c. cum ſint homines. 18. eod.* Illæ verò, cum nihil realis oneris contineant, ſed merè perſonale (debitæ quippe ratione miniſterii & beneficii, quod recipitur ab Eccleſia) debentur ei Eccleſiæ, etiamſi aliundè percipiantur, cum ſequantur perſonam: quo modo & ea translata ad aliam Eccleſiam, eidem debebuntur. *Zæſ. d. loco. num. 22.*

Quartò differunt: Quod Decimæ *prædiales* integræ ſolvantur, 31
nullis detractis expenſis, veluti ſeminis, culturæ vel alterius rei; In Perſonalibus detrahantur impenſæ, quæ factæ ſunt in quærendis, emendis & convehendis mercibus. *c. cum homines. 7. c. ex parte. 21. cum ſeqq. o. tua nos. 26. c. paſtoralis. 28. hic.* Concilium Avenionenſe cap. 4. *Cum igitur Decimæ ac Primitiæ adeò debitæ ſint, ut ſine voluntate eorum, quibus debentur, abſque mortali peccato non valeant retineri: volumus & præcipimus, ut tam laici, quam aliæ perſonæ, de bonis omnibus ſibi col-*

latis à Deo, non deductis expenſis, ad ſolutionem ipſarum per Eccleſiaſticam cenſuram compellantur. Et cap. 6. Concilii Toloſani: *Univerſitatem de bonis & proventibus ſuis, non deductis expenſis, Eccleſiis integrè decimas & primitias ſolvere teneantur.*

32 Quod de *perſonalibus* diximus, procedit, etiam ſi expenſæ non utiliter, ſed pro Mercatoris arbitrio ſint factæ: dummodò non in decimarum fraudem. *Poſt Innoc. & alios Rebuff. d. tract. de decimis quæſt. 11. num. 4.* Exemplo, quod diximus, illuſtretur. *Titius in merces comparandas impendit aureos centum, eas poſtea vendidit centum quinquaginta; hic priusquam ex dicta ſumma centum quinquaginta, præſtet decimas; ſubducet in primis centum, quibus merces ſunt emptæ, deindè portoria, vectigalia, itineris impendia; & ſi fortè his deductis omnibus remanſerint ex lucro viginti, decimarum nomine tenebitur ad duos ſolvere.*

33 Quod non eſt, ut dictum, in *decimis prædialibus. Canif. d. loco num. 2.* Ideò, quod Deus, *prædiales Decimas* ſibi reſervaverit in ſignum univerſalis dominii. *d. c. tua nobis. 26. & cum non ſit. 33. dec. Barboſ. d. loco num. 38.* Uſque adeò, ut etiam ante exactionem tributorum & cenſuum, qui Principi penduntur, deduci jubeantur decimæ, aut non deductæ, tanquam onus annexum tributa & cenſus committantur. *d. c. cum non ſit. 33. c. cum homines. 7. eod. Maurize d. loco verſ. porro. in fin. Vallenſ. d. loco. num. 3. in fin. Covarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 13. Leſſius de Juſt. & jure. lib. 2. cap. 52. dub. 3. num. 16. Suar. de relig. lib. 1. cap. 35. Caldas de empt. cap. 3. num. 7.* Decima enim, ubi debetur, ſolvi debet integra. *Rot. dec. 469. num. 1. & deciſ. 541. in fin. part. 1. recent.*

Et ideò nec propter ſterilitatem eſt deneganda: *Rebuff. d. tractatu; quæſt. ult. num. 22. Monet. d. tract. cap. 8. num. 26.* nec præterea quod ſibi debetur; cum in futuris decimis non admittatur compenſatio. *Rebuff. d. qu. ult. num. 19. Cened. ad Decret. collector. 66. num. 2. Monet. d. cap. 8. num. 61.*

34 Ceſſat ergò in *Decimis Prædialibus* regula, quæ habet; Non cenſeri fructus, niſi quod deductis expenſis ſupereſt. *l. fructus. 7. ſi ſoluto matrim. l. 1. Cod. de fructib. & litium expenſ.* Quæ habet locum in *perſonalibus*; utpote quas Deus in veteri teſtamento non reſervavit

rit sibi: ideò & ex his expensæ rectè deducantur. *d. c. pastoralis.* 28. *hic* Cum etiam non debeantur nisi ex lucro. *d. c. pastoralis in verb. & de residuo, quasi de lucro.* Militat ergo in his regula: Qua lucrum non intelligitur, nisi deducto omni damno: quod & in expensis factis consistit. *l. Mutius.* 30. *ff. pro socio.*

Nec facit, quod *d. c. pastoralis* 28. loquatur tantum de negotiatione; cum extendatur & ad alia lucra, rationis paritate cogente; Quia ut in negotiatione, ita & in aliis personalibus, adquisitis, non dicitur quis adquirere; nisi quod supereſt deductis expensis.

Verum cum hodie nullus autrarior usus sit personalium Decima- 35
rum, *Soto de Justit. & Jure l. 9. qu. 4. art. 2. Navar. in man. can. 21. num.* 31. *Gutier. qu. Canon. lib. 2. cap. 21. num.* 33. non est quod his longius immoremur. *Canis. d. loco. num. 3. in fin. & cap. 7. num. 4.*

Asserit tamen Rebuffus. *d. tract. de Decimis qu. 12. num. 5.* solere bonos Advocatos & devotos lucrum suum ex postulationibus referre in scripturam, & postea, in fine mensis vel anni, illud recognoscere. Imò addit, se multos vidisse, qui dispositos haberent loculos pro decimis.

Solvi debent *Decimæ*, tam prædiales, quam personales, de *omni-* 36
bus fructibus, ex prædio vel hominis ministerio productis; ex quibus fuerint petitæ; idque *necessitate præcepti. c. non est. c. nuncios. c. ex parte. il. 1. hic. Monet. d. tract. cap. 4. num. 1. Suar. d. tract. tom. 1. tract. 2. cap.* 34. *num. 1. & 4. Riccius in praxi aurea. resolut.* 109. *Fagund. d. tr. in quinque Eccles. præc. præc. 5. lib. 1. cap. 2. num. 2. & cap. 4. à num. 1. Hier. Carac. de Jurib. Paroch. tom. 5. cap. 17. Trullench. in Decalog. lib. 3. cap.* 3. *dub. 2. à princ.* Siquidem eæ correspondere debent Spiritualibus, quorum ratione debitæ sunt administratori; & constat omnia spiritualia administrari fidelibus; undè necessariò est dicendum, ratione omnium temporalium decimas omnes ex illorum fructibus, ex necessitate præcepti esse persolvendas. *ut deducit D. Thomas 2. 2. qu. 87. art. 1. in corpore. ex auctoritate D. Pauli. 1. ad Corinth. cap. 9.* Accedit, quod decimæ ex intentione Ecclesiæ ad congruam ministrorum sustentationem sunt institutæ, ut dictum *supra*; proindè erat æquissimum, eas non tantum constitui in rebus certis, sed in omnibus, quæ unusquis-

que ad vitæ ſuæ ſubſidium acquirit. *Barboſ. d. lib. & cap. §. 1. num. 1.*

37 Dixi; *Neceſſitate præcepti;* ad ſignificandum, teneri omnes ad ſolvendos decimas ſub præcepto peccati mortalis *c. pervenit. c. frequenti. hic junctо can. nemo. 11. qu. 3.* eò quod alias ſubtrahunt illud quod ſpiritualium Miniſtris, ex lege juſtiſſima eſt debitum. *Covarruv. var. reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 4. poſt S. Thomam. d. loco. ad 4. Soto lib. 9. de Juſt. & Jure, qu. 3. art. 1. col. 9. verſ. primò ergo. Caſtro adverſ. hæreſ. verb. Decimæ.*

38 *Decimam* autem *ſolvunt;* Omne frumentum & granum, *c. non eſt hic. Rebuff. d. tract. qu. 8. num. 3. Monet. d. tr. cap. 4. num. 2. Fagund. d. præcepto 5. lib. 1. cap. 4. num. 2.* Vinum, *d. c. non es.* oleum, mel, *Rebuff. d. qu. 8. num. 8.* crocum, *Mantic. deciſ. 341. num. 1. Zypæus in Ayſſi Jur. Pontific. novi. h. t. num. 2.* faba, & legumina alia, *c. 3. hic. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 4.* nuces, amygdalæ, caſtaneæ, & alii arborum fructus, *can. decimæ. 16. qu. 1. d. c. non eſt, c. cum homines. hic. Monet. d. cap. 4. num. 5.* olivæ, *Barboſ. d. loc. num. 7.* mororum folia, ubi eſt conſuetudo, *Seraphin. deciſ. 827.* ſaccharum, *Ferret. conſ. 195. num. 2. Puteus deciſ. 80. lib. 1. in correctis.* piſcatio. *c. pervenit. Fagundez, d. lib. 5. prax. lib. 1. cap. 2. num. 4. & 20.* apes, ſeu earum cera & mel, *c. nuncios. hic.* vel pecunia indè redacta, *Rebuff. d. qu. 8. num. 15. Monet. d. cap. 4. num. 18.* lac, lana, & animalium fœtus, *d. c. ad Apoſtolicæ. 20. & ibi Gloſſ. verſ. perſonales. Menoch. conſil. 398. num. 36. & 40. Mant. de Pace in pract. tom. 2. part. 1. cap. 5. num. 8. cum ſeqq.* cum nutrix lacte materno non indigent; *Rebuff. d. tract. qu. 6. num. 3. & 30. & 31. Vinc. de Franch. deciſ. 114.* Venatio, aucupium, *d. c. non eſt. Monet. d. cap. 4. num. 19. & 20.* jumentorum paſtura, *c. commiſſum. hic. Cardin. in Clem. 1. hic. num. 15. Rebuff. d. qu. 8. num. 22.* ligna, *Rebuff. d. loco. num. 26. Monet. d. cap. 4. num. 13.* fœnum, *d. c. pervenit. 5. hic. Rebuff. d. loco. num. 9. Monet. d. cap. 4. num. 6.* linum, canape, *Rebuff. d. cap. 8. num. 8. Monet. d. cap. 4. num. 8.* negotium & artificium, *can. decimæ. 16. qu. 1. c. non eſt. c. paſtoralis. hic. Rebuff. d. qu. 8. num. 19.* militia ſagata, *d. c. non eſt togata. Rebuff. d. loco. num. 20. & ſeqq.* furnæ, *Rebuff. d. qu. 8. num. 20. Monet. d. cap. 4. num. 32.* lapidicinæ, *&c.*

Azor. d. cap. 35. *qu.* 9. *Rebuff. d. quæst.* 8. *num.* 23. metallorum fodinæ, *Monet. d. cap.* 4. *num.* 34. molendina, *d. c. ex transmissa. hic. Rebuff. d. cap.* 8. *num.* 6.

An ex acquisitis per largitionem liberalem, ut testamentum, 39
legatum, donationem, sint dandæ decimæ; est inter Canonistas controversum: Affirmat Abbas *in c. pastoralis. & c. pervenit num.* 2. *hic.* Quem sequitur Fagundez. *d. præcepto* 5. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. 1. Quia decimò solvendæ sunt ex omni lucro: *d. c. pastoralis. ibi quasi de lucro decimas persolvendas.* 2. Ex omnibus licitè acquisitis: *d. c. non est. & d. c. ex transmissa.* 23. 3. In recognitionem universalis dominii; *c. tua nobis.* 26. *vers. cum enim. hic.* & honorem Dei, qui dignatus est totum dare. *can. decimæ.* 16. *qu.* 1. Negant Innocent. *in d. c. non est. num.* 2. *Sylvest. in sum. verb. largitio.* §. 12. *num.* 12. *Rebuff. d. qu.* 8. *num.* 31. *Monet. d. cap.* 4. *num.* 37. & alii: hac ratione; Quod hæ res neque ex terra, neque ex operis nostris proveniant, & subsequenter earum decimæ, nec inter prædiales, nec personales recenseri possint. Distinguit Glossa *in d. c. pastoralis. verb. quasi de lucro.* inter filium succedentem patri, & heredem extraneum: non illum, sed hunc teneri decimas solvere, vult: Panorm. *in d. c. pastoralis. num.* 8. in filio subsistit: in extraneo nihil certi constituit: nisi quod putet consuetudinem in hac quæstione esse adeundam: Optima enim, inquit, legum interpres est consuetudo. *c. cum dilectus. de consuet.* Quæ sententia & mihi probatur. Nec enim dubium est in rebus, quæ occurrunt quotidiè, loci extare consuetudinem, quæ dictet vel decimas esse solvendas, vel non. *Canis. in cap.* 1. *h. t. num.* 7.

Ad Decimarum functionem regulariter tenentur quilibet Bapti- 40
zati, qui de manu Sacerdotis Sacramenta percipere tenentur, cujuscunque generis, ordinis, vel gradus, sint: *d. c. ex transmissa.* 23. *cum seq. c. nuncios.* 6. *& passim hic.* adeò ut nequidem Imperator de non solvendis decimis alicui possit facere gratiam. *c. tua.* 15. *eod.*

Quæ regula præsertim obtinet in decimis prædialibus; quas, *ut* 41
dictum, Deus in signum universalis dominii sibi in Clericorum, usum reservavit. *d. c. tua nobis* 26.

Ut hinc fructus prædiorum à solo separati, onere decimarum af-

fecti

fecti dicantur: hoc eſt, ut ad quemcunque fructus tranſeunt, committur & eos decimandi jus. *c. cum homines. 7. c. paſtoralis. 28. verſ. fructus. c. cum non ſit. 33. hic.*

42 Elocatis ergò prædiis, decimarum nomine non conveniuntur prædiorum Domini, ſed eorum Conductores. *c. dilecti. 8. c. à nobis. 24. c. tua nobis. 28. eod.* Si quidem res cum ſuo onere tranſit ad alium. *d. c. cum non ſit. & d. c. paſtoralis. c. ex literis. de pignor. & l. alienatio. 67. ff. de contrab. emt. vend.*

43 Sciendum tamen decimas, non afficere ipſos fundo, ſed tantum eorum fructus: Undè ſi poſt prædiorum ſuorum fructus perceptos quis ea decimis non ſolutis transtulerit in alios: non hi, ſed ille decimarum nomine eſt conveniendus; ſcilicet condictione ex canone, quo decimæ ſunt introductæ; ſi fructus apud eum extant; *arg. l. un. ff. de condict. ex lege.* ſi conſumpti; condictione ſine cauſſa vel injuſta cauſſa. *l. 3. Cod. eod.* Æquitati enim eſt conſentaneum, ut alter alterius odio non prægravetur: *c. non debet 22. de reg. jur. in 6.* Neque factum venditoris nocere debet emptori *l. factum cuique 155. princ. ff. eod.* Licet contrarium velit Abbas *in d. c. cum homines. 7. num. 6.* Exiſtimans potius novos poſſeſſores eſſe conveniendos, Motus *d. c. tua nobis. Abb. hic.* ubi decimæ appellantur animarum egentium tributa; at in tributis receptum ut ipſa afficiant prædia. *l. Imperatores. 7. ff. de publican. & vectigal.* Sed errat. Oſtendit hoc d. cap. tua nobis hiſce verbis: *Etenim de cunctis omnino proventibus decimæ ſint reddendæ, ſicut colonus de parte fructuum, quæ ſibi remanet ratione culturæ, ſic & dominus ſe portione, quam percepit ratione terræ, decimam reddere ſine diminutione tenetur.* Ex quibus clarum colonum partiarium ad decimarum ad decimarum functionem revocari pro parte fructuum à ſe perceptorum, non ſolum dominum ratione dominii; quod certè fieret, ſi ſequeremur Abbatem. Decimæ ergò non fundum, ſec ſolos fructus afficiunt. Quod liquet *ex c. cum non ſit. 33. & c. cum aliquibus. 32. eod.*

44 Quò fit etiam, ut, cum prædiales decimæ ſint onus fructuum à ſolo ſeparatorum (nam pendentes cenſentur pars fundi, *l. fructus pendentes. 44. ff. de rei vind.*) rectè quoque Judæos & Infideles ad eas præſtandas conveniri. *c. de terris. 16. hic. ibi: vel poſſeſſiones pentius re-*

nun-

nuntiandas. c. quanto. pen. de usur. Azor. part. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 14. quæst. 1. Vasqu. in opusc. de benef. cap. 1. §. un. dub. 9. Suar. d. tr. de religios. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 4. & 5.

Item Religiosos, *c. 2. §. pen. hic. in 6. c. 3. & 4. eod. c. veniens. de transactiva.* Reges, Principes, aliosque cujuscunque status aut generis, ad quos fructus prædiorum perveniunt; nisi privilegio Summi Pontificis, vel alio jure, se doceant exemptos, *d. c. à nobis. 24. eod. c. ex transmissa. 23. Rebuff. d. qu. 5. princ. Carat. de jurib. Parochial. tit. 5. cap. 9. Azor. d. loc. cap. 24. qu. 1. Monet. d. tract. cap. 5. à princ.* 45

Quoad decimas personales; cum eæ personas onerent, non res; *Joan. Andr. in c. cum homines. hic. l. 1. §. si hæres. ff. ad Sc. Trebellian.* sed personas tantum fidelium dicendum ad eas non obligari Judæos aliosque infideles: *Gloss. verb. persolvendas: ubi: unde personales decimas non persolvunt. in d. c. de terris. 16. ubi Butr. sub num. 6. vers. vel oppono. Soto de Just. & jure lib. 9. qu. 4. art. 4. Suar. d. lib. & cap. num. 4. vers. in qua distinctio. Ricciul. de jure personar. extra grem. Eccles. existent. lib. 2. cap. 9. num. 1. Trullinch. in Decal. lib. 3. cap. 3. dub. 10. num. 1. Diss. Gloss. in c. quanto. sub Figurat. casus in fin. de usur. & in can. decimæ. 16. qu. 1. Anchar. in d. c. de terris. num. 1. & ibi Abb. num. 6. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 11. & alii.* 46

Econtra Clerici qualescunque, etiam Episcopi, *Suar. d. loc. num. 13. M. Anton. Genuens. in practical. Eccles. qu. 628. num. 1. Barbos. d. lib. & cap. §. 3. num. 10.* si considerentur ut fideles & Parochiani; ad prædiales solvendas tenentur: *Dd. in c. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remission. per c. 2. vers. illi verò. & c. commissum. 4. hic. D. Thomas. 2. 2. qu. 87. art. 4. Soto. d. lib. 9. de just. & jure. qu. 4. art. 4. Covarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 8. vers. 1. Lessius de just. & jure. lib. 2. cap. 39. dub. 5. num. 21. Gutier. lib. 2. Canon. Quæst. cap. 21. num. 26. Leoin Thesauro Eccles. part. 12. cap. 12. num. 52.* sin considerentur ut Clerici, non tenentur ex illis bonis, in quibus considerantur tanquam tales: *Barbosa d. lib. & cap. §. 3. num. 2.* ut sunt beneficia eorum, *d. c. 2. in princ.* decimæ quas ipsi perceperunt, *Rebuff. d. qu. 5. num. 6. Monet. d. cap. 5. qu. 1. num. 8.* aut prædia ejusdem Ecclesiæ, ex quorum fructibus clericali jure vivunt. *Gloss. in c. 1. verb. ullo. de censib. Abb. num. 6. in d. c. 2. & in c. nuper. notab. 1. hic. Rebuff. d. qu. 5. num. 20.* fructus personales quos 47

ex officio clericali accipiunt. *Covarruv. d. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 8. verſ. 1. Monet. d. cap. 5. num. 4.* ſecus ſi temporali titulo. *Covar. d. loco. & verſic. primum hinc conſtat. Suar. d. loco. num. 21. Rebuf. d. qu. 5. num. 4. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 2. Zaſ. dict. loco num. 22.*

48 Itaque ad Decimarum functionem tenentur & ex Sacrorum Canonum præſcripto cogi poſſunt, *omnes, Laici, Clerici;* niſi docere poſſint, ſe ſpecialiter exemptos. *c. à nobis. 24. hic.* Nec enim ea omnibus & ſingulis ita præcisè incumbit, quin ab ea quatenus eſt Juris Canonici ſeu Poſitivi; liberentur interdum vel ſubleventur.

49 Contingere hoc poteſt quinque ex cauſſis: Nempe 1. *Privilegio.* 2. *Loci conſuetudine.* 3. *Præſcriptione.* 4. *Tranſactione.* 5. Ejus cui debentur *Remiſſione.* Singulæ perluſtrandæ.

50 *Privilegio;* non Principis Laici, *d. c. à nobis. 24. c. tua. 25. c. ſiquidem. 31. hic.* non Epiſcopi, *Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 28. & 32. Fagund. d. præc. 5. lib. 2. cap. 4. num. 6.* (Cum quia à Papa ſingulis Eccleſiis ſunt aſſignatæ decimæ; *can. 1. cauſ. 13. qu. 1.* Tum quia in Concilio Cabilonenſe ſtatutum, nè Eccleſiæ antiquitas conſtitutæ pervarentur decimis: *can. Eccleſiæ, cum ſequentib. 16. qu. 1.* Epiſcopus autem diſpenſare non poteſt contra Concilium. *Gloſſ. in c. cum ſit. lectus. verb. in ætate. de elect. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 33. num. 25.*) ſed Pontificis *c. ex multiplici. 3. c. ſuggeſtum. 9. cum ſeq. Ei à nobis 24. c. pen. hic c. 2. §. pen. eod. in 6. c. 1. in princ. de præbend. in 6. propter* ſupremam ejus in Eccleſiam Eccleſiaſticaque jura poteſtatem. *Dd. commun. in d. c. à nobis. Covar. d. lib. 1. var. cap. 17. num. 9. Gutier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 21. num. 26. & 130. Piaſec. praxi Epiſc. pariet. cap. 4. num. 63. Hieron. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſolut. 50. num. 2. cum ſeqq.*

51 Sic leproſi communiter viventes eximuntur à ſolutione decimarum de hortis, qui ſunt in domus circuitu & nutrimentis animalium ſuorum: *c. 2. de Eccleſ. ædificand. Hiſpan. in tract. regular. decimar. qu. 12. num. 2. Monet. d. c. 5. num. 25.*

52 Sic Ciſterſienſibus, Templariis ſunt indultæ decimæ laborum; id eſt, prædiorum ſuorum, non novalium, quæ propriis colunt manibus

nibus & sumptibus *c. ex parte* 10. *c. ad audientiam.* 13 *hic.* modo ante Concilium Lateranense *c. pen. eod.* non post, sint adquisita.

Aliis verò Religiosis *in d. c. ex parte.* conceditur, nè solvant de- 53
cimas de hortis & nutrimentis animalium suorum, id est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt suis sumptibus, (non quæ dant aliis nutrienda & tenenda, *Clem.* 1. *ibi Gloss. verb. animalibus. & verb. teneri. hic. Abb. in d. c. ex parte. in fin. & ibi Ancharan. num.* 2. *vers. istud etiam.* nisi redeant vesperi ad monasterium: *Rebuff. d. tr. qu.* 14. *num.* 57. *Monet. d. cap.* 5. *num.* 14.) & de novalibus, quæ propriis manibus & sumptibus excolunt. *d. c. ex parte. & ibi Hostiens. num.* 4. *Butrius num.* 9. *Anchar. num.* 3. *Rebuff. d. tract. qu.* 14. *num.* 45. *Monet. d. tr. cap.* 4. *num.* 56. *Lezana in Summa tom.* 3. *verb. decima. num.* 2. *cum seqq. Launet de Franchis. de controv. int. Episc. & Regular. quæst.* 72. & pro usu Monasterii inserviunt. *Abb. num.* 3. *Joan. de Anan. num.* 2. *Anchar. num.* 2. *ad d. c. ex parte. Rebuff. d. qu.* 14.

Hoc tamen privilegium non extenditur, ad decimas, in quarum 54
perceptionis possessione erat Ecclesia Parochialis, aut alia. *Oldrad. cons.* 268. *Choppin. lib.* 3. *de sacra politia. tit.* 2. *num.* 7.

Sicut nec extenditur ad prædia ab aliis condicta. *c. dilecti.* 8. *hic.* Nè privilegium, quod est odiosum, quia est contra jus commune, extendatur. *Zæs. d. loco. num.* 25.

Neque etiam privilegium super decimis laborum, extenditur ad terras, quæ aliis colendas tradunt; *c. licet.* 11. *eod.* nisi id ipsum exprimatur. *Azor. Inst. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 27. *qu.* 7. *Suar. d. tract. de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 13. *Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *qu.* 18. *num.* 5. Quia privilegium hoc de non solvendis decimis est personale, & personas non egreditur. *l. in omnibus causis.* 68. *ff. de div. reg. jur. Rota decis.* 23. *parte* 2. *divers. Trullench. in Decalog. lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 11. *num.* 4. *in princ.*

Privilegia, à decimarum solutione eximenti si incipiant enormi- 55
ter Ecclesiam Parochialem, cui de jure debentur decimæ, lædere, amittuntur; *c. suggestum. c. dilecti. & ibi Gloss. verb. enormiter. hic. c. quod per novale. de verbor. signif. Rebuff. d. qu.* 14. *num.* 55. *Menoch. cons.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles
G IV.
32

156. *num.* 9. *vol.* 2. vel ſaltem moderantur. *c.* 2. §. *ubi autem. hic. in §. Barboſ. d. loc. num.* 44.

Poſſunt etiam talia privilegia, ſi Eccleſiæ damnoſa, ſub vel obreptionis argui & refelli. *d. c. quod per novale. junct. l.* 2. *Cod. de precib. Imp. offerend.*

Idem juris eſt, ſi ex poſt facto cauſſa privilegii ceſſaverit, *d. c. ſuggeſtum.* 9. *hic.* cum ſublatâ cauſsâ, tollatur quoque ejus effectus. *c. cum ceſſante.* 60. *de appellat. Caniſ. ad hunc tit. cap.* 17. *num.* 4.

56 Inferiores Prælati non habent hanc remittendi licentiam; cum nihil poſſint contra legem Superioris. *vid. ſupra.*

Eſt tamen illis licentia decimas, aut earum partem, aut beneficia ex iis inſtituta ad opera vel loca pia, commodiùs applicare, uniendo, dividendo, prout res poſtulabit. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 13. *Suar. d. lib.* 1. *cap.* 15. *in fine. Zæſ. d. loco num.* 32.

57 *Conſuetudine* modus ſolvendi decimas mutari, vel etiam ſoluto remitti poteſt. *text. in c. in aliquibus.* 32. §. *fin. hic.* Ubi his verbis Innocentius III. in Concilio Lateranenſi: *Illæ quippe decimæ neceſſario ſolvendæ ſunt; quæ debentur ex Lege divina, vel loci conſuetudine approbata.*

58 Explicatur, ſcio, variè à Doctoribus: Bernardus & Innocentius *ibid.* exaudiunt eum de conſuetudine loci in præſtandis decimis huic, vel alteri Eccleſiæ: *juxta c. cum ſint.* 18. *& c. cum Apoſtolica.* 20. *eod.* non verò intelligi volunt de decimarum quota, quam nullâ conſuetudine loci tolli poſſe, vel diminui: *per can. quicunque* 16. *qu.* 7. *c. cum homines.* 7. *hic.* Male: Loquitur enim expreſsè *d. c. cum in aliquibus.* de decimis ipſis, non de Eccleſiis, quibus præſtantur. Alii hanc quidem conſuetudinem intelligunt de decimarum quota, ſed eam putant à Papa eſſe approbatam. Sed cum in textu nulla fiat Pontificis mentio, & apertè ipſi textus in verbis, *vel loci conſuetudine approbata* repugnet; ejiciendaillorum ſententia ut conjecturalis mera. Hoſtienſis verò verba *d.* §. *fin. ex lege divina,* intelligit de prædialibus decimis; & ſubſequentia, *vel de loci conſuetudine,* de perſonalibus. Sed & ſola conjectura ducitur. Joan. Andreas, quem ſequitur Abbas *ad d. c. in aliquibus.* §. *fin.* putat conſuetudine loci decimarum præſtatio-

nem

nem non posse diminui, sed rectè augeri; ut sit sensus: Quod decimæ prædiales & personales, non solùm necessariò sint præstandæ, sed & quod ultra decimam ex consuetudine loci debetur, ut est, nona, octava, sexta pars. Sed & hæ interpretatio mera conjectura est.

Natæ hæ variæ interpretationes, quod putarent Doctores illi decimarum præstationem esse divino jure introductam, ideoque contraria consuetudine abrogari vel minui non posse. *c. fin. de consuetud.* Falluntur, ut supra ostendimus; & hanc distinctionem adhibuimus: Quod decimæ, quatenus Clericorum exhibitioni subserviunt, consuetudine aboleri, vel eis derogari non possit; utpote cum hac specie juris sint naturalis, atque juris Divini: quatenus verò extra causam exhibitionis Clericorum, sunt Juris esse Ecclesiastici, non divini vel naturalis; & consequenter in iis consuetudini esse locum, *juxta d. c. fin. de consuetud.*

Alius ergo *d. §. fin.* est sensus: Scilicet quod illæ decimæ necessa- 59
riò sint solvendæ, quæ debentur vel juxta quantitatem lege divinâ constitutam, quam Ecclesia, ex veteri testamento desumptam nova sanctione reduxit & innovavit; ut accidit, ubi decimæ solvuntur integræ: vel juxta quantitatem consuetudine loci ereptam: ut fit, ubi solvitur minor pars quàm decima; & tamen hæc quantitas, quamvis minor, vulgari more loquendi adhuc vocatur decima. *Bellarm. tom. 2. controvers. de Clericis. lib. 7. cap. 25. de decimis. dub. 1. Suar. d. lib. 1. cap. 12. Zæs. hic. num. 33. Canis. hic. cap. 17. num. 7.*

Cui certè consequens est, si quota decimarum (quæ est pars de- 60
cima) consuetudine loci possit diminui, ut non decima, sed duodecima, vel vigesima, vel alia minor solvatur, posse & integras decimas eadem ratione tolli consuetudine: dummodò Clericis, quibus aliàs debentur decimæ, ex proventibus Ecclesiæ aliunde sit prospectum. *Canis. d. loco. Barb. d. loc. num. 64.*

Hinc colligitur; Valere consuetudinem, qua introductum, ut 61
ex certis fructibus, vel bonis, uti minutis; verbi gratia, oleribus, rapis, fabis, & similibus, non solvatur decima, vel non integra: *c. commissum. 4. c. dilecti. 8. c. in aliquibus. 52. hic. Guido Papæ cons. 284. Covarruv. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 8. vers. 7. Azor. Inst. Moral. d. lib. 7. cap. 37. quæst. 2. & 9. Rebuff. d. tract. qu. 13. num. 46. Monet. d. cap. 5. num. 93.*

& 94. *Cancer. Variar. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 11. Item valere conſuetudinem, ut una Eccleſia ex eodem prædio accipiat decimas majores, alia minores: *Hoſtienſ. in c. cum in tua. §. reſpondemus. hic. quem ibi ſequuntur omnes.* Item: Poſſe ex conſuetudine decimas uni Eccleſiæ debitas adſcribi alteri, & ſolvi: *c. cum ſint homines. c. ad Apoſtolicæ. hic. Corv. d. cap.* 17. *num.* 8. *Fagundez. d. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. *Gutier. pract. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 2. & 5. *Rebuff. d. tract. qu.* 13. *num.* 47. Valere conſuetudinem, ut Clerici nullas ſolvant decimas; ut Laici non ſolvant perſonales, vel non niſi in fine anni. *d. c. ad Apoſtolicæ.* 20. *cum ſimil. Vallenſ. in parat. h. t. §.* 8. *num.* 3.

Planè perſonales decimas, ſeu ex lucro induſtriæ, nullibi fere ex conſuetudine ſolvi teſtantur Navar. *in manual. cap.* 21. *num.* 31. *Corv. d. cap.* 17. *num.* 8. Monet. *d. cap.* 5. *num.* 35. Vallenſ. *d. loco, num.* 3. *verſ. plane.* Zoeſ. *d. loco, num.* 33. ut & ſupra diximus; uſumque ex hac materia Decimarum, ſi qua alia, valde variare. Zypæus *in Anal. Jur. Pontif. Novi. h. t. ſub num.* 5. Nam alibi deberi lignorum decimas, animalium alibi, alibi leguminum.

62 Sic, *eodem Zypæo referente*, in maritimis locis ditionum Belgi, Hiſpano adhuc ſubjecti, conſuetudo obtinere dicitur, quod is qui terram aliquam natantem, concedente Principe (In Cujus alioqui Regalia tranſit, dum mare aut flumen non retrocedit eodem impetu, ſed inundat tempore longiſſimo, mutatque plane formam) vindicat à mari & munit aggeribus, lucretur decimas, quando ab hominum memoria non fuit culta, & nunquam Eccleſia habuit decimas.

Alioquin ſi Eccleſia ſemel habuerit decimas, & Princeps concedat Dominis prioribus vindicationem; tunc ſicut proprietas redit ad Dominum, ita & decimæ ad Eccleſiam.

Si tamen agri, ex quibus debebantur decimæ, maneant inculti per annos centum, & poſtea naſcantur fruges, debebuntur Decimæ; Quia hoc caſu non fuit mutata forma, ut in priori per inundationem.

63 Ex quibus omnibus clarum, citra peccatum, non ſolvi hodie decimas, ſecundum conſuetudinem: Cum uſus diuturnus vim habeat abrogandæ legis, etiam Eccleſiaſticæ, ab ejuſque obligatione liberandi, atque ita remittendi decimas per legem Eccleſiaſticam requiſitas.

Opor-

Oportet tamen sit rationabilis & legitimè præscripta; scilicet vel 64
tempore immemoriali, vel saltem annorum quadraginta. *Gloss. in c. fin. de consuet.* maximè in hac materia, propter Ecclesiarum grave damnum. *Zæs. h.t. num. 33. in fin. Covarr. d. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. vers. decimò. Gutier. d. cap. 21. num. 65.*

Sed dubitari potest, quæ consuetudo in decimarum solutione sit 65
attendenda; locine vicinioris, an loci ubi existunt prædia, an ubi fit decimarum solutio, an diœcesi. Distinguendum: Aut in loco, ubi sita sunt prædia, & fit solutio, nulla est consuetudo, vel si adest, est dubia, & tunc consuetudo loci vicinioris est attendenda, vel loci prædominantis. *Achilles decis. 3. num. 2. 6. & 8. sub tit. de decim.* Item, si in loco, ubi decimarum fit solutio, vel prædia sunt sita, nulla adest consuetudo; in viciniori verò loco adest aliqua, & in loco dominanti adest diversa; & tunc attendenda est consuetudo loci vicinioris, non loci dominantis, aut Jus Commune: *Puteus decis. 176. lib. 3. in correctis:* Aut in loco, ubi prædia sunt sita, consuetudo adest particulares, & illa tunc est attendenda: Item si in loco adest aliqua consuetudo, & in Diœcesi alia; tunc etiam est attendenda consuetudo loci particularis, & non diœcesis. *Puteus decis. d. 176. num. 6. & 7. lib. 3. Cavaler. decis. 95. num. 3. & decis. 107. num. 1.* Consuetudo enim specialis præferenda est generali. *Barbosa d. loc. num. 72.* Item & attendenda est potius ea consuetudo, quæ favet Parochiali, quam quæ favet prædiali; cum sit rationabilior; & juri communi conformior. *Curt. jun. cons. 2. in fin. Afflict. decis. 80. num. 9. Barbos. d. loc. num. 72.*

Jam de *præscriptione* videamus, an & quatenus immunitas à non 66
præstandis decimis per eam acquiratur?

Et quidem Rebuffus *d. tract. de Decimis. quæst. 13. num. 55.* post 67
Dominic. *in c. 2. col. ult. de præbend. in 6.* Barbatium *cons. 35. Sapienter. col. 6. in 2. vel.* omnesque illos qui decimarum solutionem divini juris esse asserunt: *de quib. supra.* Generalem tradit Regulam: *Quod nullus, sive Clericus, sive Laicus, libertatem nullas solvendi decimas, præscribere, etiamsi viveret mille annos, possit.*

Fulcitur ea argumentis quinque. *Primum* est: Quod Deus sibi, in universalis dominii signum, reservaverit decimas: *d. c. tua nobis.*

26. c

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

26. *c. cum non ſit.* 33. *hic.* Ergo, Præſcriptione non poſſunt tolli. *arg. competit. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. ubi in ſpecie Salicetus num.* 2. *Secundum:* Peccatum eſt ſolvere decimas tardius quam convenit, *can. decimæ.* 16. *qu.* 1. Ergo multò magis ſi ſolvatur nihil. Quippe peccata tantò ſunt graviora, quantò diutius infelicem animum detinent alligatam. *c. ult. de conſuetud. Tertium:* Decimæ, entium animarum ſunt tributa: *d. can. decimæ. & d. c. tua nobis.* Unde videtur conſequens eas præſcribi non poſſe; cum ſubtrahere alimenta idem ſit quod occidere *l. necare. ff. de agnoſc. & alend. liber. Quartum:* Is qui eſt in mala fide, præſcribere non poteſt. *c. fin. de præſcript. c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6.* At ille qui immunitatem à præſtandis decimis præſcribere nititur, in mala fide eſt, ſaltem præſumptione juris; cum contra jus agat. *c. qui contra. eod. in 6. l. quemadmodum. Cod. de agricol. & cenſit. Quintum:* Non poteſt præſcribere, qui verè vel quaſi non poſſidet, cum nulla ſit poſſeſſione munitus. *c. ſine poſſeſſione. eod. de reg. jur.* At Laicus jus decimandi non poſſidet, *c. cauſſam. 7. de præſcript.* Ergo.

68 Quibus tamen argumentis (cum ex antedictis appareat eſſe à nobis diſcuſſa) non obſtantibus; rectius exiſtimant alii, immunitatem ſive libertatem à præſtandis decimis tempore immemoriali ſine titulo, *c. 1. de præſcript. in 6.* (quia juris præſumptio eſt in contrarium. *d. c. 1.*) quadraginta annorum ſpatio, cum titulo, (quia regulariter, *c. fideer. ra. de privileg.* non minor præſcriptio currit contra Eccleſiam: *c. 4. & 8. de præſcript.*) *præſcribi*, etiam per *laicos poſſe;* Licet ii jus percipiendi decimas, nulla præſcriptione acquirere valeant, *c. cauſſam. eod.*

69 Siquidem dicta immunitas non conſiſtit in percipiendis decimis ex alienis prædiis, in quo verſatur decimandi jus, quod eſt ſpirituale; ſed ut habeat quis fructus integros à decimarum onere: quod nec ſpirituale eſt, nec quaſi ſpirituale, ac conſequenter nec ejus incapaces ſunt Laici. *Covarruv. var. reſol. d. lib. 1. cap. 17. num. 10. Gregor. de Valentia Comment. Theol. g. tom. 3. diſp. 6. qu. 5. puncto 6. in fine. Vaſquius Illuſtr. controverſ. lib. 2. cap. 89. num. 10. Navar. conſ. 2. num. 5. tit. de decim. Caniſ. h. t. cap. 30. num. 6. Zæſ. h. t. num. 34. Vallenſ. in par. h. t. §. 10. num. 4.*

70 Cæterum, non obſtante conſuetudine, privilegio, aut præſcrip-

one, est in Ecclesia auctoritas & potestas de novo imperandi decimas, etiam ubi nunquam fuerunt solutæ; si ita expedire videatur Pontifici, propter necessitatem Ecclesiarum, quarum ministris & fabricæ non est aliter provisum, aut aliàs est nocivum. *fac. c. suggestum. 9. hic. ubi Abbas. num. 4. Gloss. in can. rescripta. 25. qu. 2. Suarez. d. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. Zæs. d. loc. num. 35.*

Transactione etiam tolli vel minui potest decimarum præstatio. *c. 71 2. c. veniens. 6. de transact. c. ex multiplici. 4. c. nuper. pen. hic.* Idque non tantum, ubi Clerici inter se transigunt, sed & si cum Laico facta sit transactio: *d. c. 2. & ibi Bernard. in fin. Gloss. ibid. & Hostiens. fac. c. 2. de his quæ fiunt à Prælat.* dummodo transactioni accesserit Episcopi vel Summi Pontificis auctoritas: alioqui illa non est perpetua, sed personalis; hoc est, Clerici transigentis personam non egreditur. *d. d. c. c.* Nam, cum in rei Ecclesiasticæ alienatione, qualis & est transactio; *l. non solum. 4. Cod. de prad. & aliis reb. minor.* requiratur consensus & subscriptio Capituli, si Ecclesia est Cathedralis; *can. sine exceptione. 12. qu. 2.* sin Ecclesia inferior, assensus Episcopi, *can. placuit. 12. qu. 2.* necesse est, & in transactione perpetua ejus interveniat auctoritas. *d. c. 2. d. c. veniens.*

Sed in Monasteriis, quæ Conventum habent, hoc est, ampliùs, ut 72 transactio etiam temporalis de decimis iniri non possit, sine consensu, saltem tacito, ipsius Conventus. *c. continebatur. 2. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. & Clem. 2. de Eccles. non alien.*

Idem communiter obtinet & in aliis Prælatis, ut non minus hi in 73 transigendo Capituli sui consensum adhibere teneantur. *c. 3. & ibi Panorm. num. 3. de transact.* Licet enim Prælatus à jure generalem habeat administrationem in rebus Ecclesiæ suæ; *c. 2. de donation.* non tamen ea continetur transactio, quæ est, ut dictum, quædam alienatio, *l. mandato generali. ff. de procurat. junct. d. l. non solum.*

Postremus modus exemptionis à Decimis est *Remissio.* Potest 74 enim Episcopus decimas, maximè suæ mensæ debitas, ex justa caussa, remittere. *c. quia circa. 22. de privileg.* Deber Clericus, cui debentur, pauperibus: *can. fin. 16. qu. 1.* ut & si ex receptione earum oriretur scandalum. *ut supra dictum. Canis. d. loc. num. 19. Vallens. d. loco, num. 6.*

Videndum nunc de *Personis* quibus sunt solvendæ Decimæ: præ- 75

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

mittendum tamen, *Decimam*, quoad hoc propoſitum, conſiderari poſſe dupliciter. Nempe *pro jure ipſo percipiendi decimarum fructus*: Et *pro ipſa perceptione*, ſeu ipſis fructibus qui decimarum nomine percipiuntur. *D. Thomas* 2. 2. *qu.* 87. *art.* 3.

76 *Priore* modo ſi conſideretur, eſt jus ſpirituale dependenter. Quia, cum competat propter miniſterium ſpirituale, ab eodemque dependeat miniſterio; meritòveluti quoddam acceſſorium eidem miniſterio, jus Spirituale dependenter appellabitur: *Altero* ſi modo conſideretur, non. Quia fructuum perceptio res eſt temporalis, eò quod in rebus temporalibus conſiſtat, quas res conſtat ordinari adhominis alimoniam.

77 Sic ſunt *priori modo* conſiderata *Decimæ*, in Laicos cadere non poteſt: *c. cauſſam quæ. 7. & ibi Gloſſ. commun. de præſcript. c. quamvis 17. & ibi Gloſſ. Abbas, Butrius. hic. eod. Covarr. var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 5. Menoch. illuſtr. cap. 89. num. 6. Gutierr. controverſ. canonic. lib. 2. cap. 21. num. 64. & 71. Moneta d. tract. cap. 5. qu. 3. num. 17.* eò quod Laici non poſſint adminiſtrare ſpiritualia, à quibus inſeparabiliter dependet. *can. 1. ibi jure Sacerdotum. 16. qu. 7. c. tua. 25. in princ. hic. arg. c. ſacroſancta. 51. & c. Miſſana. 56. de elect.* Nam & hinc jus decimandi, *Sanctuarium Dei* dicitur. *in c. ad hæc. 15. hic.* Eoque pertinet gravis illa comminatio Gregorii VII. in Concilio Lateranenſi: *Decimas*, inquit, *quas in uſum pietatis conceſſas eſſe Canonica auctoritas demonſtrat, à Laicis poſſideri Apoſtolica auctoritate prohibemus: Sive enim ab Epiſcopis, vel Regibus, vel quibuslibet perſonis eas acceperint, ſciunt ſe ſacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. text. eſt can. 1. cauſ. 16. qu. 7.* ubi & ſubjecta annotatio nova tradit, hoc Concilium celebratum fuiſſe Romæ in Laterano Anno Domini 1078. ſed & adjicit hunc canonem Gregorii VII. fuiſſe repetitum ab Innocentio II. in Concilio Romæ à ſe habito. Unde videant Laici detentatores decimarum, quo in periculo ſalutis verſentur.

78 Igitur *Laici* ſunt *incapaces juris decimandi*, ita ſancientibus ſacris canonibus, à quibus illud inſtitutum eſt in exhibitionem Clericorum, non Laicorum. *c. ad apoſtolicæ. 20. hic.* Nec ullo titulo ſive emptionis, ſive permutationis, ſive donationis, aut ſimili, illud ſibi acquirere poſſint;

sunt; sed si quid obtendunt, illud restituere debent Ecclesiæ, ad quam spectat; sub pœnis à sacris canonibus præscriptis *in c. ad hæc. 15. d. c. quamvis. 17. c. prohibemus. 19. hic. d. can. 1. 16. qu. 7.* non tantum ideo, ut diximus, quod juris decimandi sint incapaces; sed &, quia jus decimandi est spirituale, ac proinde nullam æstimationem recipit. *c. ult. in fin. de rer. permut. & ibi Gloss. & Hostiens.*

Quare nequidem Laici ex concessione Prælatorum Ecclesiæ licitè decimas detinent: *d. c. quamvis. 17. d. c. ad hæc. 15.* multò minus ex concessione Principis, aut alterius Laici. *c. dudum. 31. §. cæterum. hic.*

Quibus consequens est Laicos, si quod obtendunt jus decimandi, 79
nullâ præscriptione, etiam immemoriali, se tueri posse, propter defectum possessionis veræ, vel quasi *d. c. causam quæ. de præscript. & ibi Gloss. Innocent. Hostiens. Imola, Abbas, Bald. & alii. Balb. tract. de præscript. 1. part. 4. princ. qu. 7. num. 53. & part. 1. 5. à num 56. Covar. d. loc. num. 6. vers. quæro. Rebuff. d. tr. qu. 13. à num. 67. Gutier. pract. controv. lib. 1. qu. 15. à num. 2.*

Cæterum, cum nulla ferè sententia Juris ita sit perpetua, ut non exceptionem, pluresve admittat, *l. omnis definitio. ff. de div. reg. jur.* dispiciendum, an non & hujus rei dentur. Reperiuntur tres, quæ huc accersendæ.

Prima est; In Laicis qui Jus decimandi Beneficio Summi Ponti 80
ficis sunt consecuti: Nam & hujus rei, licet spiritualis, Pontifex Laicum potest facere capacem; Panorm. *d. c. causam. num. 3.* ducto argumento à jure eligendi Prælatum, quod etiam est spirituale; *d. c. sacrosancta. 51. & d. c. Missana. 56. de elect.* & tamen Pontificis auctoritate rectè communicatur Laico: *can. Adrianus. & can. in Synodo. dist. 63.* Rectius adscribitur hoc Pontificis potestati supremæ, quam habet in omnes Ecclesias earumque bona. *c. 2. de præbend. in 6. can. 1. & 2. dist. 22.*

Neque res caret exemplo: Nam refert Covarruv. *pract. quæst. lib. 2. cap. 35. num. 3. vers. Tertio quoties.* Reges Castiliæ Ferdinandum & Isabellam Regni Granatensis decimas obtinuisse à Pontifice, sed ditandi Ecclesias lege adjectâ.

Ex dictis liquet: Quod, etsi præscriptio immemorialis & privilegium ambulent pari passu, hoc est, quod per privilegium obtineri po-

test, idem etiam possit per immemorialem præscriptionem; *c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. & l. hoc jure. 3. §. ductus. 4. ff. de aqua quotid. & æstiva.* id tamen non obtinere in decimis aliisque juribus spiritualibus; quæ nulla præscriptione, licet immemoriali, acquiri possunt à Laicis, propter professionis defectum. *d. c. cansam. de præscript. & ibi Abb. num. 3. & Felin. num. 2. & alii.*

Diversum est in Clericis, qui eum decimarum aliorumque jurium spiritualium sint capaces, idcirco jus decimandi non minus acquirunt præscriptione, quàm privilegio, *c. ad aures. 6. de præscript. & c. 1. eod. in 6. Canis. h. t. cap. 13. num. 3.*

81 *Secunda* exceptio est; In Laicis Conversis etiamsi nullo ordine Clericali sint insigniti: quales sunt Equites Melitenses, Hospitalarii & Ordinis Teutonici. Nam hi propter religionem quam profitentur, non sunt merè Laici; sed propter eadem vota substantialia sui Ordinis, quodammodò connumerantur Monachis: & idcirco quoque in jure decimandi admittuntur. *c. 3. de privileg. c. quamvis. 17. in verbis Laici in sæculo remanente. hic. arg. ducto à contrario sensu. ut ibidem notat Panormit. Canis. d. loco, num. 4.*

82 *Tertia exceptio;* Est in Laicis, qui ante Lateranense Concilium decimas ab Ecclesia acceperunt in feudum: Has enim ex ejusdem Concilii concessione licitè possident: *c. cum apostolica. 2. de his quæ fiunt a Prælat. c. 2. §. san. hic in 6. Covarr. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 4. versolim sanè.* non tamen sine periculo animæ; *c. prohibemus. 15. hic.* utpote cessante Ecclesiæ necessitate, ob quam eas acceperunt in feudum. *c. cum cessante. in princ. de appellat. Panorm. in d. c. prohibemus.* Unde *& in d. c. cum Apostolica.* monentur, non coguntur, Laici eas restituere. Monentur inquam, ad avertendum malum, quod forte propter detentionem diuturniorem illis intentat Deus; cum decimæ sint, & dicantur, Dei sanctuarium, & egentium animarum tributa, *c. ad hæc. 15. c. ad tua nobis. 26. hic.*

83 Sed quid sentiendum de Decimis illis, quas Laicus quidem asserit, se majoresque suos possedisse; sed an bigatur, an ante prædictum Lateranense Concilium. Communiter volunt hunc Laicum decimas eas justè possidere, dummodo probet possessionem tanti temporis, cujus initii

initi non extat memoria. *Joan. Andr. Ant. de Butrio. & alii in d. c. cum Apostolica. Anchar. & Cardin. c. caussam quæ de præscript. Jacob. à S. Georgio. tract. de feud. in verb. mero & mixto imperio. ad fin. Covarr. d. loc. vers. sed si dubitetur. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 86. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1377. num. 32. Gilchen. de præscript. part. 3. cap. 8. num. 23. Suarez. d. lib. 1. cap. 27. num. 4.* Nec, *ut volunt Abbas. in d. c. cum apostolica. Felin. in d. c. caussam. quæ, & c. cum contingat. num. 4. de foro compet. Rebuff. d. qu. 13. num. 69. Menoch. d. præsumpt. 86. num. 5. & alii* necessaria est probatio famæ, quæ dicter Laicum eas decimas in feudum habuisse ante dictum Concilium *Ripa in c. 2. col. ult. de judic. Aymon. de antiq. tempor. part. 4. cap. absolutis. num. 57. Covarr. d. loc. §. per c. 1. §. ult. de præscript. in 6.* Quippe ex immemoriali præscriptione titulis præsumitur: *c. 1. de præscript. in 6. & d. l. hoc. 3. §. ductus. 4. ff. de aqua quotid. & æstiva.*

Sed dicendum, solam præsumptionem tituli ex immemoriali tempore non sufficere: Quia, *secundum Bartolum, in l. 1. Cod. si adversus credit.* unumquemque probare oportet, sive sit actor, sive reus, intentionis suæ caussam. *l. si minorem. 4. Cod. de in integr. restit. l. 1. Cod. de probation. & l. 1. & 2. ff. eod.* ubi ICtus: *Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.* At qui allegat se majoresque suos decimas in feudum recepisse ante Concilium Lateranense, cum sit intentionis suæ fundamentum, & facti quæstio, id probare tenetur. Neque enim juvat immemorialis possessio sive detentio; quæ nulla dari potest in Laico: nisi tribus casibus supra recensitis: quique ante omnia doceri debent. *c. 2. de restit. spoliat. in 6. Joan. Monachus & Archidiac. test. Panorm. in d. c. cum Apostolica. num. 12. Canis. d. loco num. 9. vers. Ego hac in re.*

Posteriori modo, hoc est, pro *ipsa perceptione*, seu ipsius fru- 84
ctibus; qui decimarum nomine capiuntur, si sumatur Decima, erit res temporalis, eò quid in rebus temporalibus consistit, quas res constat ad hominis alimoniam ordinari. Et sic in Laicos cadere, *c. 2. de locato. Gloss. in c. quamvis. 17. hic;* & ad vitam aliudve tempus, accedente maximè Superioris auctoritate, eis concedi potest; ita ut nomine & titulo Ecclesiæ possideant. Eamque sententiam Doctores frequen-

tiori calculo admittunt. *Cardin. in d. c. cum Apoſtolicæ: col. 4. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Abb. in c. ad hæc. & d. c. quamvis. h. t. Baldus l. ſi uſusfructus. ff. de jure dot. Covarruv. d. loc. verſ. tertio hinc apparet. Tyraquel. de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 7. num. 11. Rebuff. d. tract. quæſt. 10. num. 34.*

85 Sed & decimarum fructus laicis elocari poſſe, extra controverſiam eſt, *d. c. 2. de locato & ibi Butr. Imola. Ananias, Abbas, & Gloſſ. Abbas, Ananias, & cæteri in c. querelam. Ne Prælat. vices ſuas. Roman. conſ. 266. Decius in c. 2. num. 14. & Ripa num. 115. de jud. Covarruv. d. loc. verſ. ſed & Laici* dummodò hæc locatio ſit contracta in tempus modicum, hoc eſt, non porrigatur ad annos decem. *Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. & ibi Gloſſ. & Abbas, Imola, in c. d. c. 2.*

86 Quod autem modicum tempus ita ſit accipiendum, conſtitit facilè ex *d. c. querelam.* quo loco valet conceſſio Eccleſiæ, id eſt, obventionum Eccleſiæ pro cenſu annuo per ſeptennium. Niſi quod hodie ex conſtitutione Pauli II. *in c. un. de reb. Eccleſ. non alien. Ext. com.* Eccleſiaſticarum rerum locatio & conductio ſit coarctata ad triennium: ſcilicet ubi dicta conſtitutio recepta. *Latè Covarruv. var. reſolut. lib. 2. cap. 6. Navarr. in can. non liceat. 12. qu. 2. num. 26. Caniſ. h. t. cap. 13. num. 12.*

87 Non poteſt Laicus transferre decimas in alium Laicum, etiamſi eas poſſideat cum titulo: *d. c. prohibemus. 19. hic.* nec præſcribendi cauſa. *c. dudum. 31. eod. Covarr. d. lib. 1. var. reſol. cap. 9. num. 5. Gutierrez. lib. 1. Quæſt. Civil. qu. 15. Vallenſ. in parat. h. t. §. 5. num. 4. in fin.*

88 Quibus præmiſſis, jam patet decimam priori modo conſideratam competere Clericis.

89 Ex prima enim Eccleſiæ ordinatione debebantur Clericorum cætui in genere, qui Populo adminiſtrabat ſpiritualia, vel in hac adminiſtratione ei adſiſtebat, vel pro populo fundebat preces: Hos enim omnes voluit Eccleſia ex decimis ali: diſtributione relictâ Prælatis, quorum auctoritate dabatur ſingulis, quantum opus erat, tum ex decimis, tum aliis fidelium oblationibus. *can. Epiſcopus. can. percipimus. 12. qu. 4. can. in novo. diſt. 21. Vallenſ. d. loco. §. 6. num. 1. Barboſ. d. lib. 3. Jur. Eccleſ. univ. cap. 26. §. 2. num. 4.*

At

At verò postquam in Ecclesia facta est beneficiorum divisio, singulis Clericis debetur ea portio, quæ titulo cujusque beneficii est attributa & annexa.

Alioquin, sepositâ omni Ecclesiæ assignatione, præcepto & taxatione, ex lege Justitiæ iis solis debentur decimæ, qui animarum curam gerunt, quia jus percipiendi decimas consequitur illud debitum, quo seminantibus spiritualia debentur temporalia. Et ideò etiam his ante omnes, vel ex decimis, vel oblationibus, vel fidelium contributionibus, vel aliis bonis Ecclesiasticis, est providendum.

Hinc postquam Papa Dionysius, distinctis parochiis Ecclesias 90
singulas & proventus earum singulis tribuit Presbyteris: *can. Ecclesias. 13. qu. 1. c. Pastoralis. 9. De his quæ fiunt à Prælat. &c.* quilibet Parochus habet de jure communi intentionem fundatam ad has decimas; ut non teneatur probare eas ad se spectare, postquam jure Parochis sunt attributæ. *c. ànobis 24. c. cum contigat. 29. cum seq. hic. Rebuff. tract. de congrua portione. num. 19. cum seqq. & tract. de decimis. qu. 6. num. 2. Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 14. Rota decis. 135. in fin. & decis. 193. num. 5. in fine. part. 2. recent.* etiam contra Episcopum. *c. fin. de Parochiis.*

Habet quidem Episcopus etiamnum de Jure Communi intentio- 91
nem fundatam super decimas, *sec. c. dudum. hic.* si in ipsius diœcesi parochiæ non sunt distinctæ: *d. c. fin. ubi Gloss. Rebuff. d. tract. qu. 7. num. 9. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. num. 9. Moneta. d. cap. 7. num. 10. Burat. decis. 164. num. 2. Rota. decis. 309. num. 5. part. 2. diversi.* si sic, super eas, non alias, quam quæ vel debentur ipsius Parochiæ: qualis est Ecclesia Cathedralis, cujus, non aliarum Parochiarum respectu, dicitur propriè & immediatè Parochus: *Abbas in d. c. cum contingat. 29. num. 7. Rebuff. d. cap. 7. num. 7. Monet. cap. 7. num. 7. Coccin. decis. 38. num. 1.* vel quæ debentur à prædiis quæ non sunt intra certam parochiam; quia manserunt in parochia Episcopi: *c. quoniam. in fine. & ibi Abb. num. 2. & 4. Gloss. verbo Jure communi. in d. c. cum contingat. Rebuff. d. qu. 7. num. 8. Monet. d. cap. 7. num. 9. Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 15. qu. 9. vers. deinde.* si talis sit consuetudo. *Monet. d. loc. num. 12. Rebuff. qu. 7. d. 13.*

Habet

92 Habet etiam intentionem fundatam ſuper decimas, Capella noviter & legitimè in Parochiam, etiam inter limites alterius Parochiæ erecta. *Abbas num. 8. & Dd. commun. in d. c. cum contingat.* Nec refragantur *can. Eccleſia & can. quicunque. 16. qu. 1.* Quia non procedunt, ubi ſuadente juſta cauſſa ſervatiſque requiſitis fit nova erectio *juxt. term. text. in c. ad audientiam. il. 1. de Eccleſ. ædific. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. prout int. Gloſſ. in d. can. Eccleſiæ. fac. c. ſine unire. de exceſſ. Prælat.*

93 Eſt etiam Eccleſiæ Matrix de jure communi fundatas quoad decimas prædiales ſuæ parochiæ. *Gloſſ. verb. de Jure commun. in d. c. cum contingat. Rebuff. d. tract. qu. 6. num. 12. Suar. d. tract. de religi. ſum. 1. lib. 1. de decima cap. 28.*

Quodſi conſenſit aſſignationi limitum & fundationi Parochiæ, tunc cenſetur decimandi jus remiſiſſe, una cum aliis juribus parochialibus quoad illam limitum novæ Eccleſiæ aſſignatorum portionem. *Rebuff. de quæſt. 6. num. 20. Monet. d. cap. 7. num. 30. Rota deciſ. 313. num. 6. part. 2. in poſthum. alias p. 4. recent.*

94 Prædiales decimæ debentur Parocho loci, ubi res ſitæ ſunt: *c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. c. cum contingat 29. cum ſeq. c. quoniam. 13. c. cum homines c. cum in tua 30. hic. Rebuff. qu. 6. Rota apud Tamburin. in fine. tom. 3. de Jure. Abbat. deciſ. 98. num. 14.* licet non adminiſtret Sacramenta Domino prædii alicujus, ſi forte is moretur extra Parochiam; Tenetur enim orare Parochus etiam pro illis, qui prædia in ſua parochia habent; ideòque de fructibus provenientibus ex hujuſmodi prædiis debentur eidem decimæ. *Turrecrem. in can. 1. §. ad hæc. 16. qu. 1. Vallenſ. in par. h. t. §. 6. num. 5. Barboſ. d. loco num. 31.*

95 Perſonales, ſi alicubi ſint in uſu, debentur Parocho Eccleſiæ, in qua debitor Sacramenta Eccleſiaſtica per totum annum, *can. quæſti. 16. qu. 1. Rebuff. d. qu. 6 num. 2. vel majorem ejus partem,* percipit, licet alibi lucrum obtigerit. *c. ad apoſtolicæ. 20. verſ. noveris. ibique Abb. num. 2. d. l. fin. de parochiis. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 2. & qu. 6. num. 24. & qu. 13. num. 63. Gutierr. pract. controv. lib. 1. qu. 17. num. 8. Suar. d. tract. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 21. & 22. Monet. d. cap. 7. num. 21. Fagundez. d. præcepto 5. lib. 1. cap. 5. à num. 1. Rota apud Tamburin. in fin.*

Corvinus
De Perſonis
et Benefi. Eccles
G IV.
32

fine tom. 3. de Jure Abbat. decis. 97. num. 3. Basil. Pont. de Sacram. matrim. lib. 5. cap. 13. §. 3. num. 19

96 Si debitor æqualiter in duabus, Ecclesiis divina audiat dividentur hæ decimæ æqualiter, aut alias pro rata temporis. *Rebuff. d. qu. 6. num. 2. Moneta. d. cap. 7. num. 19.*

97 Neque si quis in Monasteriis audiverit divina, aut etiam percepe-rit Sacramenta, ut hodiè fit, ideò illis debentur decimæ personales, sed Ecclesiæ Parochiali; in qua habet domicilium, cum in ea Ecclesia & divina audiri & Sacramenta percipi debeant; *c. 2. de parochiis. c. cum quis. §. 1. de sepultur. in 6.* pariaque sint, vel recipere posse, & per quem stare, quominus recipiat. *l. quod te. 5. ff. de rebus credit.* ut proindè cum per Curatum non stet, quominus recipiat vel audiat, non sit ei imputandum. *l. in jure. 161. ff. de div. reg. jur. Moneta. d. loco, num. 20.*

98 Quodsi quis plura habeat domicilia in diversis parochiis: tunc illi solvet decimas, in qua domicilium habet principale: sin utrumque æque principale, dividentur: *Rebuff. d. tr. qu. 6. num. 5. Suar. d. lib. cap. 21. num. 2. Fagund. d. cap. 3. num. 5.* Sin dubitetur de qua parochia domicilium sit tunc inspicienda est janua seu porta illius principalis *Moneta. d. loc. num. 20.*

99 Quodsi quis mutaverit domicilium, decimæ non debebuntur amplius Curato priori, sed secundo, si in ejus parochia audiantur divina & recipiantur Sacramenta: Sin autem sit dubium de voluntate constituendi domicilium, ibi ubi diutius moratur. *Vallens. d. loco. & §. num. 9.*

100 Ortâ controversiâ inter Ecclesiam Baptismalem & Parochialem; quando ab ea diversa; distinguendum: Prius tamen videndum quæ dicatur Ecclesia *Baptismalis;* quæ *Parochialis.*

Est autem Illa, in qua fons est baptismalis, & Parochiani baptizantur: *Gloss. & Abbas in d. c. cum contingat. 29. hic.* nec potest esse nisi una, cum suis Capellis, in una Parochia: *can. plures 16. qu. 1.* Et licet hæc generaliter sit quoque curata, non tamen necessariò; nec semper: & tunc per *Parochialem* intelligitur illa, quæ est intra fines baptismales posita; sic tamen, ut in ea administrentur Sacramenta: & ab aliquibus Capella, vel Oratorium, vel Succursus appellatur.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

101 Hoc prænotato, dicendum. Quod, licet conſuetudine, conventione & privilegio ſecluſis, regulariter & in dubio decimæ debeantur baptismali: *can. in diœceſi.* 13. *qu.* 3. *can. de decimis. can. ſtatuimus.* 16. *qu.* 1. *Moneta d. loco. num.* 27. diſtinguendum tamen videtur ſic. Aut prædia, de quorum fructibus decimandis agitur, ſita ſunt infra Eccleſiæ baptiſmalis limites, & debentur illi decimæ: Aut ſunt ſita infra limites Eccleſiæ Parochialis, quæ non eſt ſub limitibus Baptiſmalis; & etiam ad iſtam ſpectant decimæ: *Moneta d. loc. num.* 28. Aût Parochialis eſt ſub Baptiſmali, prædia verò ſita ſunt infra limites Parochialis; & diſtinguendum iterum. Vel enim Baptiſmalis erecta fuit in Baptiſmalem poſt Parochialem; ita ut ſub ſe comprehendat Parochialem, tamquam Capellam: & tum Eccleſia Parochialis habebat ſuas decimas antiquas; quia non cenſetur erecta cum præjudicio & incommodo ante erectarum: *contra can. Eccleſia. & can. quicunque* 16. *qu.* 1. Et hæc quidem quoad decimas reales: Nam perſonales videndæ ſunt inter Eccleſiam Baptiſmalem propter Baptiſmum, & Parochialem, propter alia divina: vel Eccleſia Parochialis eſt infra limites Baptiſmalis, conſtatque hanc prius fuiſſe erectam; Et tunc ſi etiam conſtet decimas aſſignatas fuiſſe Parochiali in ejus conſtructione, eidem ſunt debitæ. *Moneta d. loco.* Quodſi dubitetur, utra prius fuerit erecta, tunc Baptiſmalis de jure communi habebit intentionem fundatam. Si verò Baptiſmalis conſenſerit (quod debet facere gratis) aſſignationi limitum & fundationi parochiæ, tum cenſetur remiſiſſe jus decimandi; & alia jura parochialia; quoad illam portionem limitum, qui aſſignati novæ Eccleſiæ: *Moneta d. loco. num.* 30. & 31. *poſt alios & ex eo Vallenſis. d. loco. num.* 13. *Rebuff. d. qu.* 6. *num.* 20.

102 Quod diximus, Parochum loci contra quemvis poſſeſſorem juris decimandi, etiam Epiſcopum, habere ſuam intentionem fundatam; ita procedit, quod non teneatur probare, quo titulo jus decimandi ad ſe pertineat, cum id habeat ex præſcripto Canonum. *Rebuff. d. qu.* 7. *num.* 4. & 5. *per c. à nobis.* 24. & *ibi Butr. num.* 4. *hic. Caniſ. d. loc. cap.* 8. *num.* 2.

Adeò ut, ſi auctoritate propria loci Parochus poſſeſſionem juris decimandi interverterit alteri, ſive, ut vulgò loquamur, ſpoliaverit,

verit, decimas ipse percipiendo; non teneatur ad restitutionem, nisi spoliatus probaverit possessionis *titulum legitimum. c. 2. de restit. spoliat.* Modo Parochus lite vel appellatione pendente hanc spoliationem non intulerit. *Abbas ad d. c. 2. post. Innocent. Hostiens. Joan. Andr. vide Canis. d. loc. cap. 16. per tot.*

Legitimus titulus hic est in alieno Clerico, hoc est, qui non est 103
Parochus loci (De Laicis possessoribus decimarum diximus supra.) vel *consuetudo*, vel *præscriptio*, vel *privilegium*, vel *compromissum*, vel *transactio*. De singulis videndum distinctim.

Dixi; *Consuetudo* vel *Præscriptio;* Differunt enim. *Consuetu-* 104
do inducitur tacito hominum consensu; & sic in communi jus constituit: *l. de quibus. 32. ff. de legib. §. ex non scripto. Inst. de jure Natur. Gent. & Civ.* ut, si subditi alicujus Parochiæ præstent alteri Clerico decimas, Parocho ad id dissimulante vel tenente. *Præscriptio* verò, quando alicui Personæ, vel etiam pluribus conjunctim per possessionem, vel quasi, legitimi temporis jus aliquod acquiritur. *tit. Decret. de præscript. & Cod. de præscript. longi temp. cum aliquot seqq.* Quamvis & interdum Præscriptio accipiatur pro Consuetudine. *ut in c. fin. de præscript. cum simil. latius Balbus tract. de præscript. 1. parte. princ. qu. 10. Rebuff. d. qu. 13. num. 45. Covarruv. in c. possessor. part. 2. §. 3. num. 2. de reg. jur. in 6.*

Quod jus decimandi, parochiali Ecclesiæ ex præscripto Sacro- 105
rum Canonum competens, consuetudine acquiratur alteri Ecclesiæ probant. *c. cum sint homines. 18. & c. ad Apostolicæ. 20. hic.* Consuetudo enim juri communi derogat. *c. ult. de consuet.* & consequenter jus alteri Ecclesiæ competens, transfundit in Ecclesiam aliam. *c. cum dilectus. 8. eod.* Nec enim est ex necessitate juris, ut præcisè Parocho solvantur prædiales decimæ; cum sufficiat eas solvi Deo, in signum universalis dominii, in usum scilicet Clericorum quorumcunque, qui consuetudine aut alio justo titulo nituntur. *c. tua nobis. 20. hic.*

Dum tamen hæc consuetudo, perindè ut & aliæ locorum con- 106
suetudines, sit rationabilis, & legitimè præscripta: *d. c. ult.* qua & alia pleraque Jure Canonico sancita sæpe & regulariter tolluntur. *d. c. ult.*

Quæ rationabilis sit, pendet ex æstimatione judicis. *sec. Panorm.* 107

poſt Hoſtienſ. & Joan. Andr. ad d. c. vlt. Gail. lib. 2. obſerv. 31. num. 12. Quæ enim à jure non ſunt definita, arbitrio Judicis cenſentur relicta *l. 1. in fin. ff. de jure delib. l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. c. fin. de tranſact. c. de cauſſis. 4. in fin. de offic. & pot. judic. deleg.*

Quare & idem dicendum eſt in conſuetudine, quando dici poſſint præſcripta; *vid. l. 1. Cod. quæ ſit longæ conſuet.* id eſt hic 10. ſufficienti Populi conſenſu introducta.

Valet ergò Conſuetudo, ut decimæ unius Eccleſiæ pendantur Eccleſiæ alteri. *d. c. ad Apoſtolicæ 20. hic. & ibi Panorm. Covarruv. d. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 8. verſ. tertiò deducitur.*

108 Idem dicendum de præſcriptione: *c. ad aures. 6. de præſcript.* modò ſit quadragenalis, bonæ fidei & cum titulo; aut ſi hic deſit, immemorialis, hoc eſt, ejus temporis, cujus poſſeſſionis initii memoria non exiſtit. *c. 1. eod. in 6. & ibi Gloſſ. Gemin. Franc. Joan. Andr. Panorm. in c. de quarta. eod. Dynus. in d. c. poſſeſſor. num. 27. de reg. jur. in 6. Covarr. d. lib. & cap. num. 7. Balb. d. tract. in 2. part. 3. princ. qu. 6. num. 10. Caniſ. latè d. loc. cap. 9. Privilegio* Summi Pontificis jus decimandi acquiri eſt indubitatum: cum apud omnes ſit in confeſſo, Eccleſias omnes, omniaque bona & jura Eccleſiaſtica in poteſtate ejus conſiſtere; *c. 2. in princ. de præbend. in 6. c. antiquæ 23. de privileg. can. 1. & 2. diſt. 22.* & idcircò jus decimandi uni Eccleſiæ competens, ejuſdem auctoritate in Eccleſiam vel perſonam aliam poſſe transferri. *c. accedentibus, 15. hic. c. 2. eod. in 6.* Quod & docemur exemplo decimarum inſtendum ante Lateranenſe Concilium conceſſarum *de quibus ſupra.*

109 Permittitur etiam *c. cum Apoſtolica. 7. de his quæ fiunt à Prælato* eo, decimas jure feudi ante Concilium Lateranenſe poſſidenti; eas donare Eccleſiæ cui voluerit, præſertim conventui religioſo, ſed Epiſcopi conſenſu interveniente. Ut &, eodem conſenſu interveniente, nullo legitimo titulo poſſideat, conferre eas in uſum Monachorum & ſervorum Dei: *can. ult. verſ. quamobrem. 16. qu. 1.* abſque eo conſenſu propriæ Eccleſiæ. *Ananias in c. prohibemus. 10. in fin. hic.*

110 Quoad *compromiſſum*, cum jure permiſſum ſit de cauſſa decimali compromittere in arbitros, *d. c. cum Apoſtolica. & ibi Butr. Anan. Imola. Abbas.* unum vel plures. *c. 1. de arbitris.* ſed Clericos, non

Laicos.

Laicos. *c. 2. c. contingit. 8. de judic.* nisi ex auctoritate Judicis Ecclesiastici, simul cum Clerico: *c. per tuas. 9. de arbitris.* Sequitur & ex illorum sententia decimas uni litigantium adjudicari posse, & alteri adimi, sive in totum, sive pro parte: alioqui frustra de eis compromitteretur. *Canis. d. loco. cap. 10. num. 3.*

Transactione etiam decimæ acquiri possunt: *c. 2. c. veniens. 8.* 111
de transact. c. ex multiplici. 3. c. suggestum. 9. hic. ut si de decimis multorum prædiorum sit contentio, & utrimque certa prædia ex consensu mutuo assignentur: Vel, si unius prædii, decimæ sint controversæ, fiat pro parte prædii, vel manipulorum numero, aliave forma, inter partes, prout convenerit, distributio. Accedente tamen, ut transactio sit perpetua, Episcopi aut Pontificis auctoritate. *d. c. veniens. 8. & d. c. 2.* Nec re temporali extrinsecus interveniente. Esset enim tum *Transactio* prohibita. *c. constitutus. 4. c. super eo. 6. c. præterea 10. de transact.*

Possunt etiam Episcopi auctoritate interveniente unius Ecclesiæ 112
decimæ *permutari* cum decimis alterius Ecclesiæ. *c. fin. de rerum permut. arg. à contr. sensu & ibi Henric. Boich.*

Hæc ita de Decimis, quæ hactenus præstitæ illi loco, cui ex prima 113
institutione debentur; sive etiam alteri postea adquisitæ: Videndum nunc de decimis novalium, quæ debentur ex fructibus agri, jam primum ad culturam redacti.

Novale aliter sumitur in *Jure Civili*, aliter in *Jure Canonico.*

Jure Civili; est terra præcisa, vel, ut alii legunt, proscissa, quæ 114
anno cessavit: *l. sylva. 30. §. novalis. ff. de verb. signif.* vel quæ excisâ sylvâ, in formam agri redacta est. *l. 3. in fin. ff. de term. moto.*

De *Jure Canonico;* ager nunc primum præcisus: *c. 1. de verbor.* 115
signif. Vel ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria quod unquam cultus fuerit. *c. quid per novale. 21. eod.*

Quod si ante cultus fuerit, licet non protulerit fructus decimabiles, ad novale non spectat; quia fructus tales non patiuntur fundum jure novalium censeri. Ut si postea ferat fructus decimabiles, decimæ sint præstandæ illi, cui de jure communi vel speciali debentur; cum fructuum mutatio non mutet jus alterius. *Abbas in c. cum in tua. 30. num. 5. & 6. hic.*

116 Debentur verò Decimæ novalium, Eccleſiæ Parochiali, in cujus finibus exſurgunt, & quidem pro modo limitum, ſicut aliæ decimæ. *c. non eſt. 22. c. cum contingat. 24. hic.*

117 Ac proinde ſi novalis ager non ſit unius Parochiæ, ſed inter duas Parochias ſitus; novales decimæ debentur utrique parochiæ, pro ratione limitum: ut ſi, verbi gratia, limites unius parochiæ protendunt ſe ad tres partes novalis, huic tres partes decimarum cedunt, reliqua verò pars quarta alteri parochiæ. *Rebuff. d. tract. qu. 14. num. 4. vers. §. inſula. 22. Inſt. de rer. diviſ. Caniſ. d. loco. cap. 11. §. 4.*

118 Si verò nulli appareant limites, tunc inter eas fiet diviſio: *Bobia. per c. pervenit 5. hic.* vel Epiſcopus, aut ſibi, (cum totius ſuæ dioceſeos ſit Parochus; *c. pen. circa princ. de donation.*) aut alteri Eccleſiæ cui volet, eas decimas aſſignabit. *c. quoniam. 13. hic. Caniſ. d. loc. num. 12. Vallenſ. in par. h. t. §. 9. num. 3. Rebuff. d. qu. 14. num. 4. Barboſ. d. loc. num. 20.*

119 Nec privilegium, alicui etiam Clerico vel Monaſterio de decima in aliena parochia percipiendis, conceſſum, comprehendit novalium: *d. c. cum contingat 29.* niſi & has ad ſe pertinere doceat. *Rebuff. d. qu. 14. num. 13.* Si quidem hæc conceſſio, cum odioſa ſit & Eccleſiaſticis juribus præjudicans, reſtringi potius, quàm dilatari debet. *c. tua. 25. §. fin. hic. c. ne aliqui. de privileg. in 6. junctò c. odia. de reg. jur. in 6. c. olim de verb. ſi quis. fac. Cleric. fin. de reſcript. Vallenſ. d. loco. num. 3. Covarr. d. cap. 17. num. 13. Rebuff. d. qu. 16. num. 24. Zæſ. Comm. in Decret. ad h. tit. num. 56.*

120 Similiter, ſi quis, ſive Clericus, ſive Laicus, ſive Monaſterium, jus decimandi præſcripſerit in aliquo loco, & fiant ibi novalia, eorum decimam, non ipſe, ſed habebit Parochus. *d. c. cum contingat. & ibi Gloſſ. ac Dd. & in c. ult. §. ult. hic. in 6. Covarr. d. loco. num. 13. Rebuff. d. qu. 14. num. 18. & 25. Moneta. d. cap. 4. num. 79. & cap. 5. num. 110. Barboſ. d. loco. num. 58.* Quia præſcriptio in uno prædio, non extenditur ad aliud. *c. cum in tua. 30. hic.* Niſi novalium decimas poſſederit ſine titulo, tempore immemoriali; cum titulo per annos quadraginta; vel niſi præſcripſerit decimam in una parte prædii, & alia pars ſiat novalis

valis. *d. c. cum in tua.* 30. modò scilicet appareat unum esse prædium. *Vallens. d. loco. num.* 5.

Nec etiam Consuetudo, decimas unius loci alteri attribuens, 121
comprehendit decimas novales: sed pertinent ad propriam parochiam. *d. c. cum contingat.* 29. nisi ostendatur caussa, quare & ad eas sit extendenda. *Rebuff. d. qu.* 14. *num.* 29. *Suar. d. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 9. *Zæs. d. loco. num.* 55.

Nec, si decimæ communes sint Laico cum Parocho loci; com- 122
munio illa facit, quominus novalium decimæ competant soli Pastori. Neque enim ista communio mutat rei, aut adquisitionis naturam, quæ tantum restricta ad ea, quæ pro tempore exstabant. *fac. l.* 1. *C. d. si in una. eademq. caussa. Zæs. d. loco. num.* 58.

Præstari debent Decimæ *integrè*, id est, sine seminis diminutione, 123
aut expensarum quæ in servos aut mercenarios, pro colendis agris & colligendis fructibus factæ sunt, destructione. *c. commissum est.* 4. *c. pervenit. & c. cum homines* 7. *c. dilecti filii* 8. *c. non est.* 22. *c. tua nobis.* 26. *c. in aliquibus.* 32. *hic. can.* 4. *quicunq.* 16. *qu.* 7.

Idque si Prædiales decimæ sint, statim fructibus collectis, id est, 124
à solo separatis. *d. c. cum homines* 7. *Zechus de privileg. Eccles. prov.* 120. *num.* 11. *Rebuff. d. tract. qu.* 12. *num.* 1. & 3. *Campan. in divers. Juris Canon. dub.* 12. *cap.* 13. *num.* 160. *Castro Palao tom.* 2. *tract.* 10. *disp. unica. punct.* 8. *num.* 4. licet granum sit cum palea: *Azor. Instit. Moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 24. *qu.* 16. Ita enim fructus dicuntur collecti. *l. si servus.* 27. *§. si olivam. ff. ad leg. Aquil. l. si ejus.* 77. *ff. de rei vindic.*

Unde si mora debitoris decimæ perierint, aut damnum passæ 125
sint, debitorum est periculum: *d. l. cum res.* 49. *§. f. in ff. de legat.* 1. nisi monitus Clericus cui debentur, decimas recipere nolit: tunc enim Clerici culpa sibi ipsi nocet. *l. qui decem.* 72. *ff. de solution.* præterquam si idem Clericus postea decimas repetat, aut acceptare velit. Nam hac specie periculum rursus redit ad ipsum debitorem; cum tunc posterioris, non prioris moræ habeatur ratio. *l. istud.* 17. *ff. de peric. & com. rei vend. l. debitor.* 7. *ff. de usur. Gloss. in d. c. cum homines.*

Volunt communiter Doctores propter *can.* 65. *revertimini.* 16. 126
qu. 1. *& ibi Gloss.* teneri decimarum debitores eas in Clericorum sive Ec-

Eccleſiarum horrea convehere: *Guitier. Canon. controv. lib. 2. cap. 21. num. 23.* Contradicunt Guido Papa. *deciſ. 283.* Adrian. *Quodlibet. 5. art. 1. §. 2.* Sed melius eſt hac in re loci adire conſuetudinem; ei ſtandum. *arg. c. cum ſint homines. 18. & c. cum in aliquibus 32. §. fin. hic. Suarez. de relig. tom. 1. lib. 1. de decimis. cap. 37. num. 7. Fagundez. in præc. decal. præc. 5. lib. 1. cap. 4. num. 12. Caſtro Palao. d. loco. num. 5. Caniſ. d. loco. cap. 7. num. 3.*

127 Perſonales decimæ præſtandæ in finem anni: *ut vult Gloſſa in d. can. revertimini. & ibid. Joan. Andr. Panorm. in c. pervenit. 5. hic.* ne ii ex ſingulis operis ſolverentur decimæ ſtatim, incommodum foret ipſi debitori vel Eccleſiæ: eò quod dici ſoleat: Particularis ſolutio affert ſæpè multa incommoda. *l. plane. 3. ff. famil. erciſc.* De quo tamen non multum laborandum: Cum hæ decimæ, ut jam dictum, videantur paſſim in deſuetudinem abiiſſe. *Caniſ. d. cap. num. 4. Sà verb. decima num. 1. Suar. d. lib. 1. cap. 21. Barboſa. d. loc. num. 27. Zypæus in Not. Jur. Pontif. Novi hoc fit. verſ. decimæ verò.*

128 Contra decimarum debitores nullo judicio eſt opus, ubi res eſt in confeſſo; hoc eſt, debitor decimas ſe debere non negat, nec tergiverſandi cauſſam habet. Proceditur enim contra talem ab executione ſive præcepto Judicis Eccleſiaſtici, per cenſuram eccleſiaſticam; *c. pervenit. 5. cum ſeq. c. ex parte. 21. cum ſq. hic. Clem. 2. de judic.* appellatione etiam remotâ. *c. 3. c. tua. nobis. 26. in fin. hic. Rebuff. d. tract. qu. ult. num. 21. Socin. reg. 40. verſ. fallit. 22. Nicol. de concordia Gloſſar. concord. fallent. 57. num. 39. Petr. Gregor. de appellat. lib. 2. cap. 9. num. 2. Monet. d. tr. cap. 8. à num. 58.* Eò quod juris conſtituti regula ſit; Omnes ad decimarum functionem obligari. *ut ſupra probatum.*

Sed quia fortè econtra Reus præſcriptionis, conſuetudinis, aut aliam exceptionem objicit, atque ideò neceſſariò decurritur ad judicium: diſpiciendum nunc breviter, quid tum facto opus ſit, in conſtituendo & perſequendo hoc judicio.

129 Ut igitur in qualibet re, de qua controvertitur, ſolet duplex inſtitui judicium: unum ratione poſſeſſionis, alterum ratione proprietatis. *l. ordinarii. 13. Cod. de rei vindic. c. ult. de judic. c. 1. & paſſim. de caus. poſſeſſ. & propriet.* unde illud poſſeſſorium judicium dicitur, hoc pe-

toriun

torium: ita & in decimis prædialibus usu venit; ut moveatur quæstio vel *ratione possessionis*, vel *ratione proprietatis*; id est, juris, quo quis contendit decimas ad se pertinere.

Possessorium judicium intentatur tribus ex causis; aut ut *adipi-* 130
scamur possessionem, aut adeptam *retineamus*, aut amissam *recuperemus. §. sequens. 2. Inst. de Interdict. l. 2. §. hæc autem Interdicta. ff. eod. arg. l. quoties. 20. ff. de servitut. l. fin. ff. uti possid.* Hinc judicia adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis.

Possessionem hic intelligimus non veram, quæ est rei corporalis; 131
sed quasi, quæ est rerum incorporalium. Quamvis enim harum nulla propriè sit possessio, tamen usurpatum est, ut & earum simpliciter possessio dicatur *c. olim. 17. de restit. spoliat. l. 1. in fin. verb. possidet. Cod. de servit. & aqua. c. ad aures. 6. de præscript.*

Possessorium adipiscendæ judicium quoad decimas intenditur 132
tum, quando quis decimarum possessionem, quam antè non habuit, sibi acquirere contendit. *Canis. d. loco 18. num. 1. cum seqq.*

Quod in Parocho loci est facilè. Addicitur enim ei statim decimarum possessio, non audito etiam jure alterius: utpote quod jure communi ad eum, non ad alium pertineant decimæ; id est, decimandi jus. *c. 2. de restit. spoliat. in 6.*

Complectitur in libello suo, ad eam consequendam, tantum 133
quod ejus loci, in quo colliguntur fructus, sit Parochus, & idcircò petat sibi adjudicari decimarum possessionem. *Rebuff. d. tract. qu. 9. in princ.*

Quod non est in aliis Clericis, sive Laicis, qui decimarum possessionem non ante acquirunt, quam legitimum titulum probaverint; veluti in Clerico, quod decimandi jus habeat, ex privilegio, præscriptione, vel simili titulo. Item in Laico, quod decimandi jus vel assecutus sit, ex privilegio Summi Pontificis: vel majores sui ante Concilium Lateranense decimas receperint in feudum; & sic in se devolutæ sint. *Canis. d. loc. num. 5.*

In *possessorio retinendæ* narrat Parochus loci vel alius Clericus, se 134
esse in possessione percipiendi decimas, ac proindè se rogare, ut contra turbantem possessionem suam, vel decimas solvere recusantem,

judex ſe tueatur & manuteneat. *Rebuff. d. qu. 9. num. 3. & 4. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remedio 3. num. 134.*

135 In *poſſeſſorio* verò *recuperandæ* poſſeſſionis concludit is qui ſpoliatus eſt, ut in poſſeſſionem priſtinam, quam habuit, reſtituatur *d. c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Eo ſemper obſervato, quod loci Parochus, ſive contra Clericum, ſive contra Laicum ratione poſſeſſionis agat, ſtatim ſine mora ſit admittendus rejecto jure alterius in onus probationis.

136 In *petitorio* judicio; Parochus ſi agat contra prædiorum poſſeſſorem; petet, ſententia judicis declarari & adjudicari ſibi decimas ſui loci; adverſariumque condemnari ad ſolvendas præteritas, & earum ſolutionem continuandam in poſterum: Sin contra eum, qui tantum eſt in poſſeſſione juris decimandi; petet declarari ſibi competere decimandi jus, & alteri imponi ſilentium.

137 Sed qua ratione? Condictione ex canone, quo jus decimandi eſt inductum. *ut tot. tit. hoc.* Cum enim à Jure Canonico nulla actio pro decimis ſit prodita, recurrendum eſt ad condictionem ex canone, inſtar condictionis ex Lege. *l. un. ff. de condict. ex lege.* Quamvis neceſsè non ſit, hanc condictionem ex canone, hoc jure exprimi, ſed ſufficiat in judicio factum perſpicuè proponi. *c. dilectus 6. de judiciis.*

138 Alius Clericus jus decimandi prætendens aliquo legitimo titulo: debet prius ſuum jus in judicium deducere, & deinde petere illud ad ſe ſpectare declarari, ſuumque adverſarium, ſive is loci Parochus ſit ſive Clericus alius, condemnari, ut à perceptione decimarum deſiſtat.

139 Poteſt & utrumque judicium, in eodem libello ſive narratione, cumulari & proponi, prout actori fuerit viſum. *c. 2. & 3. paſſim de cauſ. proceſſ. & propriet.*

140 Judicium autem de decimis eſt ſummarium, hoc eſt, in eo de plano & ſine figura judicii proceditur, *Clem. 2. de judic. Moneta d. cap. 1. num. 41. Piaſec. in praxi Epiſc. part. 2. cap. 4. num. 59. in princ.* abſque omni juris ſolemnitate; *Card. ad d. Clem. 2. num. 28. & Imol. num. 7.* excepto eo, quod ſententia definitiva feratur in ſcriptis: *Clem. ſæpe de verb. ſignif.* ſi quidem vel inter Clericos agatur, quibus de Jure debentur decimæ, & eos qui ſolvere debent: *d. Clem. Moneta. & Piaſec. ll. cc.* vel inter duas Eccleſias ſuper jure percipiendi decimas: *Melocis.* Vel inter

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

ranta de ordine judicior. part. 4. dist. 4. num. 179. Zerola in praxi Episcopi, part. 1. verb. decima. vers. ad sextum. Moneta d. cap. 8. num. 43. Sin verò agatur inter Laicos, tunc judicium non est summarium, nec habet locum d. Clem. 2. *Moneta d. cap. 8. num. 43.*

Decimarum controversiæ in petitorio, ubi quæstio juris est etiam 141
incidens; spectat ad Judicem Ecclesiasticum; ut & reliquæ caussæ Ecclesiasticæ, præsertim spirituales. *c. 2. de judic.* At decimandi jus est spirituale. *c. fin. de rer. permut. c. tua. 25. in princ. hic.* Ad judicem verò secularem solum, ubi quæstio est meri facti; an nimirum talis perceperit, vel solverit, seu etiam an percipiat, seu solvat decimas, ad effectum quoque, ut is, de quo non dubitatur, an jure solvere debeat decimas, cui solvere Ecclesiæ ejusve Rectori cogatur, vel quia agitur contra detentorem fructuum decimandorum. *Covarruv. Quæst. pract. cap. 35. num. 2. Rebuff. qu. 10. à num. 35. & de except. num. 213. cum seqq. Zerola d. part. 1. verbo decimæ. num. 6. Piasec. d. part. 2. cap. 4. num. 59. in princ. Gratian. discept. forens. cap. 238. num. 16. Græv. ad practic. Camer. Imper. lib. 1. concl. 38. aliiq. alleg. per Barbos. d. lib. & cap. §. 4. num. 1.*

De decimis tamen secularibus in feudum datis, & controversis, cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus. *Federic. de Senis cons. 245. num. 1. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 39. qu. 3. Moneta d. cap. 8. qu. 1. num. 15. Fagundez. d. præc. 5. lib. 3. cap. 5. num. 5. Barbosa d. loco.*

Possessorium de decimis Judicium exercendum, non minus co- 142
ram Judice seculari, quàm Ecclesiastico: cum hæc res sit utriusque fori; siquidem agatur contra Laicum: *arg. c. 2. de jurejur. in 6. c. fin. de foro compet. in 6.* Sin contra Clericum, coram judice Ecclesiastico. *c. si diligenti. 12. eod. Auth. statuimus. Cod. de Episc. & Cleric. Canis. d. loco. num. 16.*

De decimis ex privilegio Summi Pontificis Laico concessis co- 143
gnoscit Judex Laicus; *Rebuff. d. tract. qu. 10. num. 39. Covarr. pract. quæst. cap. 3. num. 2. vers. 3.* Quia censentur in dubio naturam spiritualitatis, auctoritate Pontificis exuisse.

Idem & in conductore decimarum, ut hic quoque ratione mer- 144
cedis rectè conveniatur coram Judice seculari. *Covarruv. d. cap. 35.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

num. 2. verſ. Quintus. Quia hoc in caſu non de jure decimandi agitur, cujus nequidem poſſeſſio in Conductorem tranſit: *l. 2. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. quamvis. 32. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. officium. 9. ff. de rei vind.* ſed tantummodò actione locati, propter commoditatem fructuum à conductore perceptorum. *c. 2. de locato cond.*

Idem ſervandum in venditis fructibus, ut & in his Judex adeatur Laicus, ob eandem rationem. *Caniſ. d. loco. num. 17. & 18.*

145 Reſtat, ut de *pœnis* detinentium vel non ſolventium decimas videamus. Quemadmodum enim detinentes tributa multis afficiuntur pœnis; *ut in can. ſi tributum. 11. qu. 1. tot. tit. Cod. ſine cenſu vel reliqua fundum comparari non poſſe. & tit. Cod. de annon. & tribut.* ita etiam non ſolventes aut detinentes decimas, quæ ſunt egentium animarum tributa. *can. decimæ. 16. qu. 1. c. tua. 26. hic.*

Ac *primò:* Tanquam configentes Deum, humano more loquendo, *can. revertimini 16. qu. 2.* divini judicii animadverſione digni cenſentur. *c. quamvis. 17. hic.*

Secundò: Semper in fame & penuria erunt maledicti: *can. admonemus. 16. qu. 2. can. majores. 16. qu. 7.*

Tertiò: Mortem æternam incurrunt. *d. can. decimæ.*

Quartò: Ad decimam revocabuntur: *d. c. decimæ.* id eſt, tantum decima eis remanebit; aut dæmonibus, qui ſunt decima pars Angelorum, aſſociabuntur. *Gloſſ. ad d. can. decimæ.* impiisque dabunt militibus, quod nolunt dare Sacerdotibus. *d. c. decimæ.*

Quintò: Rapinam, *Gloſſ. in d. can. decimæ,* imò ſacrilegium committunt. *can. fin. 16. qu. 1. can. quisquis. 16. qu. 4. can. decimas. 16. qu. 7.*

Sextò: Excommunicari, præmiſsâ tamen monitione: *Monet. d. qu. 8. num. 69. Azor. d. part. 1. lib. 7. cap. 24. qu. 17. Suar. d. lib. 1. cap. 37.* poſſunt & debent: *can. omnes decimæ. 16. qu. 1. c. pervenit. c. ad hæc. c. ex parte. cl. 1. c. tua nobis: c. ſi aliquibus. hic. Clem. 2. de judic. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 12. Molina de Juſt. & Jure. tract. 2. diſp. 756. num. 6. Moneta d. qu. 8. num. 64.*

Septimò: Ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione, ſi poſſunt, *Navar. in man. cap. 17. num. 59. Valerian. de different. utrumque forum. verb. abſolutio. diffic. 5. num. 5.* ſequutâ, non abſolvuntur: *Sanch. in pra-*

præcepta Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 19. Navar. singular. juris Canon. concl. 6.

Octavò : Ecclesiastica sepultura privantur. *c. prohibemus. ubi Gloss. & Abbas & alii. hic Rebuff. d. tr. qu. ult. num. 15. Andr. Hispan. in reg. decimarum quæst. 2. num. 8. Lavor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 12. num. 48.*

De pœnis Religiosorum gravantium vel fraudantium Ecclesias circa decimas videatur *Clem. 1. de decimis.*

TITULUS VII.

De Primitiis.

SUMMARIA.

1. *Decimis affines sunt Primitiæ.*
2. *Quæ illæ.*
3. *Solverunt eas Ethnici.*
4. *Judæi.*
5. *Ter in anno.*
6. *Cur.*
7. *Probatæ per Sacros Canones.*
8. *Fuere in veteri testamento Juris Divini.*
9. *An in Novo?*
10. *Quibus casibus?*
11. *Earum quantitas nulla Lege definita. Hodie consuetudo loci attenditur.*
12. *Vel vicinioris.*
13. *Quibus solvendæ.*
14. *Quando earum solutionem teneatur acceptare Parochus.*
15. *Usu sublatæ.*
16. *Mittebantur in veteri Ecclesia in gazophylacium.*
17. *Decimarum, Primitiarum & Oblationum non una fuit distributio.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

1 DEcimis, de quibus præcedenti titulo fuſius egimus, affines ſunt *Primitiæ*.

2 Sunt Eæ primæ fructuum obventiones, Domino offerendæ, *Exod.* 22. antequam uſibus noſtris ſecundæ deputentur. *c. cauſa Carpenſis.* 13. *de verb. ſignif.*

3 Fuit hæc olim, & etiamnum inter bonos eſt religio: beneficum & rerum omnium largitorem Deum, munere aliquo primo, honore ut Dominum, & venerari ut Deum. Nec tantum apud eos, qui veri Dei habuerunt notitiam, ſed & apud Ethnicos jure naturæ & divino ſolutæ, & etiamnum ſolvuntur, *Primitiæ*: ſeu, & rectius, *Prometiæ cum Verrio Flacco;* quaſi primæ meſſes, quæ prælibationis gratiâ ante metabantur.

Priſci Romani, teſte Plinio, *lib.* 18. *hiſtor. natural. cap.* 2. non guſtabant vina, aut novas fruges, priuſquam Sacerdotes Diis libaſſent Primitias. Virgilius 1. Geog. *Terque novas circum felix eas hoſtia fruges.* Gentiles alii primitias vovebant Veſtæ: *Euſtathius ad Odyſſ.* 8. Cereri, *Idem ad Iliad.* 1. Apollini, *Pauſanias in Bœoticis. & Atticis.* Solus Epicurus nec litabat Diis, nec offerebat primitias. *Athenæus lib.* 4. Porphyrius quoque notat libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *de abſtinentia animal.* frugum primitias ex omni antiquitate Deo fuiſſe oblatas. Cain obtulit de fructibus terræ munera Deo, & Abel de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum. *Geneſ.* 4.

4 Solvebantur in veteri Teſtamento, non minus ex præcepto, quam Decimæ: Exod. 22. verſ. 29. *Decimas & Primitias non tardabis reddere.* Et cap. 23. verſ. 19. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.* Exod. 13. verſ. 12. *Separabis omne quod aperit vulvam, Domino, & quod primitivum eſt in pecoribus tuis: &c.* Et verſ. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Iſrael, tam de hominibus, quàm de jumentis; mea ſunt enim omnia.* Proverb. 3. verſ. *Honora Dominum de ſubſtantia tua, & de primitiis omnium frugum tuarum da Ei.* Et Deut. cap. 26. jubetur, ut Sacerdotibus & Levitis deferantur primitiæ, in conſpectu Domini, Sicut & lib. Numeri cap. 5. verſ. 9. *Omnes primitiæ, quas offerunt filii Iſrael, ad Sacerdotem pertinent, & quicquid in Sanctuarium offertur à ſingulis, & ra-*

& traditur manibus Sacerdotis, ipſius erit. Et Malachiæ *cap. 3. verſ. 8.* conqueritur Deus de Judæis ob non ſolutas decimas & primitias.

Offerebantur Deo ter in anno; In Paſchate de novis granis: In Pentecoſte de novis panibus, & in Septembri de vino, & aliis illius temporis fructibus. 5

Introductæ, partim in ſignum rei jam factæ; ſcilicet liberationis ab Ægypto, per interfectionem primogenitorum: ſalvatis primogenitis Iſrael: *Exod.* 13. partim in ſignum rei faciendæ; ut ſcilicet operum noſtrorum initium attribuamus Deo, omnium bonorum auctori: partim in ſignum futuri; id eſt, recuperandæ cæleſtis hereditatis amiſſæ, quæ eſt primogenitorum propria. *Aſtenſ. lib. 6. art. 8. de decimis. Leo in theſauro fori Eccleſ. parte 2. cap. 13. num. 5.* Offerebantur etiam in divini beneficii recognitionem, *Deut. cap. 25. 1. Paralip. cap. ult. D. Thomas. in 2. 2. qu. 86. art. 4. in reſponſ.* 6

Has & Sacri Canones poſtea probarunt, & ſecuti ſunt: *in can. moderamine. 23. can. doctos. 21. can. revertimini. 65. cauſ. 16. qu. 1. Gregorius VII.* In Concilio Lateranenſi: *Oportet autem congruentius,* inquit, *nos decimas & primitias, quas jure Sacerdotum eſſe ſancimus, ab omni populo accipere. refert. in can. 1. cauſ. 16. qu. 1.* Quo fit, ut primitiæ numerentur in Eccleſiarum bonis. *c. cauſa. 13. de verb. ſignif.* 7

Fuere de Jure veteris Teſtamenti juris divini: ut probant ſupradicta loca: Neque adverſatur alius locus, quam Exodi cap. 25. *Loquere filiis Iſrael, ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui affert ultroneus, accipietis eas.* quaſi primitiæ non fuerint præcepti, ſed conſilii, ſeu arbitrariæ. Sed reſpondetur primitiarum nomine in dicto textu accipi ea, quæ populus ad tabernaculi fabricas & ornatum offerebat. *Azor. Inſt. moral. part. 1. lib. 7. cap. 27.* 8

Utcunque id ſit, certum eſt hoc veteris Teſtamenti præceptum, ut & præcepta cætera, per Chriſti mortem eſſe abolitum. *vide ſupra.* 9

Nihilominus putant aliqui, *ut Rebuff. tract. de decimis. qu. 1. num. 21. cum ſeqq. Leo; d. loco. num. 6.* primitias adhuc hodie eſſe juris divini: ſeu potius juris Naturalis; quia illæ in compenſationem ſive recognitionem beneficiorum à Deo receptorum præſtantur. At Naturale

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

turale Jus dictat ſe gratum præbere oportere ei, à quo accipimus beneficium: *Bart. in l. hoc jure. num.* 1. *ff. de Juſt. & Jure. can. Chriſtiana* 11. *qu.* 2. Quod & exiſtimat Soto *lib.* 9. *de Juſt. qu.* 3. *art.* 4. D. Thomas verò, 2. 2. *qu.* 86. *art.* 4. ut eum allegat & ſequitur Azor. *t. cap.* 27. *verſ. quintò quæritur.* Primitias vult eſſe partim juris Naturalis, partim juris Canonici. *Quemadmodum enim*, ait, *decima jure Naturali debetur & ſolvitur, quandocunque neceſſaria eſt ad commodum Parochi victum, vel ad profitendum ſupremum Dei in res omnes dominatum & imperium; ſecus verò, non naturali, ſed Pontificio jure debetur; ita etiam Primitiæ, quatenus ſunt ad uſum ſacrum & honorem, ad cultum divinum, naturali jure ſolvuntur; ſecus verò jure tantum Pontificio.* Haec Azorius *d. cap.* 27. Idem Gregorius de Valentia. *Comment. Theologic. tom.* 3. *diſput.* 6. *qu.* 6. *punct.* 4. *in fin.* ſed paulo aliter, his verbis: *Primitiæ non ex aliquo naturali aut divino præcepto, hoc quidem tempore offerri debent (cum his præceptis ſatisfiat ſuſtentando quocumque modo ſufficienter miniſtros, & offerendo qualescunque alias res externas in honorem Dei) ſed ex decreto Eccleſiæ, juxta receptam locorum conſuetudinem & neceſſitatem miniſtrorum Eccleſiæ.*

10 Sunt ergò primitiæ, duobus caſibus de præcepto; ſi conſuetudo ſit ſolvendi; & ſi Miniſtri Eccleſiæ, indigeant, *can. præter hoc. §. 2. diſt.* 32. *Graffis. deciſ. aurear. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 4. *Leo d. loc. num.* 8. *Suar. de relig. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. *Carat. in prax. de Jurib. Paroch. tit.* 4. *cap.* 3. & eas petant. *Ang. de Clavaſio in ſummam verb. primitiæ. num.* 1.

Sed ſi conſuetudo ſit immemorialis, non ſolvendi eas, peccant non poſſunt. *Henric. Bohic. in c.* 1. *in fin. de decim. Sylveſt. in ſum. verb. decima. num.* 2. *Rebuff. tract. de decim. qu.* 1. *num.* 21.

11 Primitiarum quantitas, nec lege veteri, nec Eccleſiaſtica eſt definita. In lege veteri ex traditione Magiſtrorum inoleverat, ad coercendam Sacerdotum iſtorum avaritiam, ut illi qui quadrageſimam ſolverent partem, dicerentur præſtare maximam: qui ſexageſimam partem minimam: cæteræ partes mediæ offerentium arbitrio erant relictæ. *c.* 1. *de decim. primit. & oblat. Gloſſ. ad can. Eccleſias. verb. primi-*

tias

tias 13. *qu.* 1. In lege Ecclesiastica, ne quidem ulla talis ratio est; sed consuetudinem loci sequimur. *Innoc. d. c.* 1.

12 Quodsi magna sit penuria ejus cui debentur primitiæ, nec sit ibi consuetudo aliqua; loci vicinioris consuetudo, si quæ sit, erit spectanda: *fac. c. cum olim. de consuet.* Si verò vicinorum locorum consuetudines sint diversæ, erit aut eligenda mediocritas, aut quod est minimum, arbitrio solvendis standum. *Boërius decis.* 236. *num.* 3. 4. 5.

13 Cæterum licet primitiæ offerantur Deo tanquam bonorum largitori: *d. can. revertimini.* 65. 16. *qu.* 1. tamen quia Deus suam partem dedit Sacerdotibus & Levitis, divino cultui inservientibus, ideò solvendæ sunt & debentur proprio Parocho aut Clericis, qui pro offerentibus preces fundunt. *can. Ecclesias. §. item cum decimis. c.* 13. *qu.* 1.

14 Primitiarum solutionem non tenetur Parochus statim maturis fructibus acceptare, sed diebus novem debent esse apud matrem, id est, si grana, in spica; *Gloss. in l. stipulatio ista.* 38. *in verb. incertam. ff. de verb. oblig.* si fœtus, animalium, apud matrem; quamdiu periculum est, nè pereant, si ab ea separentur. *Boër. d. decis.* 236. *sub num.* 2. *Oldrad. cons.* 236. *incip. circa præpos. quæst. Petr. Gregor. in syntagm. Jur. Univ. lib.* 11. *cap.* 19. *num.* 4.

15 Putat Azorius. *Inst. moral. d. cap.* 27. usu & consuetudine Primitias magna ex parte esse sublatas, & legem de illis solvendis ferè ubique esse antiquatam; & ubi hujusmodi lex erat, minimè primitias solvi, nisi petantur à Clericis.

16 Primitiæ, in veteri Ecclesia, ut & Oblationes; vel mittebantur in gazophylacium, Arcam vocat Tertullianus. *Apol. cap.* 39. Secretarium Possidius *in vita D. Augustini. cap.* 24. vel etiam apud Præpositum id est, Episcopum, deponebantur, ut est apud Justinum Martyrem *Apol.* 2. scilicet ut disquiri posset, an essent munera digna, vel ob personam offerentium; vel an essent quæsitæ ex justa causa, ut, si proficiscerentur ab impiis, rejicerentur; *can. non est putanda.* 1. *qu.* 1. *can. miror.* 17. *qu.* 4. Petr. Damianus, *epist.* 36. *lib.* 6. *Enimverò dona ab iniquis suscipere, quid aliud est, quam propriam animam ex dantis squalore fædare?* Si dignæ reputabantur offerebantur Sacerdoti per Diaconum. *can. ult. de consecrat. dist.* 1. & primitiæ quidem sæpius ponebantur su-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

per altare, nuſquam oblationes: *Balſamon. ad can. 3. Apoſtol. c. 2. de conſuet. can. Sanctorum. 10. qu. 1.* ſæpius ex eminenti loco vel columna ſuſpendebantur: Sicut olim à Gentilibus factitatum Delphis. Teſte Clemente Alexandrino 1. *Stromat. cap. 1.*

Ὅφρα θεῷ δεκάτην ἀκροθίνιά τε κρεμάσαιμι,
Σταθμῶν ἐκ ταθέων, καὶ κίονας ὑψηλοὺς.

Ut decimamque Deo, primos fructuſque dicemus,
Sedibus ex Sacroſanctis, celſaque columna.

Hæc donaria vocabantur & ἀναθήματα, à verbo ἀναθῆναι, quod eſt, *ſuſpendere;* undè & excommunicatio dicitur anathema.

Solebant Reges Iſrael Victores conſecrare ſua ſpolia, ſuſpendere in templo: ſic Samuel, Saul, David; ut ſcribunt Doctores *in cap. 26. 1. Paralip.* Et Gentiles apud Maxim. Tyrium *cap. 14. diſſert.*

17 Porrò Decimarum, primitiarum, & Oblationum erogatio & diſtributio non erat una: Siquidem Primitiæ & Oblationes initio naſcentis Eccleſiæ, in Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum vertebantur uſum: *d. can. 3. & 4. Apoſtolor.* Decimæ verò dabantur Hypo-Diaconis, & cæteris inferioris ordinis Clericis. *ut conſtat ex conſt. Clementis. cap. 40. lib. 8.*

Quo tempore credendum eſt primitiarum & oblationum conſtitutionem, longè fuiſſe pinguiorem, ſed charitate refrigeſcente evanuerunt, ſolis remanentibus decimis Clero æquè dividendis. *Covar. ad decret. hoc tit. de decim. primit. & oblat. circa fin.*

TITULUS VIII.

De Oblationibus.

SUMMARIA.

1. *Oblationis vox ſumitur varie.*
2. *Propriè ſumta quæ.*
3. *Quot ejus ſpecies.*
4. *Uſus antiquiſſimus.*
5. *Introductus in Lege Gratiæ*

Gratiæ ad imitationem Testamenti Veteris.
6. *Suadet eas D. Augustinus.*
7. *Offerebantur quando.*
8. *An debeantur ex præcepto.*
9. *Non.*
10. *Nisi quatuor casibus.*
11. *Cui cedant. Et quando.*
12. *De quibus Oblationibus participare potest Episcopus.*
13. *Quando ei soli cedant.*
14. *Parochianis oblationes facere nolentibus an denegari possint Sacramenta.*
15. *Ut Oblatio recipi possit, quæ requirantur.*
16. *Quid intelligatur illicitè acquisitum.*
17. *Accipere eas non possunt Laici.*
18. *Non Religiosi.*
19. *Modus offerendi in quibus consistat.*
20. *Quid Gentiles hic servaverint.*

OBlationis vox sumitur vel in *genere*, vel in *specie*; idque aut laxè aut strictè. In *genere* denotat quamvis alicujus rei non petitæ, largitionem spontaneam, sive fiat Deo, sive homini. *c. tuanos. 34. de Simonia.* 1

Laxè comprehendit actiones omnes, per quas quæcunque res ad cultum divinum exhibentur: Et sic sumpta, decimas; *Genes. cap. 28. & Numeri. c. 18.* & primitias, *can. 1. caus. 16. qu. 7. Sylvest. in sum. verb. decima. num. 2.* includit.

Strictè & *propriè* oblationes dicuntur, quæcunque à piis & fidelibus Christianis offeruntur Deo & Ecclesiæ; *can. causa. 19. vers. oblationes. c. cum inter. de verb. signif. Oldrad. cons. 293. in fine. Isidor. Muscon. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 3. cap. 3. Bonac. de legib. qu. ult. punct. ult. num. 3.* sive res sint mobiles, sive immobiles. Nec refert, an legentur testamento, an aliter donentur. *can. qui oblationes. can. Clerici.* 2

rici. 13. qu. 2. can. videntes. 16. verſ. ipſæ eum res. 12. qu. 1. not. in d. c. cauſſa. & d. c. cum inter. Mur. Socin. tract. de oblation. lib. 1. Troil. Salvat. in ſimili tract. ferè per tot. Offerumenta vocabant Veteres, auctore Feſto.

3 Oblationum *tres* ſunt *ſpecies*, ſive modi potius: *Prima*, dicitur donatio rei inter vivos facta Deo & Eccleſiæ: *Secunda*, facta cauſſa mortis, quæ fit pro redemptione animæ, & ſolet Mortuarium appellari *can. indignè. 12. qu. 2. c. officii. c. requiſiſti. de teſtam. Tertia*, Uſualis dicitur, & eſt illa quam faciunt fideles, dum offerunt ad altare, vel ad manum Sacerdotis. *d. c. cauſa. d. c. cum inter. can. quia Sacerdotes. 10. q. 1. Hieron. Carat. in opuſc. de Jurib. Parochial. tit. 3. cap. 3. Rebuff. de decim. qu. 1. num. 27. Leo in Theſauro Fori Eccleſ. part. 2. cap. 13. num. 32. cum ſeqq.* Et hæc ex conſuetudine ſpecialiter *Oblatio* dici ſolet.

4 Oblationum uſus eſt antiquiſſimus: Cœperunt enim tempore Cain & Abel, *Geneſ. 4. verſ. 3. & 4.* vel ſecundum alios, Noe, ut *Geneſ. 8. verſ. 20. Ubi ædificavit Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.* Juſſum Lege Moyſis. *Numeri cap. 6. 7. & 8.* Obſervatæ in Lege Gratiæ: ut teſtatur *ex canonibus Synodi ſextæ*; dum patiter in Altari, vel Eccleſia, tempore Miſſæ, panis, oleum, mel, cera & alia hujuſmodi offerrentur. Et *can. 57. Trullani* vetitum ad Altare offerre Lac & mel. Meminit & horum Oblationum Theodoretus. *lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. cap. 17.*

5 Inductæ ad imitationem Veteris Teſtamenti. Cum enim Exodi *cap. 23.* dictum eſſet: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*; Gregorius VII. *in Synodo Romana.* id traduxit ad Miſſarum oblationes, in *can. Omnis Chriſtianus. de conſecrat. diſt. 1.* ubi ſic inquit: *Omnis Chriſtianus procuret ad Miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſen dixit: Non apparebis in conſpectu meo vacuus.*

6 Oblationes non uno loco ſuadet D. Auguſtinus: ut *ſerm. 224. de tempore.* ubi: *Ante omnia ſecundum vires veſtras eleemoſynam pauperibus exhibete, oblationes quæ in altario conſecrentur, offerte &c.* Et ſerm. ſeq. *Ille bonus Chriſtianus eſt, qui quando ad Eccleſiam venit, & oblationem quæ in altario mittatur, exhibet, &c.* Et idem vel alius quis-

quis

quis est, *serm. 64. ad Fratr. in Eremo: Oblationes per dies dominicos pro vobis & vestris secundum status vestri possibilitatem offerte.*

Laudat Theodosium Theodoretus *lib. 5. histor. cap. 17.* Constantinum Lacapinum *in ejus vita* Cedrenus: quod nunquam in conspectum veniant *vacui & sine munere.*

Offerebantur post lectionem Evangelii; Concil. Valentin. Hispan. *can. 1.* & sine eis ad communionem sacram non accedebant. *Dadinus Altaser. dissert. Jur. Canon. lib. 13. cap. 2.* 7

Eas Εὐλογίας, *benedictiones*, vocat Synod. Laodicena *can. 32.*

Unde hic incidit quæstio; An ad hujusmodi oblationes Missales obligemur ex præcepto? Et magis est, quod non; eò quòd præceptum sit Testamenti Veteris cæremoniale; *Cardin. cons. 6. ad fin. de relig. domib. Fumus in Armill. verb. oblatio. num. 3. Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 7. num. 11. Gutier. canon. controv. lib. 2. cap. 21. num. 153.* quod utique per mortem Christi est sublatum. *Fac. c. un. de purific. post partum. ut supra dictum. Caniſ. ad tit. de decimis & c. cap. 19. n. 9.* Nec moveat nos dicta Gregorii VII. *in d. c. Omnis Christianus.* constitutio. Quæ usu populi non recepta, ut necesse est in qualibet constitutione; quæ ante non ligat, quam moribus utentium sit approbata; *can. in istis. §. leges. cum can. seq. dist. 4.* vel saltem abiit in desuetudinem. 8

Quare securè tenendum est, oblationes non deberi ex præcepto: cum etiam id in sacris canonibus nusquam appareat. *Barbos. lib. 3. Jur. Eccles. Univ. cap. 23. num. 9. Lessius de Inst. & Jure. lib. 2. cap. 39. dub. 6. num. 34. Suarez. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 5. num. 2. Gabr. Pereria de manu Regia part. 1. cap. 15. num. 1. Vallens. in parat. tit. de decim. §. 1. num. 4. Zæs. d. tit. num. 65.* 9

Quatuor tamen casibus, *enumeratis à D. Thoma 2. 2. quæst. 86. art. 1. Hieron. Carat. in opusc. de jurib. Parochiæ. tit. 3. cap. 4. Aloys. Riccio in praxi. part. 4. resp. 295. num. Vallens. d. loco. Leone in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 13. num. 14. cum seqq.* limitatur dicta resolutio. 10

Primus est; Cum debentur per modum census, pensionis, aut conventionis antea factæ cum Ecclesia. *can. oblationes. 13. qu. 2. Angel. in sum. verb. oblatio. num. 1. Grilenz. in. cons. 167. num. 28. Barbos. d. loco. n. 10.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

Secundus; Cum debentur ex teſtamento, legato, donatione, voto, &c. *c. nulli. 12. qu. 2. c. ult. 13. qu. 2. d. can. oblationes. Rebuff. de decimis. d. qu. 1. num. 24. Fr. Philip. de la Cruz de decim. fol. 107. Abb. in rubr. de decim. num. 3. Leo d. loco. num. 18.*

Tertius; Si Miniſtri Eccleſiæ egeant: nec enim tenentur ſuis ſtipendiis militare, ſed qui altari ſervit, de altari vivere debet. *D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 9. c. cum ex officiis. de præſcript. Felin. in c. venerus. num. 3. de teſtam. Soto de Juſt. & Jure. lib. 9. qu. 3. art. 1. Gutier. dict. lib. & cap. num. 139. Leo d. loc. num. 16.*

Quartus; Quando viget conſuetudo decennalis, *Abb. inc. ſuper nobis. n. 9. de Simonia. Caſſad. deciſ. un. n. 5. de conſuet. Covar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 3. Navar. man. cap. 13. num. 19. Azor. & Suar. d. loc. Perez. de Lata de anniverſar. & Capellan. cap. 12. num. 21.* conſuetudo. Quia conſuetudines laudabiles ſervandæ. *c. ad apoſtolicam. §. quapropter. de Simonia. c. quamvis. de decimis. Abbas in rubr. de Paroch. num. 3. verſ. quartus caſus. Covarruv. var. reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 3. Rebuff. d. loc. num. 24.*

Quæ conſuetudo, licet à principio ſit voluntaria, & minimè obligatoria, ſenſim tamen vim legis accipit, & obligat: quia eſt acceptata, & præſcripta ut obligatoria. *Gutierr. d. lib. & cap. num. 140. Azor. d. lib. 8. cap. 30. aliàs 27. qu. 12. Leſſ. de Juſt. & Jure. lib. 2. cap. 39. dub. 8. num. 34. Suar. d. cap. 5. num. 12.*

11 *Oblationes* ſi fiant in Eccleſia Parochiali, cedunt Parocho: ſi in alia Eccleſia Prælato illius: *can. quia Sacerdotes. 13. can. Sanctorum. 14. cauſ. 10. qu. 1.* Similiter ſi fiant Capellæ intra Parochiæ limites, cedunt Parocho, non Sacerdoti Capellæ: *Abb. in c. Paſtoralis. num. 2. de his quæ fiunt à Præl. & Azor. l. Inſt. Moral. lib. 7. cap. 27. qu. 13. Felin. in c. dilectus. num. 1. de offic. Ordin. Socin. de oblat. libelli. qu. 18. in fin. Troil. Malvet. de oblat. dub. 4. num. 29. Socin. de oblat. d. lib. 18. num. 9. & 10. Rebuff. de decim. qu. 1. num. 29. Ripa. de oblat. Eccleſ. reſpon. 1. num. 2. cum ſeq.* Etiamſi in Capella erecta ſint diſtincta officia. *Abb. in d. c. paſtoralis. num. 2. Socin. d. loc. num. 10. Fuſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 14. num. 12. Malvet. d. dub. num. 29. Rota deciſ. 308. num. 2. part. 2. recent.*

Idem

Idem dicendum, si fiunt oblationes imagini depictæ in pariete domus alicujus personæ privatæ, intra parochiam sitæ. *Curat. d. tit. 3. cap. 11. Barbos. d. loco num. 26. Vallens. d. loc. §. 2. num. 2. Abb. d. loco. Rebuff. qu. 2. num. 29. Leo d. loco. num. 26.* Nisi consuetudo introduxerit, ut ad dispositionem *Episcopi spectarent. Vallens. d. loco.*

Ut & si fiant imagini, sive in parochiali, sive extra, intra tamen parochiæ limites positæ. *d. c. pastoralis. & ibi Canonistæ, can. in hanc. 10. qu. 1. c. dilectus. de offic. Ordin. ubi Abb. num. 4. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 76. qu. 13. Decian. cons. 16. lib. 2. Gutier. Canon. Quæst. lib. 2. cap. 21. num. 62. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de bonis Cleric. §. 3. num. 3. & 6.*

Si fiant imagini extra omnem parochiam positæ, cedunt Episcopo. *Felin. d. loco princ. & num. 3. & Abb. in c. quoniam. num. 1. de decim. Barbos. d. loco. num. 29.*

Si offeratur quid altari seu Capellæ in Ecclesia exsistenti intuitu, non Ecclesiæ, sed ipsius Altaris seu Capellæ, habentis bona distincta, cedit usui Altaris sive Capellæ. *Felin. in d. c. dilectus. num. 2. & 3. de offic. Ord. Piasec. in praxi Episc. 2. part. cap. 5. art. 4. num. 44.*

Cujus verò intuitu aliquid dicatur esse oblatum, judicandum est ex conjecturis. *Vallens. d. loco. num. 3. in fin.*

Sed & de oblationibus, quæ fiunt Ecclesiis, participare potest 12
Episcopus: *can. concessor. 12. qu. 2.* siquidem consuetudo sit talis. Alioquin regulariter habet Parochus intentionem fundatam de jure, supra oblationibus quæ fiunt intra fines parochiæ suæ. *Socin. d. libello 18. qu. 6. Malvet. d. tract. in 4. dub. col. 7. Lauret. de Franchis de controv. int. Episc. & Regul. in var. quæst. qu. 69.* Vel quæ fiunt circa nuptiarum benedictiones, purificationes post partum, in sacramentorum administratione, Missarum celebratione, *can. statuimus. 16. qu. 1. Hostiens. in sum. de Parochis num. 3. vers. & hæc Presbytero. Joan. Andr. in cap. eum qui. num. 3. de præbend. in 6. ubi Anchor. num. 3. Gemin. in §. insuper. num. 9.* etiamsi hæc per alium, & non per Parochum, exercentur; quia per se facere videtur, qui facit per alium. *c. qui facit. de reg. jur. in 6. Piasec. d. part. 2. cap. 5. art. 4. num. 44.*

Si verò Episcopus ipse celebret in Cathedrali vel in Parochiali 13
Eccle-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Eccleſia, vel quæcunque alia, oblationes ei ſoli cedunt. *c. ſuper eo. de parochiis. Hoſtienſ. in Sum. d. tit. num. 2.* Sicut & Archiepiſcopo cedunt, quando celebrat in provincia; niſi conſuetudo ſit in contrarium, aut ibi celebret nimis frequenter. Ubi tamen Epiſcopo in Parochia celebrante oblationes ex conſuetudine percipit Parochus, debetur Epiſcopo canonica portio. *c. conquerente. de offic. Ordin.* Quodſi Epiſcopus vel Archiepiſcopus celebret in locis exemptis, oblationes cedunt ei, qui jus habet Parochiale. *Vallenſ. d. loco. num. 4. verſ. verò.*

14 Nolentibus Parochianis conſuetas facere oblationes, non ideò ſacramenta ſubtrahere debet Parochus, ſed, iis miniſtratis, poteſt implorare Superioris, nempe Epiſcopi officium, ut ſuas obeant partes. *Felin. in c. veniens. il. 1. num. 3. de teſtib. Covar. d. lib. 1. var. reſolut. cap. 27. num. 3. Graff. deciſ. aur. cap. 27. num. 6. Navar. conſ. 2. de decim. Leo d. loco. num. 35.*

15 Sed non omnis *Oblatio* recipi poteſt. Tria, ut Deo ſit grata, requiruntur. *Socin. Panorm. in c. fin. de verbor. ſignif. Primum:* Quod offerens ſit Chriſtianus. Quia Eccleſia ab infidelibus non recipit oblationes; niſi fortè damnum ab eisdem ſit paſſa; pro quo tamen non oblationes, ſed earum recipit æſtimationem: *c. quantò. de uſur.* ſed nec aliquid, quod fuerit oblatum idolo, Eccleſia recipit. *ut eſt in Concil. Eliber. conſtitutum. Secundum:* Ut offeratur Eccleſiæ: nam quod privatæ perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ, offertur, non eſt propriè oblatio, ſed donatio aut eleemoſyna. *Tertium:* Ut res oblata ſit ſcitè & honeſtè acquiſita. *can. immolans. can. ſcriptum. 14. qu. 5. d. c. cauſa. de verb. ſignif. c. quia in omnibus. de uſur. c. ex tranſmiſſa. de decim.* Nam Eccleſ. 38. legitur: *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Quod etiam affirmat D. Auguſtinus *lib. de verb. Dom. ſerm. 35.* & S. Gregorius *in præfat. in Job.* ait: *Victimæ impiorum abominabiles ſunt Deo, vota juſtorum placabilia: neq. enim omnipotentis judicio, quid, ſed à quo detur, inſpicitur: hinc ſcriptum eſt: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain autem, & ad munera ejus non reſpexit.*

Illicitè autem intelligitur acquisitum quicquid ex furto, usuris, 16
vel alio illicito exercitio, aut ex meretricio, est acquisitum. Ideòque Gloss. *verb. dona. in can. 2. dist. 90.* aliqua enumerat personarum genera, quibus prohibitum est offerre oblationes. Nempè 1. Fratrum dissidentium; *can. oblationes. dist. 90.* 2. Pauperes opprimentium; *d. can. 2.* 3. Sacrilegorum; *can. divino. 12. qu. 2.* 4. Servos suos ex Ecclesia, ad quam confugerant, extrahentium; *can. miror. 17. qu. 3.* 5. Raptorum; *c. super. de raptor.* 6. Usurariorum; *c. quia in omnibus de usur.* 7. Pœnitentium publicè; *can. eos quos. de consecrat. dist. 4.* 8. Liberos exheredantium; *can. ult. in princ. 17. qu. 4.* 9. Excommunicatorum; *can. si aliquis. 26. qu. 6. can. Sacerdos. 6. §. pœnitentes. 26. quæst. 7.* 10. Meretricum; *Gloss. d. loco.* 11. Aliena offerentium; *c. causa Carpensis. verb. de propriis. de verb. signif.* Sed & indignum est offerre Deo, quod non dignatur homo accipere. *can. fin. dist. 49.*

Laicis autem interdictum est sub pœna excommunicationis Pa- 17
palis accipere oblationes, vel aliis accipiendas committere. *can. quia Sacerdotes. 13. cum seq. 10. qu. 1. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 15.* &, cum sint earum incapaces, non valet consuetudo in contrarium. *Vallens. d. loco. §. 3. num. 2.*

Sed nec Religiosi eas percipere possunt, nisi de licentia Recto- 18
ris Ecclesiæ, vel per ordinationem Ecclesiæ, vel tanquam altaris ministri, si iis ob id dentur. *vid. can. oblationes. cum duob. seqq. 13. qu. 2. & can. in omnibus. 16. qu. 7.*

Modus offerendi, non in certa quantitate consistit. *can. 28. odi.* 19
24. qu. 1. sed in bona sinceraque offerentis voluntate; *d. can. 28. odi.* in fide Christiana, & charitate. *can. odit Deus. 62. cum can. seq. illi offerunt. 1. qu. 1.*

Quod semel Deo oblatum, ad Laicorum usus non revocandum, 20
nec est retinendum. *can. 3. sunt qui opes. cum can. seq. 17. qu. 4.* Quæ & Gentilibus adfuit religio. Argumentum est, quod scuta suspendebant in templis ἄνευ τῶν ὀχάνων, *sine loris*, ne amplius usui essent. *teste Aristoph. in Equitibus.*

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

TITULUS IX.

De Canonica Portione Epiſcopali.

SUMMARIA.

1. *Canonica portio ex quibus deſumitur.*
2. *Cur ſic dicta.*
3. *Eſt duplex.*
4. *Epiſcopalis ex quibus debetur Epiſcopo.*
5. *Ex quibus Rectori Eccleſiæ: & quibus ex cauſsis.*
6. *Non debetur ſi conſuetudo ſit in contrarium.*
7. *Quantitas in jure non definita.*
8. *Epiſcopi nomine qui hic veniant.*
9. *An Epiſcopo debeatur ex Legato loco exempto relicto.*
10. *Quidſi Eccleſia ſit exempta.*
11. *Quidſi ſit exempta tempore mortis Legantis, non teſtamenti.*
12. *Non detrahitur hæc portio ex relictis pauperibus:*
13. *Confraternitatibus:*
14. *Hoſpitalibus.*
15. *Pro Eccleſiæ ornamentis, &c.*
16. *An ex relictis pro aliis operibus piis ex futuro pendet eventu.*
17. *An ex relictis pro reſtauratione locorum piorum.*
18. *Quidſi inſtauratione non indigeant.*
19. *An ex relictis pro ſubventione eorum quæ ad cultum divinum pertinent.*

20. *Non*

20. *Non ex donatione inter vivos.*
21. *Nec Legato pro maritandis puellis.*
22. *Nec de relictis in subsidium terræ sanctæ.*
23. *Quid de relictis Regularibus.*
24. *Legatum & portionem simul quando possit petere Episcopus.*
25. *Quando Ecclesia suam portionem retrahat.*
26. *Quomodo hæc quarta deducenda.*
27. *Præscribi potest.*

SEquitur de *Canonica portione*, quæ scilicet ex relictis & proventibus Ecclesiis obvenientibus, detrahitur, & Prælatis debetur. *can. 1. cum seq. 10. qu. 3. c. de his. can. decernimus. 10. qu. 1. can. constitutum. 16. qu. 1. Clem. dudum. de sepultur.* 1

Dicta *Canonica c. ult. de testam.* id est, pars à canonibus instituta & approbata. *Sylvest. in Sum. verb. Canonica portio. num. 1. Barbos. de offic. & potest. part. 3. alleg. 86. num. 2.* Aliquando & appellatur Legitima. *c. officii. eod.* 2

Est *duplex: Una* quæ debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ diœceseos: *d. can. de his. cum simil. c. officii. cum seq. de sepultur.* de qua dicimus hoc titulo: *Altera*, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu ipsius Curato & Rectori. De qua tractabimus infra. 3

Canonica portio Episcopalis debetur Episcopo ex omnibus Legatis, relictis quibuscunque Ecclesiis, aut piis locis, intra suam diœcesin existentibus. *d. can. de his. cum seqq. 10. qu. 1. can. vobiscum. cum seqq. 12. q. 2. Lapus de Canonica portione, part. 2. qu. 4. à num. 8. Ubald. de Canonica port. part. 2. cap. 4. qu. 7. in princ.* nec non ex decimis, & ex iis quæ occasione funerum obveniunt Ecclesiis: *c. conquerente. de offic. Ordin. & ibi Gloss. verb. mortuariorum. Gloss. in c. cum olim. de censib.* & denique de omnibus relictis pro anima. *can. Pontifices. 12. qu. 3. c. requisisti. 15. in princ. de testam.* 4

Idque curæ Pastoralis intuitu, sicut etiam Parochialis Ecclesiæ 5

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

Rectori: *c. 1. c. de his. de ſepultur.* tribus potiſſimum ex cauſſis: 1. In recognitionem ſuperioritatis; ſicut cætera jura Epiſcopalia: *de quib. in d. c. conquerente. & c. de quarta. & c. auditis. de præſcription.* 2. Ob communicationem, quæ eſt intra Epiſcopum & Eccleſias ſibi ſubjectas: *d. c. requiſiſti. verſ. ſecus.* 3. Ob curam & pabulum cœleſte, quod impartitur Eccleſiis inferioribus. *c. 1. ibi. cœleſti pabulo. de ſepult. Lapus. tract. num. 1.*

6 Debetur Epiſcopo, niſi contraria conſuetudo, aut quadragenaria obſtet præſcriptio. *c. de quarta. 4. de præſcript. d. c. officii. in fin. de teſtam. Panorm. inc. certificari. de ſepultur. Sylveſt. in Sum. verb. Canonica portio. 2. qu. 1. num. 3. in fin.* Habet enim ſuper ea intentionem de jure communi fundatam. *Seraph. deciſ. 1449 num. 4. Gregor. XV. deciſ. 515. num. Rot. deciſ. 31. num. 5. part. 1. diverſ.*

7 Quantitas ejus, non eſt certò in jure definita; ſec. Felin. *in d. c. quarta. arg. c. certif. can. 9. de ſepultur.* & Abbat. in *c. ult. num. 2. de teſtam.* ad conſuetudinem recurrendum ſec. Gloſſ. *in d. c. ult. verb. conditione. & in d. c. conquerente. verb. mortuariorum.* Certè aliquando eſt pars quarta, nunc tertia; *c. requiſiſti. eod. can. vobis. can. conceſſa. can. Vulturanæ. 12. qu. 2. d. c. conquerente,* quandoque media. *can. antiquum. 10. qu. 1. c. 2. de ſepultur.* juxta diverſarum provinciarum diverſas conſuetudines. *d. c. certificari. 9. d. c. requiſiſti. Covarruv. in c. ult. de teſtam. in princ. Bertachin. de Epiſcopo lib. 4. in 4. part. num. 40. Riccius in praxi aurea. reſol. 209. concl. 5.*

Detrahit illam Epiſcopus, licet teſtator expreſſerit, ſe velle Eccleſiæ, non Epiſcopo eſſe relictum. Quia privata teſtatoris diſpoſitio immutare non poteſt generalem Canonis conſtitutionem. *d. c. requiſiſti. verſ. ſecus autem.*

8 Epiſcopi autem nomine quivis hic venit alius Prælatus inferior in Eccleſia, cui quid relictum Epiſcopalem jurisdictionem habens. Eſt enim hæc canonica portio de lege Jurisdictionis, Epiſcopo jure Epiſcopali debita: *Innoc. in c. 1. de ſtatu Monach.* quod eum habeant hujusmodi Prælati in Eccleſiis ſibi pleno jure ſubjectis, & habere debeant cum connexis & annexis emolumentis omnibus. *Ubald. d. tract. cap. 4. qu. 4. princ. num. 1. verſ. notandum.*

Cum

9 Cum Episcopus neque exigat neque percipiat jura Episcopalia in locis exemptis; *can. luminoso. 18. qu. 2. c. cum Episcopo. 7. de offic. Ordin. in 6. ubi Gloss. verb. exempto.* non debetur ei canonica portio ex legato loco exempto relicto. *Sylvest. in Sum. d. verb. canonica portio. qu. 3. num. 4. Angel. eod. verb. num. 7. Lapus d. tract. qu. 4. Ubald. eod. tract. cap. 4. quæst. 6.*

10 Si verò Ecclesia exempta Capellas vel populum habuerit non exemptum, tenebitur Episcopo ad hanc portionem. *Joan. Andr. in c. in nostro. de sepultur. Lapus d. tr. §. quia. num. 6. vers. secundò quæritur. Ubald. d. c. 4. q. 5. Cochier. de jurisdict. Ordin. in Exemptos. part. 4. qu. 6. num. 5.*

11 Relicto Legato Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subjectæ verò testamenti tempore, distinguendum: Aut utroque tempore, testamenti scilicet & mortis, est exempta, & non debetur Canonico portio: *ob rationem dictam*: Aut subdita est tempore testamenti, exempta verò tempore mortis: & quoque non debetur; Tempus enim considerandum, quo legatum cedit, non quo legatur: *l. post diem. ff. quando dies legat. l. quæ legata. ff. de div. reg. jur. Lapus d. §. quia. num. 12.* Aut est exempta tempore testamenti; subdita verò tempore mortis, & debetur. Mortis enim tempus inspiciendum. *l. si cognatus. ff. de reb. dub. Ubald. d. cap. 4. qu. 7. num. 3.*

12 Sunt præterea quædam relicta extra hujus portionis detractionem: Ut 1. Relicta in genere pauperibus, vel consanguineis intuitu pietatis: *Gloss. verb. decrevi. in c. 2. de sepultur. & verb. Trebellianicæ. in c. si pater. de testam. in 6. Abb. in c. ult. num. 7. eod. Tyraquel. de privileg. piæ causæ. privil. 28. Ubald. d. tract. cap. 5. num. 10. & 11. & cap. 6. num. 15.* Ratio. Quia quando aliquid relinquitur pauperibus in genere, illud relinquitur personis, non autem piis locis: de relictis verò personis non detrahitur quarta Episcopalis. *d. c. requisisti. d. c. ult. de testam. c. ex parte 31. de verb. signif. Joan. Andr. in c. in nostra. 10. de statu Monach.* Nisi relictum esset pauperibus certi loci: Quia tunc legatum videtur factum intuitu pii loci & ipsi loco. *Vallens. in parat. ad decret. lib. 3. tit. 28. de sepultur. §. 6. num. 4. Barbos. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 19. num. 16.*

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

13 2. Relicta Confraternitatibus: *Gloss. in d. c. 2. de sepultur. vers. quis ad declinandam. 49. §. fin. Cod. de Episcop. & Cleric. & ibi Bald. num. 19. Abb. cons. 31. dub. 2. vol. Ubald. d. tr. qu. 14. num. 15. Tyraquel. d. tract. privil. 28. Gutier. commun. dicit. licet. dissent. Canon. quæst. lib. 1. cap. 35. num. 13.* Ratio: Quia de jure quarta tantum præstanda de iis quæ Ecclesiis vel piis locis relicta: *d. c. officii. d. c. ult. de testam.* At constat Confraternitates, quæ nulli Ecclesiæ, Hospitali, Capellæ, aut alii pio loco adhærent seu uniuntur, non esse tales: sed potius repræsentare plurium personarum corpus quoddam fictum. *Barbos. d. loc. num. 19.*

14 3. Relicta Hospitalibus, licet Episcopi auctoritate constructis, & sic locis piis; *sec. c. ad hæc. 4. de relig. domib. l. in tantum. 6. vers. sed autem. ff. de rer. divis.* Quia Episcopi Jurisdictioni non sunt subjecta *per Clem. dudum. §. ultra. de sepultur. Roman. consil. 477. num. 15. & 13. Barbos. d. loc. num. 21.*

15 4. Relicta; pro ornamentis, cereis, Ecclesiæ fabrica, & cæteris ad divinum cultum pertinentibus: *d. c. ult. ubi Abbas. num. 2. Covar. num. 4. Ubald. d. tract. cap. 6. Lapus. eod. tract. p. 2. à num. 24. Zæs. in com. ad decret. tit. de sepult. num. 38.* sive emendis, sive conservandis, sive reemendis. *Leo in Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 14. num. 6. Valasc. cons. 105. ex num. 11. Boët. Epo in comment. ad d. c. requisisti. 15. num. 33. de testam.*

16 5. An autem debeatur ex relictis pro aliis operibus piis ingenere; pendet decisio à futuro eventu: Quia si Executores distribuerint legatum in fabricam, luminaria, Ecclesiæ ornamenta, vel in concernentia cultum divinum, non detrahitur quarta: *Covarruv. in d. c. ult. num. 7. de testam.* Quia distributio, quam faciunt Executores, censetur facta ab ipso testatore. *l. unum ex familia. §. 1. ff. de legat. 1.* secus si in piorum locorum usum non privilegiatum. *Vallens. d. loc. num. 6. vers. an verò. Barbos. d. loco. num. 24.*

17 6. Non debetur de relictis pro restauratione Ecclesiæ Matricis, ædificatione & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum. *per d. c. ult. ibi seu fabrica. de testam. & c. ex parte. 31. ibi. vel ad fabricam. de verb. sign.*

Sed

Sed quid, si Ecclesia &c. de præsenti instauratione non indigeat? 18
Quæstio est dubia. Detrahendam esse portionem resolvunt Covarruv. *in d. c. ult. num. 4. vers. est tamen.* Miranda *in Manud. Prælat. tom. 2. qu. 48. à 3. concl. 1. vers. tertio.* Negant Goffred. Cardinal. Barbat. *in d. c. ult. relati* à Covarr. *d. loco.* Leo *d. cap. 14. num. 8. per can. vobis. 12. qu. 2.* Sed forma Legati est attendenda; *sec. Rotam in Syracusana quartâ. 5 Martii 1586. inpr. per Quarant. in Sum. Bullarii, verb. Quarta Episcopalis.* Verbi gratia: Si testator vult statim, vel in singulos annos aliquid pro Ecclesiæ restauratione solvi, quæ restauratione non indigeat, ut tunc debeatur quarta; non si pro restauratione Ecclesiæ ita legaverit; *Quoties ea indigebit.*

Et ita quoque dicendum de relictis pro subventione luminarium, 19
ornamentorum & aliorum ad cultum divinum pertinentium. Ex his namque non debetur quarta: *d. c. ult.* Si verò usus est indeterminatus, nonque destinatus cultui divino perpetuò, tunc debetur. *d. c. ex parte. id. 3. d. c. requisisti. Vallens. d. loco. num. 6. Barbos. d. loco. num. 25.*

Ad perpetuum cultum divinum Legatum censetur, si relictum, ad faciendum alicujus Sancti festum annuum, vel dicendum annuatim officium in una Capella. *Innoc. in d. c. ult. Leo d. loc. num. 9. Barbosa. d. loco, num. 25. in fin.*

7. Nec debetur hæc quarta ex donatione facta Ecclesiæ inter vi- 20
vos. *c. 4. de sepultur. c. 1. de statu Monachor. Zæs. d. loc. num. 38. Sylvester in Sum. verb. Canonica portio. 4. quæst. 4. Miranda d. quæst. 48. art. 3. concluf. 1. vers. & tandem septimo.*

8. Nec ex Legato pro maritandis duabus puellis singulis annis, 21
vel pro una consanguinea. *Rota dicta. Barbosa d. loc. num. 27. Vallens. d. loco. num. 7. Piasec. prax. Episcop. parte 2. cap. 3. art. 4.* Quia vel sunt pauperes, & constat non deberi quartam, cum legatum sit factum personæ, & non loco; vel non sunt pauperes, & tunc quoque non debetur; cum ob eandem rationem, tum quia tale legatum non dicitur pium. *Vallens. d. loc. num. 7. Barbos. d. loco. num. 27.*

9. Nec de armis, equis, relictis in subsidium terræ sanctæ. *c. in no-* 22
stra. 10. de statu Monachor. Zæs. d. loco. & num.

10. Nec ex Legatis quæ fiunt Regularibus. *Extr. 1. de sepultur.* 23
in

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

in communib. De bonis verò relictis à Clerico inteſtatò, ut & Laico, decedenti, permittitur Epiſcopo retinere quartam, ubi talis eſt conſuetudo. *arg. c. ult. de offic. Ordin. in 6. c. Sancta. junct. Gloſſ. in verbo mortuientium. de ſucceſſ. ab inteſt. Genuenſ. in praxi, cap. 66. Piaſec. d. cap. 5. art. 4. num. 42. Vallenſ. d. loc. num. 8. verſ. ſed & de.*

24 Poteſt Epiſcopus, cui legatum relictum abſolutè, & illud vendicare, & ſimul petere portionem Canonicam: Veniunt enim ex diverſo capite. *Anton. num. 6. Abb. num. 4. Covarr. num. 3. Epo num. 14. d. c. officii. 14. de teſtam.*

Non poteſt, ſi ſub conditione; ut *legato contentus, nil amplius petat*, illudque acceptaverit Epiſcopus. *d. c. officii. verſ. conſultatum. & ibi Dd.* Quia tum videtur debito renuntiaſſe. *d. c. officii. ibi: renuntiaſſe. junct. l. cum ab uno. 55. ff. de legat c. Alexand. in l. ſi cum datem. 23. §. ſi pater. num. 2. ff. ſoluto matrim. Roman. conſ. 79. lib. 2. Socin. jun. conſ. 173. num. 3. lib. 2.*

Nec poteſt, ſi teſtator exprimat, Se non aliter legare, quàm ſub conditione; *Ne Canonicam. portionem exigat Epiſcopus*; Isque legatum acceptaverit. *d. c. officii. ibi non poterit. Barboſ. d. loco num. 30.*

25 Quemadmodum verò Epiſcopo comperit ſua portio, ſi quis relinquatur Eccleſiæ; ita & è converſo, ſi quid fuerit relictum Epiſcopo, ex eo Eccleſia Cathedralis ſuam Canonicam detrahit portionem: nili expreſſerit teſtator, quod velit illud eſſe Epiſcopi tantum, aut præſumatur relictum Epiſcopo intuitu perſonæ, & non Eccleſiæ; relictum, quia à conjuncto ac propinquo relictum. *d. c. requiſiſti. verſ. ſi verò relinquatur.* Aliàs quando relinquitur aliquid Epiſcopo intuitu Eccleſiæ, veluti ab Extraneo, tunc portionem ex eo habebit Parochialis Eccleſia. Quodſi conjunctim Epiſcopo & Eccleſiæ Cathedrali legetur aliquid, de eo inter eos facienda eſt diviſio Canonica: Quemadmodum & ſi illud Epiſcopo, & illud Eccleſiæ relictum ſit: Niſi ſtare malint teſtatoris voluntati & diſpoſitioni: *d. c. requiſiſti. verſ. ſi verò iſtud.* aut teſtator juſſerit Epiſcopum relicto ſuo eſſe contentum. *d. c. offici. Vallenſ. d. loco. num. 3.*

26 Deducenda autem hæc quarta deductis prius oneribus; id eſt, ſolutis debitis, ſi quæ ſunt, & impenſis in pompam funebrem factis, cæteriſque quæ fuerint neceſſaria pro ſervitoribus & miniſtris. *d. c.*

ubi

ult. §. porro. de offic. Ordin. in 6. Piasec. d. loco. num. 42. in fine.

Potest consuetudine, sive præscriptione legitimâ induci, nè quar- 27
ta debeatur Episcopo. *d. c. de quarta. de præscript.*

TITULUS X.

De Cathedratico.

SUMMARIA.

1. *Debetur Episcopo Cathedraticum.*
2. *A quibus.*
3. *Ejus taxa quæ.*
4. *An contra eam currat præscriptio.*
5. *An per Concilium Tridentinum sublatum.*

IN honorem Cathedræ Episcopalis solvitur Episcopo portio 1
quædam, inde *Cathedraticum* dicta: *Gloss. per c. conquerente. de offic. Ordin. Flamin. Paris. tract. de confident. qu. 15. num. 5.* Appellatur & *Synodaticum;* quia in Synodo, singulisannis celebranda, *can. Episcopus. can. annis singulis, dist. 28. can. quando dist. 28. can. Episcopus. 25. qu. 6. c. sicut olim. de accusat.* ab omnibus ad illam vocatis præstari consueta *c. ult. de causs. poss. & propriet.*

Potest eam Episcopus à singulis suæ Diœcesecos Ecclesiis exige- 2
re. *Gloss. in can. quicunque. 16. qu. 6. Paris. cons. 22. num. lib. 4.* non Monasteriis: *can. inter cætera. 10. qu. 3. cum à* lege diœcesana sint exempta. *can. pro utilitate. 16. qu. 1. can. quam sit. 18. qu. 2.*

Distribuebatur in festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini. *c. olim. de censib. Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo Cathedraticum. §. 1. Riccius in praxi aurea. resol. 182 num. 1.*

Erat ejus antiqua taxa solidi duo: *can. 1. causs. 10. qu. 3. Gloss. in* 3
d. c. 10. querente. verb. duos solidos. Surd. cons. 454. num 12. Riccius. d. resol. num. 1. Servanda ea autem consuetudo, *Gloss. in d. can. 1.* si bona

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

& rationabilis. *Zerol. d. loc. Riccius d. num. 1. in fin. Piaſec. in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 2. num. 10. vide Sellium. in ſelect. Canonic. cap. 30. num. 45.*

4 Pro ea tota non currit præſcriptio contra Epiſcopum: *Balb. de præſcript. in 5. parte. qu. 16. Bottæ. de Synodo. part. 3. num. 87. Zerol. d. loco. §. 4.* currit pro parte. *Abb. in c. paſtoralis. de donation. Botta d. tr. part. 2. num. 90.*

5 Non eſt per Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. verſ. intereimque caveat*, ſublata. *Armend. in recop. legum. Navarra. lib. 1. tit. 6. de viſitat. num. 115. Barboſ. de Epiſcopo. part. 3. alleg. 73. num. 44. in fin. & in Apoſtol. deciſ. collect. 137.*

TITULUS XI.

De Quarta Decimationum.

SUMMARIA.

1. *Quarta Decimarum debetur Epiſcopis.*
2. *Ex quo jure.*
3. *A quibus eam exigere poſſunt.*
4. *Quid ſi Rectores ſint negligentes.*
5. *Præſcriptioni in his locus.*

1 EST & alia portio Epiſcopo debita; *Quartam Decimarum* appellant: cum olim Epiſcopi eſſent pauperes, fuit in Concilio Aurelianenſi *cap. 16. relat. in can. antiques. 10. qu. 1.* ſtatutum, ut de oblatis fidelium in Altario, ſibi vindicarent partem dimidiam. Poſtea *eod. Concil. cap. 17. relato in can. 7. de his d. c. & qu.* tantum tertiam: Ut & Concilio Tarraconenſi *cap. 8. relato in can. 10. decernimus. ead. cauſ. & qu.* cum onere tamen fabricæ Eccleſiæ: ex Concilio Toletano XVI. *cap. 4. relato in can. 3. unic. 10. qu. 3.* Tandem eis conceſſa, abſque onere ullo, quarta decimarum Eccleſiarum Paro-

Parochialium omnium. *c. conquerente. 16. de offic. Ordin. c. quoniam. c. dudum. de decim. c. de quarta. de præscript. & ibi Gloss. Hostiens. Joan. Andr. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. decima. §. 10. Leo in Thes. fori Eccles. part. 2. cap. 14. num. 33. Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. de divino cultu cap. 28. num. 9.*

Quæ debetur eis jure proprietatis. *d. c. conquerente. verb. habeas.* 2 *Butrio post Hostiens. & alios in c. cum contingat. num. 9. vers. item quia. de decim. Innocent. in c. requisisti. num. 3. de testam. Tyndar. tract. de decim. num. 2. Monet. eod. tract. cap. 7. conclus. 6. num. 14. in fine.* Proindeque est Legis Diœcesanæ: *Cochier de Jurisdict. Ordinarii in Exemptos. parte 1. quæst. 15. num. 6.* A qua exempta sunt Monasteria; *Cochier. d. part. 1. qu. 16. Barbos. Jur. Eccles. Univers. lib. 3. cap. 20. num. 13. cum seqqq.*

Exigere eam possunt, de Jure communi. *d. c. quoniam. ibi sua* 3 *parte retenta. c. dudum ibi. intentione tua de jure communi fundata, de decimis. d. can. unio. d. c. conquerente. c. fin. de succes. ab intest. Hostiens. Abbas. Cardin. Butrio. Joan. Andr. Anchar. in d. c. de quarta.* à Rectoribus decimas percipientibus: non ipsis Parochianis; qui non Episcopis, sed suis Rectoribus tenentur respondere de decimis. *c. cum contingat. de decimis. c. cum in tua. eod. Castrens. consil. 38. per tot. part. 1. Seraphin. decis. 1149. num. 5.* Nec enim contra eas Episcopi habent intentionem suam fundatam de jure communi. *Ex verb. d. c. conquerente. 16. Tu autem his juribus in præfatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas. &c. Seraphin. d. decis. Gregor. XV. decis. 519. num. 2. Abbas antiquus in d. c. conquerente. num. 5. Abb. Panorm. ibid. num. 3. Card. num. 4. Bellam. num. 12. Castrens. cons. 38. per tot. part. 2. Barbosa d. loco latè à num. 17.*

Rectoribus tamen negligentibus agere, vel nolentibus, aut non 4 valentibus, Episcopi contra Parochianos implorare possunt Judicis Officium Nobile; (quod semper, deficiente actione ad consequendum quod suum est, & compellendum aliquem ad complendum id, ad quod actione constringi non potest; concedi solet. *c. 2. de offic. Judic. l. Quintus. ff. de annuis legat. ubi Bart. num. 1. Surd. de aliment. tit. 3. qu. 3. num. 24. & cons. 528. num. 20.*) & sic eos ad solutionem quar-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

tæ decimarum non exactarum compellere: nè per Rectorum malitiam, aut negligentiam, jus ſuam amittant: *Socin. Jun. conſ. 52. num. 3. lib. 2. Natta conſ. 534. num. 6. Roland. conſ. 1. num. 55. vol. 1.* ipſique Parochiani locupletentur. *Imol. in c. licet cauſam. 23. num. de probat. Felin. in c. ex parte d. 2. num. 18. de offic. Jud. deleg. Nevizan. conſ. 20. num. 24. Barbat. conſ. 6. in fin. lib. 1.*

5 Quæ obtinent, dummodò Quarta Decimarum non fuerit præſcripta. Poteſt enim Rector Eccleſiæ ab impetitione Epiſcopi quadragenaria temporis præſcriptione ſe tueri. *d. c. de quarta. & c. illud. de præſcript. Abb. in conſ. 31. circ. fin. part. 1. & conſ. 26. num. 5. part. 2. Leo. d. loc. num. 33.*

TITULUS XII.

De Charitativo ſubſidio.

SUMMARIA.

1. *Collatio Extraordinaria quæ ab Epiſcopis indicitur, appellatur ſubſidium Charitativum.*
2. *Cur Subſidium.*
3. *Quomodo impetrabant illud Epiſcopi olim.*
4. *Quomodo hodie: An licite.*
5. *Quantitas meritò non definita.*
6. *Qui illud præter Epiſcopos poſſint exigere.*
7. *Non Prælati Epiſcopis inferiores.*
8. *Nec Abbates vel Priores.*
9. *Poteſt Coadjutor.*
10. *Cauſſa exigendi eſſe debet, Et qualis.*
11. *Rationabiles quæ.*
12. *Quoties exigi poſſit.*
13. *Qui ad illud ſolvendum tenentur.*
14. *An monaſteria.*
15. *An hic currat præſcriptio.*

Initia

INdicitur nonnunquam ab Episcopis Collatio Extraordinaria, ἀπὸ τῆς χάριτος nomen habens, quasi *Charisterium* quoddam sponte potius oblatum, quam vectigal vi extortum ac expressum: *c. in parte. de censib. Charitativum Subsidium*, seu *Charitatis auxilium* appellant. *Hostiens. & alii in c. conquerente. de offic. Ordin. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 10. qu. 1. num. 1.* 1

Subsidium rectè; quia sicut Subsidiaria actio non datur, nisi deficiente propria & speciali; *§. fin. Inst. ad leg. Aquil. §. fin. Inst. de Interdict.* ita subsidium Charitativum non petitur, nisi propriæ Ecclesiæ reditus non sufficiant pro oneribus incumbentibus. *Bellencin. tract. de Charitat. subsid. qu. 14. Guido Papa decis. 37. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 9. cap. 14. quæst. 2.* 2

Impetrabant illud olim Episcopi precibus ac suasionibus, non potestate & Imperio indicebant: ut nunc fieri assolet. 3

Episcopi enim, & Prælati Superiores, licitè, ut putant, cogunt data causa, subditos, ad illud; quò suis consulant necessitatibus. *d. c. conquerente. in fin. c. cum Apostolus. 4. §. prohibemus etiam. de censib. & ibi Dd. Bellencin. d. tract. qu. 1. num. 1.* Rationes adferunt: sed fatiscentes. 4

Quantitas ejus, meritò, jure non est definita. *Cardin. in d. c. cum Apostolus. num. 4. vers. septimo quæro. Dominic. in c. felicis. num. 6. de censib. lib. 6. Menoch. de arbitr. casu 178. num. ult.* Nihil facit Extrav. Benedicti XII. incipit, *Vas electionis.* Quia non recepta. *Menoch. d. loc. num. 1.* 5

Exigere, præter *Episcopos*, possunt hoc subsidium: 1. *Papa* ab omnibus Clericis & Ecclesiis. *Bellencin. d. cap. 1. num. 2. Azor. d. lib. 9. cap. 14. qu. 5. in princ.* cùm quia omnium beneficiorum habet administrationem:) *c. 1. de præbend. in 6. Clem. 1. Ut lite pend.* tum quia est, ut volunt, Dominus & Ordinarius Ordinariorum: *videat. tract. noster de Person. Ecclesiast. lib. 1. tit. 3. num. 6.* Nec quem liberat generalis exemptio: *Joan. Andr. in c. cum instantia 16. de censib. Cochier. de jurisdict. Ordinar. in exemptos. part. 4. qu. 7.* Omninò privilegium speciale: *Bellencin. d. tract. qu. 58. num. 3.* Si probetur. *d. c. cum instantia. c. accedentes: de præscript.* 6

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

2. *Cardinales*, ab Eccleſiis titulorum ſuorum: *Monach. in cap. 1. de minor. & obed. in 6. Bellencin. d. tract. qu. 3. Azor. Inſt. Moral. lib. cap. 14. qu. 5. verſ. quæres.* cum in iis habeant jurisdictionem. *vid. tract. noſtr. de perſonis Eccleſiaſt. lib. 1. tit. 4. num. 14.*

3. *Papæ Legatus*, ab Eccleſiis provinciæ ſibi delegatæ: *Bellencin. d. tract. qu. 12. Azor. d. qu. 5. verſ. quid dicendum.* Cum in ea poſſit quæ quilibet Ordinarius. *vid. tract. noſtr. de perſon. Eccleſiaſt. lib. 1. tit. 30. num. 9. verſ. tertiò, quod.*

4. *Patriarcha, Primas & Archiepiſcopus* tantum ab Eccleſiis ſuæ Diœceſis; non aliis ſuæ provinciæ: Quia in Suffraganeorum ſuorum ſubditos, regulariter non exercent jurisdictionem; niſi in caſibus jure expreſſis. *can. conqueſtus. 9. qu. 3. c. duo ſimul. 9. de offic. ord. c. ſicut nunc. 8. in fin. de exceſſ. Prælat. c. 1. in princ. de foro compet. in 6. c. 2. de ſuppl. neglig. Præl. in 6.* Inter quos charitatis exactio non reperitur. *Vid. noſtr. tract. lib. 1. tit. 2. num. 13.* Ergò. *Bellencin. d. tract. qu. 2. num. 1. Azor. d. cap. 17. qu. 5. verſ. ſed dubiæ quæſtionis eſt. Menoch. de arbitr. caſu 178. num. 1. Barboſ. Jur. Eccleſ. Univ. lib. 3. cap. 21. num. 13. cum ſeq.*

7 Non poſſunt hoc ſubſidium exigere Prælati Epiſcopo inferiores ab Eccleſiis ſibi ſubjectis; *d. c. cum Apoſtolus 4. §. prohibemus. verſ. archidiaconi.* citra privilegium vel conſuetudinem. *Archidiac. in can. juxta ſanctionem. 16. qu. 1. Hoſtienſ. & alii. ibid. Abb. in d. c. cum Apoſtolus. num. 6. & Cardin. num. 2. Bellencin. d. tract. qu. 4. Duenas qu. Azor. d. c. 14. qu. 5. verſ. quid dicendum. Tamburin. de jure. Abbat. tom. 3. diſput. 10. qu. 2. num. 1.*

8 Nec Abbates vel Priores ab Eccleſiis ſecularibus, vel Regularibus Monaſteriis ſibi non pleno jure ſubjectis: *Bellencin. d. tract. qu. 5.*

9 Poteſt Coadjutor ſeu Adminiſtrator Epiſcopo vel Eccleſiæ Cathedrali vacanti, datus per Papam. *vot. in c. is cui. de elect. in 6. & in cap. in fin. de ſuppl. neglig. Præl. in 6. Bellencin. d. tract. qu. 8.* Ut & Eccleſiæ Cathedralis Commendatarius perpetuus. *Bellencin. d. tract. qu. 6. Azor. d. nu. 3. verſ. Commendatarius. Tambur. d. diſp. 40. qu. 2. num. 3.* Non Epiſcopi Vicarius generalis; niſi ex ſpeciali mandato. *Bellencin. d. tract. qu. 21. Azor. d. cap. 14. qu. 5. verſ. Vicarius.*

Cauſſa

Caussa exigendi debet esse; eaque *manifesta* &, ne subditi graventur plus, quàm par est; *rationabilis. d. c. cum Apostolus. §. prohibemus. v. sustinemus. d. c. conquerente. fac. c. non minus. 4. vers. quocirca. de immun. Eccles.*

Quæ talis, arbitrio Judicis relinquunt Doctores. *Gloss. in d. c. cum* 10
Apostolus. vers. sustinemus. verb. rationabilis. & ibi Abb. num. 4. Cardinal. num. 2. Anton. num. ult. Card. in Clem. 1. §. 1. num. 4. de excess. Prælat. Bellencin. d. tract. qu. 16. num. 2. Menoch. d. casu. 178. num. 2.

Rationabiles tamen esse causas volunt præcipuè sequentes: 11
Nempe 1. Episcopi consecratio & Bullarum expeditio; *Grammat. decis. 88. Riccius in collect. decis. part. 1. collect. 52.* 2. Debitorum pro Ecclesiæ jure tuendo contractorum exsolutio: *Butr. & Imolin. d. c. conquerente. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 2. num. 11. Azor. d. c. 14. qu. 4. in princ.* 3. Expensæ in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis, factæ: *Azor. d. cap. 14. qu. 4. vers. secunda.* 4. Impensæ in Ecclesiæ fabricam aliamve ejus publicam utilitatem: *Oldrad. cons. 140. Bellencin. d. tract. qu. 19. Tambur. d. disp. 40. qu. 3. num. 5.* 5. Iter ad Papam, Imperatorem seu Regem ob suæ Ecclesiæ vel Diœcesis commune bonum: *Innoc. in c. 1. circa fin. de statu Monach. Bellencin. d. tract. qu. 2. Azor. d. qu. 4. vers. quarta. Menoch. d. casu. 178. num. 9. & 10.* 6. Visitatio liminum Apostolorum: *Bellencin. d. tract. qu. 20. vers. vel quando. Piasec. d. cap. 2. num. 11.* 7. Iter ad Concilium Provinciale: *Bellencin. d. tract. 21. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 5. Piac. d. loco. Tambur. d. disp. 10. qu. 3. num. 7.* 8. Impensæ necessariæ factæ in adventu Imperatoris, Regis vel Principis. *Bellencin. d. qu. 21. Azor. d. cap. 4. vers. septima. Barbos. d. loco à num. 24.* 12

Exigi potest *Charitativum subsidium* toties, quoties rationabilis caussa subest. *Bellenc. d. tract. qu. 23. Azor. d. cap. 14. qu. 8. Remig. de Goner. tract. de charitat. subsid. qu. 32.* 13

Adillud solvendum tenentur; 1. Clerici, ratione tantum suorum beneficiorum, & de eorum fructibus & reditibus; *d. c. conquerente. d. c. cum Apostolus. Navar. cons. 10. in antiqu. Remig. d. tract. qu. 37. cum seq. & qu. 40. & 41. Bellencin. d. qu. 31. num. 1. & 2. & qu. 34. princ. Azor. d. cap. qu. 6.* scilicet si & hi commodum & honestum victum excedant: *Bellencin. d. tract. qu. 30. Quaranta in sum. Bullarii. verb.*

Con-

Concilium Provinciale. num. 8. 2. Penſionarii pro rata penſionis: *fac. tua nobis.* 26. *prope fin. de decim. Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. *verſ. ad hanc. Bellencin. qu.* 37. *Gigas de Penſion. qu.* 38. *Azor. d. cap.* 14. *qu.* 6. *verſ. ſi queras. Barboſ. d. loc. num.* 39. *cum ſeqq.* Niſi ex auctoritate Papæ aſſignata: *Tamburin. d. diſp.* 10. *qu.* 1. *num.* 7. Non Clerici de diſtributionibus quotidianis: cum appellatione fructuum, de quibus ſolvendum ſubſidium, non contineantur. *Bellencin. d. tract. qu.* 76. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 147. *Monet. de diſtribut. quotid. part.* 3. *qu.* 9. *à num.* 19. *Trullench. in Decalog. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 17. *num.* 5. 3. Tenentur Hoſpitalia, ſi auctoritate Epiſcopi fundata ſint, & beneficii titulum habeant; aliàs non: *Bellencin. d. tract. qu.* 38. *Azor. d. cap.* 14. *qu.* 6. *verſ. ſic ſi regn.* 4. Capitulum ſeu Eccleſiæ Cathedralis Canonici: *arg. c. cum non liceat. de præſcript. c. requiſiſti de teſtam. Bellencin. d. tract. qu.* 27. *Remig. Gonin. in ſim. tract. qu.* 38. *Monet. d. qu.* 9. *num.* 20.

14 Non tenentur Monaſteria: *Joan. Andr. Butrio, Imola in c. dilectus. de offic. Ordin. Innoc. in c.* 1. *de ſtatu Monach. Bellencin. d. tr. qu.* 26. *Remig. d. tract. qu.* 21. *Fr. Emman. quæſt. regular. tom.* 2. *qu.* 66. *art.* 1. & 2. Cum à Lege Diœceſana, (de qua exactio hæc: *Bellencin. qu.* 25. *Cochier. d. tract. qu.* 25. *num.* 8.) ſint exemta. *can. ne pro cujuslibet. 11. qu.* 1. *d. c.* 1. *de ſtatu Monachor.* Niſi habeant Eccleſias ſeculares ſubjectas, jura Epiſcopalia ante ſubjectionem ſolvere ſolitas: *c. paſtoralis de decim. c. quia monaſterium. de relig. domib. Cochier. d. num.* 9. *verſ. limita primò. Tambur. d. diſp.* 10. *qu.* 4. *num.* 6. *verſ. nec obſtat.* Nec Equites Melitenſes: *S. Congregatio in Auguſtana* 4. *Decemb.* 1630. *Barboſ. d. loc. num.* 52. Nec Eccleſiæ ſpecialiter exemptæ: *Cardin. in Clem. frequens.* §. *nonnulli. in* 3. *oppoſ. de exceſſ. Prælat. & ibi Ancharan. in Verſ.* 3. *Bellencin. d. tract. qu.* 32. *Cochier. d. tract. part.* 4. *qu.* 9. *per totam.* Niſi habeant populum non exemptum: *Bellencin. d. qu.* 32. *num.* 5. *verſ. & pro talibus. Cochier. d. qu.* 9. *num.* 2.

15 Contra Charitativi ſubſidii exactionem non currit præſcriptio. Cum ſit facultatis. *Innoc. in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſſa poſſeſſ. & in c. bonæ. ill.* 2. *de poſtul. Prælat.* & Charitatis. *Bellencin. d. tract. qu.* 50. *Azor. d. cap.* 14. *qu.* 7.

IIIU

TITULUS XIII.

De Procuratione.

SUMMARIA.

1. *Procuratio ſumta olim pro annona, nec non pro luſtrali ſacrificio.*
2. *Hic quomodo.*
3. *Diſpenſa: ab aliis, Circada appellatur.*
4. *Debetur Ordinariis viſitationibus.*
5. *Non olim.*
6. *Sed poſtea.*
7. *Ex Concilio aliqui modum impoſuerunt.*
8. *Cur Concilium utatur evectionis voce.*
9. *Quæ præſtabantur eo nomine.*
10. *Quales debent eſſe Procurationes.*
11. *Cur habenda ratio perſonæ viſitantis.*
12. *An debentur Papæ viſitanti.*
13. *Cur habenda ratio viſitati.*
14. *Cur conſuetudinis.*
15. *Cur refectionis.*
16. *Quæ Eccleſiæ debent procurationes.*
17. *Qui Clerici.*
18. *Quando & quamdiu.*
19. *Tantum unam.*
20. *Quidſi Eccleſia viſitata ſolutioni non ſufficiat.*
21. *Debitam remittere an poſſit viſitans.*
22. *Contra procurationis onus an currat præſcriptio.*
23. *Ab eo liberat privilegium Apoſtolicum.*
24. *Viſitatio ſemel eo anno ab eodem facta.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

1 PRocurationis vox ſumitur, pro annona, ſeu ciborum copia. Quod ſit corporis *curatio*. Unde *Procurandi* verbum Latinis melioris ævi uſu notum; pro eo quod eſt epulis excipere. L. Acciusapud Macrob. 1. Saturnal. cap. 7. *Exercent epulis læti, famuloſq; procurant Quiſq; ſuos.* Et inde Virgilius 9. Æneid. *Quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus, Procurate Viri.* Quo ſenſu etiam, Ne Clerici commatres procurent, dixit D. Auguſtinus; vel Alius, quiſquis eſt, ad Fratres in Eremo ſerm. 36. *Non enim debet, qui animarum curam gerit, tranſire de domo in domum, non frequentare forum cum ruſticis, non mercantias acquirere, non commatres procurare &c.* Et Legatos procurare dixit Eckardus Junior. *de caſib. Monaſtic. S. Galli cap.* 10. apud Goldaſtum: *Inito tandem conſilio injungitur Ruodmanno Legatos Regios in locis nominatis euntes procurare, & redeuntes.* Ita & *Procurator* ſumitur pro eo qui miniſtrat ſumptum & annonam. Robertus Montenſis in Chronico ad Annum M. C. LXXX. *Huic ſolemnitati interfuit junior Rex Anglorum, cum magno comitatu equitum, qui tanta ſecum ex juſſu Patris ſui tulit, ut nullius nec in ipſo feſtivitate, nec in ipſo itinere ſuſciperet Procuratorem.* Fuit & *Procuratio* ſumpta pro luſtrali, ſeu piaculari ſacrificio. Cicero lib. 1. de divinat. *Scriptum à multis eſt, cum terræ motus factus eſſet, ut Sue plena procuratio fieret, vocem ab ædeJunonis ex arce extitiſſe*: Et Aulus Gellius lib. 4. Noct. Atticar. cap. 6. *Ut terram moviſſe nuntiari ſolet, eaq; res procuratur.* Et mox: *Ejus rei cauſſa Senatuſconſultum factum eſt, ut M. Antonius Conſul hoſtiis majoribus Jovi & Marti procuraret*: Et latius Procurationis nomen pertinet ad ſacrificia, ludos, Deorum cultus cæteros, quaſi his Dii curentur. Arnobius lib. 7. adverſ. Gentes: *Quod autem non fieret, ſi ſacrificia, ſi ludos, cæteroſq; aſpernarentur Dii cultus, non ſe honorari eorum procurationibus ducerent.*

2 Hoc jure Canonico, (ut ad inſtitutum redeam;) *Procuratio*, ſumptuum exhibitio, Prælatis Eccleſias viſitantibus debita. *c. cum Apoſtolus 6. c. ea quæ. 12. d. c. procurationes. 39. cum ſeq. eod. c. 1. eod. in 6.*

3 Diſpenſam vocat Capitulare Caroli Calvi: *tit. 11. cap. 3.* Concil. Tirinenſe habitum Anno DCCC. LV. alii Circadam à circando: Fulbert.

bert. epist. 110. *Jubes inclyte Præsul, nos dare tibi Circadas de Ecclesiis nostris, quæ sunt in Episcopio tuo.* & Ivo Carnotens. epist. 286. *Nec non & Ecclesiam de Mundonis villa liberam à Synodo & Circada.* Et Hincmarus Rhemensis, epist. ad Ludovicum Balbum cap. 8. *Ut Ecclesiæ in isto Regno per occasionabiles circadas, & per indebitas consuetudinarias exactiones ante annos vigintii impositos non affligantur.*

Debetur *Ordinariis* ratione visitationis, *c. conquerente. de offic.* 4
ordin. d. c. procurationes. c. cum ex officiis. de præscript. Legatis Apostolicis, jure Legationis. *c. accedentes. eod. c. cum instantia. de censib. Clem. 1. eod.* Ne eis, si peregrinari deberent suis sumptibus, officium suum esset damnosum. *contra l. sed si quis. 7. ff. testam. quemad. aper. aspic. & l. si servus. 61. §. quod verò. 5. ff. de furtis.*

Melioribus Ecclesiæ temporibus Episcopi diœcesin, visitationis 5
caussa, obeuntes, vix quicquam exigebant ab Ecclesiis Diœcesanis cum memores exempli Apostoli Pauli, qui ne Ecclesiis esset gravis, labore proprio consulebat suis necessariis: tum præcepti Dei, à quo missus ad Samaritanos Propheta vetitus, ne quicquam ab his attingeret. Insinuat hoc aperte D. Augustinus lib. contra Donatist. post collat. cap. 20. *Quod ergo jussus est quidam Propheta, nec panem manducare, nec aquam bibere in Samaria quo missus fuerat, ut corriperet eos qui vaccas constituerunt adorandas, more Idolorum Ægyptiorum; hoc omnino facere debuit quod præceperat Dominus, uti tunc eo modo illos corripere placuit, ut nihil ibi alimentorum tangeret Propheta quem miserat; Numquid enim in Ecclesia non sit quotidie, quando eos quos acrius corripimus, etiamsi in eorum possessione sumus, nihil ibi apud eos contingimus, ut sentiant quantum eorum peccata doleamus.*

Labante zelo Veterum Patrum, Episcopis diœcesim lustranti- 6
bus, sumptum & annonam suppeditare jussi sunt Clerici & Abbates. Concil. Emeritens. can. 11. sic: *Placuit huic Sancto Concilio, ut tam à Presbyteris, quàm ab Abbatibus, sive etiam à Diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur, ut à nullo contumeliam pati videatur; & quandocunq; contigerit eum juxta canonicam sententiam visitare suam parochiam, & digne cum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit illi præparent quæ fuerint necessaria.* Et Concil. Suessionense, habitum sub Pi-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

pino anno Dom. DCC. XLIV. *Et quando jure Canonico Epiſcopus decreverit Parochiam ad confirmandum Populum, Abbates, vel Presbyteri parati ſint ad ſuſcipiendum Epiſcopum in adjutorium neceſſitatis.*

7 Epiſcopis verò nimium Eccleſias viſitationis ſumptu oneratibus, modus impoſitus, & ne judiciaria cum invectione, id eſt conventione per executorem, ſed cum charitate juſta ſtipendia exigant, cautum Concil. Cabilonenſ. II. can. 14. ubi: *Cavendum eſt, ne, cum Epiſcopi parochias ſuas peragrant, quandam damnoſam erga ſubditos ſeu erga ſocios tyrannidem exerceant, nec, (quod abſit) cum charitate; ſed cum quadam judiciaria invectione ſtipendia ab eis exigant.* can. cavendum. 10. qu. 3. Ne Epiſcopi *per Parochias hoſtilem in modum deſæviant; Neve Clericos angariis & indictionibus exhauriant:* ne potius videantur eſſe Exactores quam Pontifices: vetuit Concil. Toletan. III. can. XX. *relat. in can. quia. 6. d. cauſ. & quæſt.* Et ideirco in Concilio Lateranenſi, habito ſub Alexandro III. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Antiſtitibus minoribus Parochias viſitantibus certus Evectionum numerus attributus: Nempe quadraginta vel quinquaginta Archiepiſcopis, viginti vel triginta Epiſcopis, Cardinalibus viginti quinque, Archidiaconis quinque vel ſeptem, Decanis ſubjectis Epiſcopis duarum. *c. cum Apoſtolat. 6. c. procurationes. 23. de cenſib. exaction. & procurat.* Exceedentibus eum numerum impune reſiſti poteſt. *c. cum ad quorundam. 7. de exceſſ. Prælat.*

8 Utitur Concilium Evectionis voce: Sicut enim Evectiones erant literæ, ſeu Codicilli, quibus concedebatur curſus publici uſus; *l. 3. Cod. de curſu publico. ubi vid. Enarrat. noſtram:* D. Hieronymus in Hyſtarione. *Secretò ab Imperatore Evectionem petit.* D. Auguſtinus lib. 5. Confeſſ. cap. 13. *Itaq; poſteaquam miſſum eſt à Mediolano Romam ad Præfectum Urbis, ut illi Civitati Rhetoricæ Magiſter provideretur, impetrata etiam evectione publica.* Idemque epiſt. 55. *Frater Zenobius Magiſter memoriæ factus eſt, & miſit nobis Evectionem cum annonis.* Symmachus lib. 1. Epiſt. 15. *Accepi Evectiones quatuor, immane quantum commodas in excurſus & recurſus meorum.* Gregorius Turonenſis lib. 9. cap. 9. *Data litteris, & pueris deſtinatis cum evectione publica;* ita & procurationes erant quædam litteræ, ſeu tractoriæ, γράμματα ἕλκυστικά, in quibus

bus Evectionum modus continebatur pro ratione & conditione visitantium. *Capitul. Caroli Magni lib. 4. cap. 69.*

Præstabantur hoc Procurationis nomine præter equorum pabula, 9
cibi etiam necessarii: non epulæ solemnes: *d. c. cum Apostolus 6.* sed pro mediocritate cujusque loci. *can. ult. 10. qu. 3.*

Dein etiam multò diligentius cautum, quis panis, vini, & cæterorum modus Episcopis visitationis nomine, ministrari deberet. Capitulare Caroli Calvi conditum apud Tholosam cap. 15. *Ut unum modium frumenti, & unum modium hordei, atque unum modium vini, cum mensura quæ publica & probata, ac generali, seu legitima per civitatem & pagum, atque vicinitatem habetur, Episcopi à Presbyteris accipiant, & friscingam* (est perna, seu armus porci, vel apri, alteriusve feræ vel pecudis. *Cironius in observat. Juris Canon. lib. 1. cap. 5.*) *seu valentem denarios, aut sex pro ea denarios & non amplius exigant.* Et Concilium Ticinense can. XV. *Statuimus etiam, nè Episcopi, quando pro confirmando populo Parochias circumeunt, Archipresbyteros suos gravent, ut hujusmodi dispensæ contenti sint; panes centum, friscingas, quatuor, vini sextaria quinquaginta, pullos septem, ova quinquaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam ad caballos modios sex, mel, oleum, cera quod sufficit.*

Breviter; Procurationes debent esse moderatæ & honestæ, habita 10
personæ & Dignitatis visitantis, *d. c. cum Apostolus. 6. c. 1. §. procurationes. de censib. &c. in 6.* & opum ejus qui visitatur; *Gloss. in d. c. cum Apostolus. verb. sumptuosus.* & consuetudinis ratione; *Joan. Andr. & Goffred. in cap. cum secundum. 16. de præbend.* prout necessaria visitantium & suorum refectio postulaverit. *c. sopitæ. 14. in fin. c. cum instantia. 17. vers. sanè. c. cum venerabilis. ad fin. eod. d. c. conquerente. de offic. Ordin. can. ult. prope fin. 10. qu. ult.*

Dixi; *habita personæ & dignitatis visitantis ratione:* Aliæ enim 11
debentur Episcopo diœcesin; aliæ Archiepiscopo Provinciam perlustranti: *d. c. cum Apostolus. c. sopitæ. c. nuper. de censib. c. cum ex officii. de præscript. c. cum à nobis. de arbitr.* Aliæ Legatis & Nuntiis Sedis Apostolicæ: *c. cum instantia. c. procurationes. de censib. c. accedentes. de præscript.* Aliæ inferioribus Prælatis, Archidiaconis & Decanis: *d. c. cum Apostolus. d. c. procurationes. c. mandamus. de offic. Archidiac.* Hinc-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

marus in Capitulis quæ dedit Archidiacon. cap. 1. *Et vos quando rusticanas parochias vobis commiſſas, vel mecum, vel per vos circuitis, ſicut & ego, non graves ſitis, Presbyteris paratis quærendis, neque ducatis ſuperfluè vobiſcum homines, vel veſtros proprios vel propinquos veſtros, ne quos illos gravetis in cibo, vel potu, & fodro ad Caballos.*

12 An procurationes viſitationis nomine ipſi *Romano Pontifici* debeantur per Orbis Chriſtiani provincias, cum nihil hac de re in Concilio Lateranenſi, vel aliis locis ſit expreſſum: ſi quæras: dicendum puto eſſe, ut ipſe Eccleſiæ Princeps non ſit deterioris conditionis quàm Antiſtites cæteri. Quod nihil ea de re ſit expreſſum factum conſulto, ut conſtaret apud omnes Pontifices Romanos, non laborare de commodis ſuis, nec ſibi leges dicere, ſed Eccleſiæ. Papa tamen Johannes VIII. cum veniſſet in Galliam poſitus in anguſtiis, ab Epiſcopis Regni procurationes & ſtipendia exegit. Aimoni Continuator. lib. 5. cap. 7. ſic: *Ludovicus autem mittens ei quoſdam Epiſcopos petiit, ut uſque Trecas veniret, ibique ab Epiſcopis iſtius regni, ſtipendia ſibi dari fecit.* Venit & Trecis Concilium habuit, & ab Iſaacio Lingonenſe Epiſcopo ad illud vocato, petiit ut congrua ſibi per diœceſin hoſpitia pararet. Actor ipſe Pontifex epiſt. XCVI. *Quapropter Domino auxiliante apud Trecas Synodum ſumus celebraturi, ad quam ſanctitatem Tuam volumus omnimodis adeſſe; prius tamen venerabilitas Tua nobis Miſſos Cavilonam dirigere ſtudeat, qui iter noſtrum recto tramite ad prædictum dirigant locum, & per parochiam veſtram nobis congruas manſionaticas præparate.*

13 Dixi: *Habita opum qui viſitatur ratione:* Cum propter text. in d. c. ſopitæ. 14. ubi. in fin. *ſecundum facultates eorum.* & ibi Gloſſ. l. *d. c. cum Apoſtolus. verſ. ſanè.* & d. c. conquerente. ubi: *penſatis facultatibus.* tum ut vitetur iniquitas: & nè Eccleſia paupera, æque vel plus contribuere cogatur ad procurationem, quàm opulenta. *d. c. cum Apoſtolus. verſ. ſanè.*

14 Dixi: *habita conſuetudinis ratione:* Debentur enim aliquando procurationes ex fundationis Lege, vel ex conſuetudine: *can. Eleutherius. can. ſervitium. 18. qu. 2. c. quanto. 16. de cenſib.* Etiam Laicis feudelibus. *can. poſſeſſiones. 16. qu. 1.* Ut quondam Abbas Cluniacenſis ſuis municipibus. Robertus Montenſis. in Chronico. *Walterius Cluniacenſis*

niacensis Abbas fecit & aliud mirabile, quia septies viginti procurationes quas Burgenses ex consuetudine habere solebant ex donis Abbatum penitus debebit.

Dixi: *prout necessaria &c.* Cum ut rejicerem epulas: *d. c. cum* 15
Apostolus. in princ. vers. Nec sumptuosas. ibi Gloss. & Dd. D. Hieronymus in Michæam ad cap. 2. relat. in can. Ecclesiæ. 4. dist. 35. dicit: *Ecclesiæ Principes, qui deliciis affluunt, & inter Epulas atque delicias pudicitiam servare se credunt, propheticus sermo Michæ describit: quod ejiciendi sint de spatiosis domibus, lautisque conviviis, & multo labore epulis conquisitis, & ejiciendi propter malas cogitationes & opera sua. Et, si vis scire, quo ejiciendi sunt: Evangelium (Matthæi 22.) lege: in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, &c.* tum ut significarem refectionem illam in victualibus, non verò in pretio pecunia numerato, exigi posse Ecclesiis invitis: *c. 1. §. procurationes. ibi in victualibus expensas tantum recipiat. c. de censib. &c. in 6.* imò nec volentibus, *secund. c. exigit. 2. vers. statuimus. eod. in 6.* Secundum *cap. verò. 3. eod.* hoc permissum. Vetitum per Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3. vers. exceptis tantum, & vers. si tamen.*

Debent procurationes Ecclesiæ omnes quæ visitantur: nisi pri- 16
vilegio Sedis Apostolicæ sint exemtæ: *c. cum instantia. 17. in princ. eod. c. accedentes. 11. de præscription. c. Clem. 1. de censib. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. Barbos. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 22. num. 27.* etiam civitatenses; etsi sine sumptu vi resolutionis munus expeditur: *c. venerabili: 24. ubi Abbas de censib. &c.* quia procuratio exsolvitur non solùm ob visitationis operam, sed & in signum & professionem subjectionis. *Alteserra. dissertat. Juris Canonici lib. 4. cap. 5.* etiam monasteria; *c. sopitæ. 14. de censib. c. Romana. §. deinde liceat. eod. in 6. c. cum ex officii. de præscription.* nisi speciali privilegio Apostolicæ Sedis fuerint exempta: *c. & §. 1. & ult. de censib. in 6.* Etiam Capellæ in Collegiatis Ecclesiis positæ. *Maria in tract. de visitat. cap. 85. vers. 5.* Non Oratoria, Hospitalia, & alia pia loca, Ecclesiastica auctoritate erecta: *c. ult. eod. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 42. qu. 1. Novar. in opusc. Novi Jur. Pontif. conclus. 5. num. 5. Riccius in praxi rer. fori Eccles. part. 4. resol. 151.* licet visitari possint, nè inhonestè tractentur:

arg-

arg. c. 3. de relig. domib. Cardin. in Clem. quia contingit. num. 1. §. ord. Valaſc. conſ. 105. num. 46. Quia nullibi in jure hoc expreſſum; *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. univ. cap. 22. num. 16.* Quia, licet ſubjiciantur Dioceſanis quoad jura Epiſcopalia, *c. de Monachis. 12. de præbend. can. omnes Baſilicæ. 16. qu. 7.* tamen cum loca iis deputata, ad alios pios uſus deſtinata, procurationis onere ſimilive debent meritò eſſe libera. *Barboſ. d. loc. num. 16. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. viſitatio. verſ. ſeptimum dubium. poſt Federic. de Senis. conſ. 105. Sylveſtr. in ſum. verb. hoſpitale. num. 16. §. 9. verſ. quintum.* Non Eccleſiæ pauperes: *Sylveſt. d. loco. §. 5. & Zerola d. loco.*

17 Procurationes debent Clerici, licet ad alium locum è domo ſua ſint evocati: *Gloſſ. in c. 1. verſ. viſitatus. de cenſib. in 6. ubi Innocen. & Hoſtienſ.* niſi ſint pauperes: *fac. can. cavendum. 10. qu. 3. Hoſtienſ. in ſum. tit. de offic. Archidiac. §. quod ſit ejus officium. num. 4.* Non debent Laici: *Gloſſ. in cap. 1. in princ. verb. Laicos. de cenſibus. &c. in 6. Hoſtienſ. Monach. Domin. in d. c. 1. in princ. num. 9.* Quia nullibi eorum, ſed ubique Clericorum & Eccleſiarum fit mentio. *maximè in c. cum inſtantia. §. ſane in his exigendis. eod. c. conquerente. ibi: penſatis facultatibus eorundem. de offic. Ordin. c. 1. §. deinde. ibi: à locis tantum verepere viſitatis. de cenſib. in 6. c. cum Apoſtolus. 6. ibi facultatibus Eccleſiarum. c. ſopitæ. ibi: ſecundum facultates: ubi Gloſſ. eod. extr. un. §. ita quod. & §. noſtræ. eod. in com. can. inter cætera. can. illud. 10. qu. 3.* Quia viſitatio eſt onus reale ſuper beneficio. Non obſtat: Quod textus videantur velle: ut ſumptus victualium præſtentur à viſitatis, *c. Romana. §. deinde. de cenſib. in 6. c. ſi Epiſcopus. de offic. Ordin. Jud. Ordin. can. cavendum. 10. qu. 3. Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reform. cap. 4.* Quia id debet intelligi de Clericis viſitatis; ut ex allegatis juribus patet, *& præſertim ex c. exigit. de cenſib. in 6. in verb. quouſque de populo hujuſmodi gravatis Eccleſiis plenariam ſatisfactionem impendant, &c. c. felices. eod. in 6. ubi Gloſſ. loca viſitata interpretantur Eccleſias. in verb. perſolvendum. Gried. deciſ. Dolana. 119. Vallenſis in parat. tit. de cenſib. §. 14. num. 2. Diſ. Gloſſ. ult. in can. placuit 10. qu. 1. Gloſſ. verb. ſubditos. in can. cavendum. 10. qu. 3. Archidiacon. Joan. Andr. Imola. aliique.*

18 Procurationem debent Loci vel Clerici ſed viſitati; *c. 1. poſt prin.* O

& vers. deinde. ibi à locis tantum recipere visitatis. de censib. in 6. ubi Domin. num. 3. Franch. num. 2. notab. 3. non alii. Gloss. ult. in d. c. sopitæ. 14. de censib. com. recepta per Dd. ibid. Gloss. 2. in can. visitandi. 18. qu. 2. Abb. num. 17. Cardin. oppos. 11. Paris. num. 11. & alii in d. c. cum ex officii. Et Omnes tamdiu, quoad visitationis officium est perfectum.

Visitator non nisi unam procurationem, licet plura loca visitat, eadem die percipere potest. *d. c. Felicis. 3. de censib. in 6.* Et licet plures in anno visitaverit, non potest nisi unicam accipere procurationem. *fac. d. c. conquerente. ibi, visitationem annuam: & non amplius probat can. relata. can. decernimus. 18. qu. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. Barbosa. Jur. Eccles. lib. 3. cap. 22. num. 10. cum seq.* 19

Si Ecclesia visitata procurationi solvendæ sola non sufficiat vicinarum Ecclesiarum suppetiis, pro cujusque Ecclesiæ reditibus utetur. *d. c. cum instantia. 17. vers. sine. c. procurationes. 23. de censib. Clem. 2. eod. & ibi Imola.* Si nullis vicinorum symbolis, aut paucis adjuvari possit, visitantis erunt partes suis sumptibus hoc munus absolvere; si modò & ipse hoc præstare possit. *Gloss. Joan. Andr. & alii in d. c. procurationes. 23.* 20

Procurationem hanc ratione visitationis sibi debitam remittere potest Visitans, sed non pro annis futuris: *Gloss. verb. penitus. ibi: sed non est verum. in d. c. cum officii. de præscript. arg. c. cum venerabilis. 16. de censib. & ibi Abb. num. 12. cum seqq. Imol. Felin. num. 7. cum seq. Marian. de visitat. num. 57.* 21

A procurationis onere, Jure communi debito, visitandi onere monente, immunem se esse nullus subditus præscriptione se tueri potest. *d. c. cum ex officii 16. de præscript. d. c. cum instantia. 17.* quemadmodum nec contra visitationem ipsam. *d. c. cum ex officii. Marian. de visitat. num. 7. Fusc. de visitat. lib. 1. num. 16. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. visitatio. §. 6. dub. 8. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 42. qu. 13. & seq. Riccius. in d. praxi part. 4. resol. 154. Barbos. d. loco. num. 26.* 22

Dixi; *Jure communi debito:* ut excludam procurationes ratione visitationis jure speciali debitas: contra quas, visitationis potestate manente,

nente, currit præſcriptio. *Marian. de viſitat. num.* 54. *Felin. in d.c. cum ex officii. num.* 15. *Dias. reg.* 604. *verſ.* 6.

Adjeci: *viſitandi onere manente;* Quia eo ſublato currit præſcriptio: *d.c. cum ex officii.* ibi: *quamvis alius contra eundem præſcribere poſſit utramque:* puta procurarionem & viſitationem. *Barboſa d. loc. num.* 22.

23 A procurationis tamen onere liberat ſubditum privilegium Apoſtolicum: *ut jam dictum. d. c. cum inſtantia.* 17. *verſ. niſi forte. ibi: ſpeciale privilegium. d.c. accedentes.* 11. *ibi:* per *ſpeciale. de præſcript. Clem.* 1. *eod. Azor. d. loco. Barboſa. d. loco. num.* 27. & 29. *Abb. in d.c. accedentes. & Felin. num.* 6. *verſ. quintò.* Et in ejus vim, præſcriptio immemorialis: cum hæc privilegii loco habeatur; & ut tale reputetur. *l.* 3. *§. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiv. c. ſuper quibuſdam.* 26. *§. præterea. de verb. ſignificat. Barboſ. d. loc. num.* 30. *cum ſeq. modis.*

24 Liberat etiam viſitatio ſemel eo anno ab eodem Prælato facta, nec alteram ulla neceſſitate cogente: *Marian. d. tract. viſitat. num.* 66. & fructuum ſterilitas enormis: *can. relatum.* 13. *que.* 3. *ubi Archid. & Gloſſ. fin.* necnon contraria conſuetudo. *Concil. Tridentin. d. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 4. *ubi vult viſitationem gratis fieri; ubi eſt ea conſuetudo. Vallenſ. in parat. in Decret. ad tit. de cenſib. §.* 14. *num.* 4. *Zypæus. in Anal. Jur. Pontific. Novi. eod. tit. verſ. procurationes.*

TITULUS XIV.

De Canonica Portione, ſeu Quarta Parochiali.

SUMMARIA.

1. *Canonica portio debetur Parochis.*
2. *Cur.*
3. *Ex quibus rebus.*
4. *Quota.*
5. *Qui eam debent.*
6. *Cui Eccleſiæ debetur.*
7. *Quodſi in una Eccleſia*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

audiverit divina Parochianus, in alia perceperit Sacramenta.
8. *Quidsi dubium, utrum debeatur Episcopo, an Parocho.*
9. *Qua actione eam petet Parochus.*
10. *De quibus rebus debe[illegible].*
11. *De quibus non.*

Canonica Portio, ab aliis *Quarta Parochialis* dicta, est, quæ Parochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato & Rectori debetur: 1

Idque propter onus, quod in Sacramentorum administratione subit. *c. 1. c. relatum. c. de his. de sepultur. Novar. Forens. quæst. 22. num. 8. tom. 2. Roderic. in Compend. Quæst. regular. resolut. 18. num. 1.* 2

Detrahitur ex rebus sive corporalibus, sive incorporalibus, mobilibus, sive immobilibus, quæ quis ægritudine correptus, in alia Ecclesia, quam in qua officia divina audit, & Ecclesiastica percipit Sacramenta, sepulturam sibi eligens, ei reliquit. Ratio est: Nè Rectores Parochialis Ecclesiæ, vel ii, quibus animarum cura est commissa, debitis fraudentur subsidiis. *Clem. dudum 2. de sepultur c. 1. & c. cum super 8. cum seq. c. de his. 3. de sepultur. can. 23. vobis. 12. qu. 2. Zechus de Republ. Eccles. capit. 28. de Parochis. num. 18. Caraccia in tract. de quarta funeral. cap. 1. Lavor. var. Lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 17. num. 33. Barbosa de officio & potest. Parochi. part. 3. cap. 25. num. 3.* 3

Est, de Jure quarta pars ejus quod est relictum. *d. c. cum super. d. Clem. dudum. 2.* de consuetudine esse potest vel tertia, vel dimidia; *can. antiquos. 10. qu. 1. c. certificari 9. eod. Lapus de canonica portione cap. 1. num. 4. Lavor. d. loc. num. 4. Roderig. in compend. quæst. Regul. resol. 18. num. 1.* modò, Consuetudo hæc sit rationabilis & legitimè spatio annorum quadraginta præscripta. *Petrus de Ubaldis de Canon. port. part. 2. cap. 5. Miranda in man. Prælator. tom. 2. qu. 48. art. 5. concl. 1. Barbos. d. loco. num. 2.* 4

Quartam solvere tenentur Rectores Ecclesiarum, omnes in qui- 5

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

bus alterius Ecclesiæ Parochianus legatum relinquens, sepeliri voluit. *Zechus d. loco. Menoch. de præsumption. lib. 1. præsumpt. 109. num. 15. Fr. Emman. Quæst. regular. tom. 1. qu. 39. art. 2. in princ. Barbos. Jur. Eccles. univ. lib. 9. cap. 24. num. 31.* Licet sint Religiosi, etiam Mendicantes. *d. Clem. dudum. Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de reformat.* Nisi, privilegio, d. Clem. dudum non generaliter, sed specialiter, *Petr. de Ubaldis. de Canon. port. cap. 6. num. 8. per* potestatem habentem concessio, fuerit derogatum. *Fr. Emmanuel. d. qu. 39. art. 2. Carocial. tract. cap. 1. Barbosa de offic. & potest. Parochi. d. loco. num. 7.* Nisi portionem Canonicam præscripserint. *Alex. cons. 296. num. 15. vers. de præscript. lib. 2. Sylvest. in Summ. verb. Canonica portio. num. 2. & 3. Lapus d. tract. cap. 2. num. 64. & 64. Petr. de Ubald. d. cap. 5. num. 3. & seq. & cap. 6. num. 34.*

In quartam non immutatur legatum æquivalens persepulturæ relictum Ecclesiæ propriæ Parochiali; ut *volunt: Fr. Emman. d. qu. 39. art. 6. post Frederic. de Senis. cons. 3. Anton. Imol. Abb. in c. officii. de testam. Salyc. Alexand. & Corn. in Auth. præterea. Cod. unde vir. & uxor. Portell. in dub. Regul. verb. Canonica portio. num. 7. Roderic. in d. Compend. quæst. regular. resol. 18. num. 8.* Quia Ecclesiæ Parochiali legatum debetur; & portio Canonica integra. *d. Clem. dudum. 2. §. verum. ibi: largiri integrè teneantur: ubi Gloss. verb. integrè. de sepult. & l. ubi integraliter. eod. in 6.* Quia Ecclesia extranea, est debitrix canonicæ portionis. *d. c. 1. Facit. c. requisisti. vers. secus autem. de testament.* Et sic sentiunt Gloss. *in d. verb. integrè. & Gloss. verb. largiri. in d. §. verum.* Cardin. *ibid. num. 20.* Covarr. *in c. officii. num. 6. de testam. alias num. 9. sub tit. de legator. imputat. in debit. in Antverpiensi edit. nova.* Barbosa. *d. loco. num. 18.*

6 Quarta solvi debet (ut dictum) Ecclesiæ, in qua Parochianus consuevit audire officia divina, & recipere Sacramenta. *c. cum quis 3. de sepultur. in 6.* Et sic, de Jure, Rectoribus Parochialium; *d. Clem. dudum. §. verum.* iis non existentibus Vicariis perpetuis vel temporalibus, etiam Sacerdotibus conductis, sed curam Parochianorum habentibus. *d. c. requisisti. de testam. c. cum ex eo. de elect. Riccius in præx. part. 4. resolut. 299. num. 4.* Non Episcopis, nisi vel ex præscriptione, vel

ex eo, quod sibi reservaverint, quando exigerentur parochiæ, in superioritatis signum. *Rota decis.* 376. *num.* 2. & 3. *Barbosa d. loco, num.* 22.

Quodsi in una Ecclesia Parochianus solitus fuerit audire divina, 7
in altera verò recipere Sacramenta, huic debetur quarta. *c.* 1. *de sepultur. Fr. Emman. d. quæst.* 39. *art.* 5. *Sylvest. in Sum. d. verb. canonica. portio. num.* 11. Præventioni tamen fortasse locus, si utraque habeat funerandi jus. *arg. c. duobus. de rescript. in* 6.

In dubio, utrum debeatur Episcopo an Parocho, præferetur hic, 8
propter specialem curam, quam habet; & sic onus. *d. c.* 1. *Petr. de Ubald. d. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. *in fin. Barbos. d. loco. num.* 25. Et *Fur. Eccles. univ. d. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 25. *Abb. in d. c. certificari. num.* 11. *de sepultur.*

Unde Parochus eam petere potest tanquam debitum & laboris 9
mercedem, quasi actione locati, *Federic. de Senis. cons.* 3. *num.* 9. vel condictione ex canone; vel actione ex testamento. *Petr. de Ubald. d. tract. cap.* 3. *num.* 2. *Lapus. d. tract. num.* 56. *Barbos. d. loc. num.* 32.

Debetur quarta de omnibus quæ ratione funeris, in die funeris, 10
obveniunt: *Fr. Emman. d. qu.* 39. *art.* 2. *in princ. Covar. in c. ult. de testam. Molin. de justit. tract.* 2. *disp.* 215. *num.* 4. etiam præter voluntatem morientis: *Frederic. de Senis cons.* 6. *num.* 2. *in princ.* Item quæ cum funere portantur: *Gloss. verb. funeralibus in d. Clem. dudum. ubi Zabarell. vers. verum. num.* 4. *Azor. Inst. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *qu.* 13. *vers. funeralia.* sive antequam corpus sit in terra positum; sive post, & quamdiu fit de funere memoria. *Calderin. consil.* 4. *de sepultur. Leo in Thes. fori Eccles. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. *Riccius. d. resol.* 571. *Zabarell. d. loco. vers. tertio quæro. vid. Barbos. d. loco num.* 37. *cum seqq.* quæ dantur pro Missis dicendis: *Gloss. verb. funerabilibus. in d. Clem. dudum. §. verum. Bald. in repet. c. si pater. de testam. in* 6. *in qu.* 6. *Barbos. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 86. *num.* 20. *cum seqq.*

Non debetur de relictis aliis Ecclesiis seu piis locis, quam ubi quis 11
sepelitur: *Gloss. & Abb. in c.* 1. *& c. cum super. & c. certificari.* 9. *de sepult. Vallens. in pr. d. tit. §.* 5. *n.* 4. nec de relictis pro fabrica, anniversario, ornamentis, cereis, luminaribus, vel aliis ad cultum divinum perpetuum; &c.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

fin. de teſtam. Caraccia. d. cap. 4. verſ. quare non. Bart. & Dd. in l. unum. ex 81. ff. de legat. 1. nec pro equis armis, contra infideles exercendis. *c. in noſtra. 10. de ſimult. d. c. fin. de teſtam. Molin. d. diſput. 215. num. 8. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. d. part. 3. cap. 25. num. 47. Et jur Eccleſ. d. lib. & cap. num. 50.*

Debetur de omnibus mortis cauſſa Eccleſiæ extraneæ, ubi ſepelitur, relictis : ſive titulo donationis, *de Clem. dudum. §. verum. & ibi Gloſſ. Federic. de Senis. conſil. 4. num. 4. Gemin. conſ. 46. Barboſ. d. loco. num. 48.* Sive inſtitutionis ; *Molin. d. diſput. num. 4. per Abbat. tucc. num. 7. de ſepultur. Sylveſt. in Summa d. verb. Canonica portio num. 10. Barboſ. d. loco. & num.* Sive legati. *c. 1. & 2. de ſepult. Sylveſt. d. loco in fin. Covarruv. ad d. c. fin. de teſtam. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 39. art. 2. in princ. Molin. d. diſp. & num. Oldrad. conſ. 225. num. 6.*

TITULUS XV.

De Legatis ad pias cauſſas.

SUMMARIA.

1. *Fructus Beneficiorum etiam conſiſtunt in Legatis ad pias cauſſas.*
2. *Legatum ad pias cauſſas quod.*
3. *Executio ejus ad quem ſpectet.*
4. *Quando.*
5. *Et ante illud tempus heredes cogi poſſunt.*
6. *Sed prævia monitione.*
7. *An unica.*
8. *Per quem decerni & inſinuari debet.*
9. *Quæ partes hic Epiſcopi.*
10. *Legatum ad certum uſum relictum an converti poteſt ad alium.*
11. *Quæ legatorum ad pias cauſſas privilegia.*

Quæ

QUoniam ergò fructus & reditus Beneficiorum, de qui-1
bus tractamus, quandoque etiam in *Legatis* seu relictis ad pias causas in ultimis morientium dispositionibus consistunt, convenit ut hoc loco de ejusmodi Legatis tractemus; & dicemus breviter: 1. *Quæ dicantur talia:* 2. *Ad quem eorum pertineat executio:* 3. *An & quando in aliud opus commutari possint:* 4. *Et quæ præ cæteris Legatis habeant privilegia.*

Quod in ultima voluntate relinquitur intuitu Dei; *Abb. in pro* 2
æmio Decretal. in §. *Gregorius divid. numer.* 25. & 26. *ubi Felinus verb. Gregorius Episcopus. num.* 25. *Tyraqu. tract. de privileg. piæ causæ in præfat. num.* 3. Ecclesiis, capellis, monasteriis, piis locis aliis, *Tyraquel. d. loco. vers. primus igitur. Mantica de conject. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 18. *Magdalen. de numero testium. in testam. requis. cap.* 1. *num.* 26. & *cap.* 2. *num.* 1. *Barbos. lib.* 3. *Jur. Eccles. univ. cap.* 27. *numer.* 12. & personis pauperibus, *Alberic. in l. nulli. num.* 27. *Cod. de Episcop. & Cleric. Mantica, d. tract. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 22. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 115. *num.* 2. *Bald. cons.* 230. *lib.* 7. *Sanchez. de matrim. lib.* 1. *disp.* 4. *n.* 9. licet consanguineis; *Jason. cons.* 183. *col.* 2. *in princ. vers.* 6. *vol.* 2. *Boër. decis.* 94. *num.* 2. *Tyraquel. d. loco, num.* 16. & 17. *arg. can. non satis. dist.* 86. *Gloss. in c.* 1. *de cohab. Cleric. & Mulier. ubi Abb. num.* 4. & pro animæ salute, & peccatorum remissione; *Tyraquel. d. loco. vers. item relict. un. pro anima. Alex. cons.* 209. *lib.* 2. *Costa in c. pater.* 1. *verb. in suo testam. numer.* 8. *cum seq. de testam. in* 6. *Molina de justit. tract.* 2. *disput.* 134. *Benedict. Ægid. in repetit. l.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles. part.* 3. *in init. num.* 1. *Ciarlin. controvers. forens. cap.* 5. *num.* 9. & *cap.* 33. *num.* 25. dicitur *legatum ad pias causas.*

Executio ejus spectat & ad Judicem secularem, & ad Ecclesia-3
sticum; *Novel.* 131. *cap.* 10. cum ejus ad utrumque forum spectet cognitio *l. hereditas. cap.* 53. *in fin. ff. de petit. hered. ubi Gloss. text. in l. nulli.* 28. *Cod. de Episc. & Cleric. Auth. hoc amplius. Cod. de fideicom. Concil. Tridentin. sess.* 22. *de reform. cap.* 8. *in princ. Barbosa d. loco. numer.* 22.

Facienda, si tempus à disponente præfinitum, statim ab 4
ejus

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

ejus elapſum ; non ante : *Abbas in c. nos quidem.* 10. *de teſtam.* ubi *Covarruv. num.* 1. *in* 1. *concluſ. Molin. d. loco. diſp.* 251. ſi non ; intra menſes ſex: *Novel.* 131. *cap.* 12. §. *ſi autem legatum, Abbas in c. nos quidem. num.* 10. *de teſtam. Covarr. ibid. in princ. Molina. d. diſput.* 21. *col.* 1. *propè fin.* ſi fieri poteſt : aliàs latius tempus à jure largitum : *d. c. nos quidem* : *ubi intra annum. Novel.* 131. *cap.* 10. *ubi intra quinque annos.*

Currit hoc tempus ab inſinuatione , ſeu publicatione teſtamenti. *d. Novel.* 131. *cap.* 12. §. *ſi autem legatum.*

5 Poſſunt tamen heredes, ſed poſtquam hereditatem adierint; *ſatis l. ſi nemo.* 9. *cum ſeq. ff. de teſtam. tut. l. qui filio.* 38. *ubi Gloſſ. verb. liber. ff. de hered. inſtit. ſingul. ſec. Covarr. d. loco. Menoch. de ſucceſſ.* §. 27. *num.* 4. *Coſta in c. ſi pater. verb. deferuntur. num.* 3. *de teſtam. in* 6. *Abb. in d. c. nos quidem. num.* 11. *Covar. num.* 3. *Molina d. loc.* ſtatim, *arg. l. cum qui* 41. §. *quoties. ff. de verb. oblig. l. quod dicimus.* 105. *ff. de ſolution. l. cedere diem.* 213. *ff. de verb. ſignif. l. in omnibus.* 14 *ff. de dru. reg. jur.* etiam ante iſtius temporis lapſum, à Judice vel ex officii, vel ad partis petitionem , ad executionem voluntatis teſtatoris compelli: Cum illud ſpatium non in favorem heredum , aut executorum, ſed defunctorum ſit præfinitum. *Poſt Abbat. Covarr. & alios Molina. d. diſp. col.* 6. *Benedict. Ægid. in repet. l.* 1. *Cod. de SS. Eccleſ. part.* 6. §. 1. *num.* 27. Qui præſumuntur velle, quanto citius fieri poteſt, implere ſuam voluntatem , *arg. l. cum res.* 49. *pr. ff. de legat.* 1. *& ibi Bart. Gloſſ. in.* 74. §. *in pecunia. ff. eod. Abbat. in d. c. nos quidem.*

6 Præcedere tamen debet monitio ; *d. c. nos quidem ubi; cum commoneas, & tunc per te ædificetur.* ſaltem generalis ; *Felin. in c. cum ſit Romana. num.* 20. *verſ.* 9. *de appellat. Henricus de Synodo Epiſcop. part.* 3. *art.* 2. *num.* 129. *Barboſ. Jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 27. *numer.* 37. præciſè , ſi agatur ſimul de poteſtate exequendi devolvenda in Judicem ; *d. c. nos quidem* ; *& l. d. unoquoque.* 47. *ff. de re judic.* aut Epiſcopum ; *Abb. num.* 8. *&* 10. *in d. c. nos quidem. Covar. ibid. num.* 2. *ubi cit at Ancharan. Card. Bald. Rochum & alios.* ut conſtet de calliditate, aut negligentia heredis. *d. c. nos. quidem. Papa Gregor. lib.* 3. *epiſt. indict.* 12. *epiſt.*

12. *epiſt.* 10. *ubi*: *negligentia, vel calliditate diſtulerit. Et*: *tunc volumus, ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio.*

Sufficit ad hoc unica: *d. c. nos quidem. ibi commoneas. c. tua no-*7 *bis. in fine. ibi*: *monitione præmiſſa. de teſtam. Bart. Salicet. in Auth. hoc amplius. Cod. de fideicom. & ibi Jaſon. num.* 3. *Padill. num.* 16. *Guiliel. in c. Raynutius. verſ. ſi abſque liberis. d.* 2. *num.* 201. *Menoch. de arbitr. caſ.* 498. *num.* 53. Sed, ſi ſimul agatur de privatione emolumenti, quod eſſet habiturus Executor, requiritur bina: *& ſic interpret. Gloſſ. in verb. monitus. in d. Auth. hoc amplius. Alexand. in l. ult. ff. de feriis. Guilielm. d. num.* 201. *per d. Novel.* 131. *cap.* 11. *verſ. ſi autem qui. ibi*: *ſemel & ſecundo. Auth. licet. ibi*: *ſemel vel bis. eod. de Epiſc. & Cleric.*

Decerni debet, per judicem ipſum; *& ſic intell. d. c. nos quidem*8 *& ibi Abb. & de Auth. hoc amplius. & ibi. Angel. num.* 2. *Jaſon. num.* 3. *Guilielm. d. verb. abſque liberis. & alii citat. à Cinedo ad Decret. collect.* 114. *num.* 3. inſinuari poteſt per epiſtolam, aut publicum miniſtrum; *& ſic intell. Padill. in d. Auth. hoc amplius. num.* 16. *fac. Gloſſ. in l. ſancimus.* 13. *Cod. de judic. Barboſ. d. loco. num.* 36.

Ubi de negligentia heredis conſtat; tenetur Epiſcopus Teſta-9 toris exequi mandata. *d. c. nos quidem. in verb. ſecundum D. Thomam.* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. *& Sot. de juſtit. lib.* 7. *qu.* 1. *art.* 2. *præceptum importantibus, per te ædificetur & aſſignentur, quibus ſimilia habentur in c. ſi heredes.* 6. *de teſtam. vid. Barboſ. d. loc. num.* 40. Licet is interdixerit, ne ad Epiſcopum devolvatur Executio. *c. tua nobis.* 17. *de teſtam. ubi Gloſſ. verb. interdiu. d. Auth. licet. Cod. de Epiſc. & Cleric. d. Novel.* 131. *cap.* 11. *Covar. in d. c. tua nobis. numer.* 6. *Ripa in l. nemo poteſt. num.* 127. *ff. de legat.* 1. *Sarmiento ſelect. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. Cum hoc ſit ineptum. Ergò. *l. ſervo* 116. *§. ult. ff. de legat.* 1.

Nec etiam impedit prohibitio teſtatoris, ne ab Executoribus reddatio exigatur rationum; quominus eas poſſit exigere Epiſcopus. *fac. Clem. un. in fine. de teſtam. Jacob. de Canib. de execut. ult. volunt. part.* 2. *§. nobiſcum. num.* 1. *cum ſeqq. Barboſa d. loco. num.* 42.

Legatum ad piam cauſſam, ad certum uſum à teſtatore relictum,10 convertere poteſt Epiſcopus ad alium, ſuadente hoc juſta & rationabili cauſſa, *Barboſa. d. loco. n.* 47. *poſt infra alleg. Dd.* & tum debet; *Con-*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

cil. Tridentin. ſeſſ. 22. de reform. cap. 6. ſed tantum vice una ; & conſentiente teſtatoris herede: *Marian. Socin. tract. de oblation. lib. 19. n. 13. Cuch. Inſt. Major. lib. 2. tit. 9.* Qualis ſi non ſubſit, non poteſt citra auctoritatem Pontificis : *Clem. quia contingit. de relig. domib. junct. Gloſſ. verb. ſedis Apoſtolicæ. Cened. pract. & Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 35. num. 15.* niſi commutandi neceſſitas urgeat aliunde, & adiri non poſſit ſummus Pontifex. *Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 34.* Et nequidem cum illa ; niſi ad alium uſum pium ; voluntati defuncti proximiorem. *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 8. Barboſ. l. loc. num. 58. cum ſeqq.*

11 Habent Legata ad pias cauſſas præ aliis multa *privilegia*: *Enumerat ea Baptiſta de Toro. in ſingular. piar. cauſſ. & in Sum. Privileg. piar. cauſſar.* enumerabimus nos certiora.

1. Cenſentur valida, quotieſcunque tantum de teſtatoris mente, & legandi poteſtate conſtiterit. *c. indicante. 4. de teſtam. c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt.* 2. Licet in genere pauperibus, aliisque incertis perſonis ſint relicta : *l. id quod. l. nulli. Cod. de Epiſcop. & Cler. in c. cum tibi 13. Gloſſ. verb. diſpoſitionem. de teſtam. Tyraquel. de priv. leg. piæ cauſ. privileg. 55. & 56.* 3. Alterius voluntati inſtituto heredis commiſſa. *d. c. cum tibi 13. & ibi Covarruv. num. 12. l. fideicommiſſaria. 46. in princ. ff. de fideicomm. libert. Tyraquel. priv. 64.* 4. Subcaptatoria : *fac. c. per tuas. 5. de donat. can. ult. 20. qu. ult. Butr. in l. Cod. de SS. Eccleſ. Tyraquel. d. priv. Trentacinqu. Var. reſolut. lib. 1. tit. de pia cauſſa. reſolut. 1. à princ.* 5. A filio familias: *Bart. in l. 1. num. 23. Cod. de ſucceſ. Eccleſ. Alexand. in l. ſenium. 3. §. 1. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Covarr. in rub. de teſtam. part. 3. num. 2. Craſſus. §. teſtamentum. quæſt. 17. num. 12. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 79. num. 20. 6.* Religioſis nihil proprii in commune habere valentibus ; pro alimentis, aut ad cultum divinum : *Sorb. in compend. privileg. mendicant. verb. legata. in annot. verſ. ſi verò aliquid. Card. in Clem. exivi. num. 13. Anchar. num. 8. & 21. Cordub. in reg. S. Franciſci. cap. 6. qu. 11. punct. 3. Fr. Emman. qu. Regul. tom. 2. qu. 126. art. 5. Barboſa d. loco. num. 75. cum ſeqq.* 7. Heres hereditatem non adeat, aut repudiet: *Benedict. Ægid. in d. l. 1. Cod. de SS. Eccleſ. part. 3. §. 2. num. 115. Covarruv. in c. Raynaldus.*

naldus. §. 3. ſub num. 10. de teſtam. 8. Detractionem Falcidiæ non patiuntur : *Auth. ſimiliter. Cod. ad leg. Falcid. Tyraquel. d. tract. privileg. 26. Covarr. d. §. 9. numer. 7. Peregrin. de fideicomm. artic. 3. à numer. 62.* 9. Soluta indebitè, per condictionem non repetuntur : *§. fin. Juſt. de obligat. quæ ex quaſi contr. Tyraquel. d. tract. privileg. 125.* 10. Si Eccleſiæ ſimpliciter, non expreſſo cui relicta valent & debebuntur; aut parochiali; *d. Novel. 131. cap. 9. & ibi Gloſſ. Tyraqu. d. tract. privil. 56. Menoch. de ſucceſſ. §. 27. num. 43. Coſta. in c. ſi pater. verb. pauperes. num. 13. de teſtam. Graſſ. §. legatum. qu. 64.* aut pauperiori : *d. Novel. 131. cap. 9. Gomeſ. var. reſolut. tom. 2. cap. 11. num. 8. octava concluſio. Graſſ. d. loco. n. 5.* 11. Debentur etiam ex teſtamento nutu & ſignis condito : *Gloſſ. in c. cum tibi. de teſtam. Tyraqu. d. tract. priv. 8. Magdalen. de num. teſt. in teſtam. requiſ. part. 2. cap. 12. num. 35. Clar. §. teſtamentum. qu. 6. n. 7. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 15.* 12. Ut & cui tantum ſubſcripſerint teſtes duo : *c. relatum. il. 1. de teſtam. & ibi Canon. & Covarr. num. 1. verſ. hæc verò decretalis. Tyraqu. d. tr. priv. 1. Clar. d. loc. quæſt. 6. num. 1. Boër. deciſ. 93. Magdalen. d. part. 2. cap. 3. à princ.* 13. Imò ſi nulli : *Menoch. conſil. 167. num. 20. & conſ 224. num. 59. cum ſeqq. Mantica d. tract. lib. 6. tit. 3. num. 13. Magdalen. d. loco. num. 17.* 14. Relicta pro dotandis pauperibus puellis, & dari poſſunt ſine dote nuptis : *Navarr. quæſt. forenſ. 125.* etiam viduis : *Baptiſta de Toro in Sum. privileg. piar. cauſſar. priv. 84. &c.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

TITULUS XVI.

De Diariis ſeu diſtributionibus quotidianis.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Cur dicuntur Diſtributiones.*
3. *Sunt Duplices: Et quæ.*
4. *Earum definitio.*
5. *Quomodo appellentur, impropriè.*
6. *Quando computentur inter Beneficiorum fructus.*
7. *Cur inſtitutæ.*
8. *In Eccleſiis ſi non ſint, ſecundum Conſilium Tridentinum tertia pars fructuum ſeponenda.*
9. *Ex quibus Beneficiis.*
10. *Secundum quem Valorem.*
11. *Jus percipiendi Diſtributiones quotidianas quibus competat.*
12. *Quomodo aſſignandæ.*
13. *Beneficiatus de iis diſponit liberè.*
14. *Nonnulli, licet abſint, eas lucrantur.*
15. *Quæ legitimæ abſentiæ cauſſæ.*
16. *Dictis exceptis, eas amittunt ipſo jure, divinis qui non intereſſunt.*
17. *Qui cenſeantur non intereſſe.*
18. *Eorum diſtributiones quibus accreſcunt.*
19. *Amiſſæ remitti nequeunt.*
20. *Nullæ veniunt in condemnatione fructuum.*

Signi-

SEquitur de *Distributionibus quotidianis* : cum & beneficiorum sint fructus : & nonnunquam per se beneficia. 1

Appellantur *distributiones*, quia juxta cujusque merita ac laborem ac qualitatem distribuuntur. 2

Sunt duplices. Quædam *præbendarum vice funguntur* : Quædam *à præbendis sunt separatæ* atque distinctæ. 3

Illæ sunt Ecclesiarum, quarum fructus omnes reponuntur in communi, & distribuuntur Canonicis. *vid. c. olim. de verb. signif. & Decian. cons. 43. vol. 1. Menoch. cons. 436. num. 25.*

Hæ sunt Ecclesiarum, in quibus Canonici habent præbendas certas, & præter eas, distributiones quotidianas, pro interessentibus divinis officiis. *vid. c. fin. de rescript. in 6. & c. un. de Cleric. non resident. in 6. & c. ult. de conces. præbend. in 6.*

Dicuntur in jure Civili διάφορα. *in Novel. 123. cap. 3.* Latinè *Emolumenta* : Vulgò *Præsentiæ* : & *distributiones quotidianæ* : Quæ iis qui quotidiè horis Canonicis, divinisque officiis intersunt, quasi quotidianum & diurnum stipendium distribuuntur.

Definiri possunt, stipendia quædam personalia, quæ ex reditibus 4
Ecclesiæ, præter præbendam aut portionem certam pro beneficio competentem, Canonicis & Beneficiariis, seu Clericis, divinis officiis interessentibus tribuuntur.

Nuncupantur & *Beneficia Manualia. in c. d. c. olim. & d. c. un. de* 5
Cleric. non resident. in 6. Quia divinis horis interessentibus dantur ad manum. *Duar. de benef. lib. 7. cap. 4.* Non tamen propriè.

Imò nec propriè appellatione redituum beneficii veniunt. *c. licet. de præbend. c. 2. de privileg. in 6. Barbosa de appellativa verb. utriusq; juris signif. appell. 251. num. 5.* Ut nec appellatione fructuum ; *fac. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. præterea. Covarr. lib. 3. resolut. cap. 13. num. 1.* cum dentur ratione certi ministerii personalis. *c. licet vobis. cum Gloss. de præbend. Fr. Emman. quæst. regular. tom. 2. qu. 74. art. 4.*

Computantur tamen inter fructus, redditus, & proventus bene- 6
ficiorum, quando agitur de sola consideratione & æstimatione bene-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

ficii, quæ in beneficiis ſolet exprimi ad hoc, ut Papa ſciat valorem ipſius. *ſec. Gemin. in c. fin. & Franch. num. 1. de reſcript. in 6.*

Imò & ſemper, ſed ſecundùm ſubjectam materiam. Ut ſi agatur de fructibus alicujus Canonicatus non habentis præbendam, aliove fructus præter diſtributiones quotidianas. *Gemin. in cap. præſenti. num. 19. de offic. Ordin. in 6. Prob. ad Monach. in d. c. un. num. 60 & 64. de Cleric. non reſident.*

7 Inſtitutæ hujusmodi *Diſtributiones quotidianæ*, ut Clerici, præter ſpiritualia præmia, quæ à Deo pro officiis divinis conſequuntur, acciperent, & ſtipendium temporale pro victu ab Eccleſia; *can. Clericum vi-ctum. diſt. 20.* eò lubentius & diligentius pro recitandis officiis divinis convenirent ad eam, *d. c. un. de Cleric. non reſident. in 6. Ugolin. de offic. Epiſc. cap. 19. §. 2.* & obirent munera ſua. *Ugolin. de Simon. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 4.*

Unde & *in can. licet. de præbend.* conſtitutum, ut intereſſentibus divinis officiis tribuantur tantum, nullâ contrariâ conſuetudine obſtante: ſi non præſentes eas reciperint, ad reſtitutionem condemnantur; *per d. c. un.* Quod tamen patitur exceptiones. De quibus infra.

8 Voluit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. de reform. cap. 3.* ut in Eccleſiis, ubi diſtributiones quotidianæ vel nullæ ſunt, vel tenues, tertiam quorumcunque fructuum & reddituum omnium beneficiorum partem ſeparari, & in diſtributiones quotidianas converti, dividique proportionaliter inter divinis officiis intereſſentes.

9 Sed ea deduci non poteſt, niſi ex Canonicatibus & Beneficiis, reſidentiam in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis requirentibus: *Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 473. Ugolin. de offic. Epiſc. cap. 19. §. 2. num. 4.* Niſi ipſa beneficia præbendis Canonicalibus ſint incorporata: *Piaſec. in prax. Epiſc. part. 2. cap. 3. num. 7. verſ. de diſtributionib. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. diſtributiones quotidianæ. §. 2.*

10 Deducenda ſecundum valorem currentem; *Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 467. & cap. 4. num. 22.* & verum; *Garc. d. loco.* & penſionibus & oneribus impoſitis deductis. *S. Concil. Congreg. ſub die 7. Aprilis 1629.*

Jus

Jus autem percipiendi Distributiones quotidianas competit Ec- 11
clesiarum Cathedralium & Collegiatarum Canonicis, *d. c. un. de Cleric. non resid. in 6. Clem. 2. de ætat. & qual. Extrav. nonnullæ. §. præterea. de præbend. c. licet. de præbend. Concil. Trident. d. sess. 21. de reform. cap. 3. & sess. 24. de reform. cap. 12. vers. præterea.* Clericis: *d. c. un. punct. d. Clem. 2. & Concil. Trident. d. cap. 12. vers. præterea. Monet. de distribut. quotid. part. 2. qu. 1. ex num. 1.* Canonicis in ætate dispensatis. *S. Congr. Concil. in una Reatina. 10. Julii 1627. Barbos. Juris Eccles. univ. lib. 3. cap. 18. num. 26.* Etiam regulariter, supernumerariis & cum exspectatione præbendæ creatis; *Ludov. Gomez. tract. de grat. exspectat. num. 48. Staphil. de form. exspect. formul. 1. num. 8. & 12. Barbos. d. loc. num. 27. cum seq.*

Assignandæ singulis horis Canonicis & Missis conventualibus; 12
Gloss. in verb. ordinationem in d. c. un. de Cleric. non resident. in 6. & verb. Canonicus. in Clem. 1. de celebrat. Miss. Sanctarel. variar. resolut. qu. 12. num. 4. integris: *Monet. d. p. 2. qu. 4. num. 14.* Nisi consuetudo sit contraria: *d. Clem. 2. de ætat. & qual. ubi Gloss. verb. certis horis. Cardin. qu. 17. Anchar. num. 8. Imol. num. 33.* spatio annorum quadraginta introducta. *Monet. d. part. 2. qu. 3. num. 47. per c. fin. de consuet.*

Harum distributionum quotidianarum dispositionem habet Be- 13
neficiarius liberam. Quia earum est dominus. *d. c. un. de Cleric. non residents. in 6. Domin. in c. præsenti. 9. de offic. Ordin. in 6. num. 16. cum sæqq. & Franch. num. 10. & in d. c. un. §. quia verò. à num. 3. alii q. all. per Barbos. d. lib. cap. 17. num. 31.*

Distributiones quotidianas, præter supra enumeratos nonnulli, 14
licet à Choro absunt, & divinis officiis non sint præsentes, lucrantur ex privilegio aliave causa rationabili: Nempe 1. Auditores Rotæ Romanæ: *ex constit. Clement. VIII. incip. convenit. sub dato nonis Augusti 1525. Sanctarel. var. resolut. qu. 11. num. 1.* 2. Inquisitores in hæreticam pravitatem: *Sanctarel. d. qu. 11. num. 3.* 3. Collector Generalis Cameræ Apostolicæ, Subcollectores, Advocati, Procuratores fiscales, & Notarii in causis jurium dictæ Cameræ, durante eorum functione: *Constit. Sixti V. dat. 8. Martii 1590. Sanctarel. d. qu. num. 6.*

4. Archi-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

4. Archidiaconi, aliive Canonici viſitantes Eccleſiam propriam, jura, redditusve præbendarum ſuarum : *Garcias de benefic. part. 3. cap. 2. num. 332. cum ſeq.* 5. Pœnitentiarii, audientes in Eccleſia, dum recitantur officia divina, confeſſiones : *Riccius in praxi fori Eccleſ. deciſ. 498. in edit. 1. Monet. d. diſtribut. quotid. part. 2. qu. 11. num. 64. cum ſeqq.* 6. Præbendam Theologalem habentes in diebus, quibus prælegunt: *Garcias d. cap. 2. num. 118. Monet. d. loco. qu. 10. num. 27.* 7. Intereſſentes generali Concilio: *Bartholom. à S. Fauſto. de horis Canonic. lib. 3. qu. 52. Trullench. in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 12. in princ. num. 7.* 8. Animarum curæ actu in Eccleſiis, ubi ſuos habent Canonicatus, vel dignitates, *Bartholom. à S. Fauſto d. lib. 3. qu. 76.* incumbentes: *Leo in Theſ. Fori Eccleſ. par. 3. cap. 2. num. 24. Zerol. d. loco, num. 3. verſ. ſecundò debentur.* 9. Papæ privilegium habentes: *Gemin. num. 4. Frauch. num. 3. in c. un. de Cleric. non reſident. in 6.* 10. Miſſi ab Epiſcopo ad viſitanda, ejus nomine, Limina Apoſtolorum: *Riccius in d. praxi deciſ. 408. Barboſ. lib. 3. Juris Canon. univ. cap. 18. num. 48. Leo in Theſaur. fori Eccleſ. cap. 2. n. 23.* 11. Epiſcopum ea viſitantem comitantes: *S. Congregat. Concil. in declar. ſup. decret. Sixti V. cap. 12. in verb. fructuum. §. canonici. Leo d. loco.* 12. Ex cauſſis legitimis abſentes: *d. c. un. de Cleric. non reſident. in 6.*

15 Cauſſæ abſentiæ legitimæ cenſentur : 1. Utilitas Capituli: *per d. c. un. Riccius in d. praxi reſol. 389. qu. Seraphin. deciſ. 1239. part. 2. Barboſa d. loco. num. 52. cum ſeqq.* 2. Canonici infirmitas: *d. c. un. Covarruv. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Gomes. in reg. de infirm. reſign. qu. 9. verſ. 47.* puta, ſi greſſus ipſi ſit difficilis: *Menoch. de arbitr. jud. caſu 60. num. 14. cum ſeq.* lumine oculorum captus: *Monet. d. part. 2. qu. 6. num. 16.* podagra aliove morbo laboret: *Monet. d. loco. num. 18.* ita ut Medicorum opera indigeat. *Barboſa d. loco à num. 58. uſq. ad 62.* 3. Senium: *Leo d. num. 27. Monet. d. part. 2. num. 7. Riccius d. reſol. 389. num. 7. Zypæus in Juris Pontif. Novi Anal. tit. de Cleric. non reſident. num. 3.* 4. Metus occiſionis ab inimicis: *Covarr. d lib. & cap. num. 8. verſ. decimo. Monet. d. part. 2. qu. 5. num. 71.* bello, *Sforz. Oddi. de in integr. reſtit. art. 9. num. 92. Menoch. de arbitr. caſu 153. num. 12.* peſte,

peste, *Menoch. d. loc. num.* 10. *Oddo d. loco. num.* 94. 5. Incarceratio injusta: *Covarr. d. loc. num.* 8. *vers. undecimo. Zerola d. loco.* §. 8. 6. Relegatio: *Covarruv. d. loc. vers. decimo.* 7. Excommunicatio: *Covar. d. loc. num.* 8. *vers. cæterum.* 8. Suspensio: *Monet. d. part.* 2. *qu.* 15. *num.* 46. 9. Interdictio: *Paris. cons.* 32. *num.* 24. *vol.* 4. 10. Privatio: *S. Congreg. negotiis Episcop. & Regul. præposita.* 26. *Maji* 1625.

Dictis exceptis, qui divinis officiis non intersunt, distributiones quotidianas amittunt, & quidem ipso jure, *d. c. un.* §. *qui vero. Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 12. *vers. distributiones. Sanctarel. var. resolut. lib.* 1. *qu.* 13. *num.* 1. 16

Non interesse censentur, qui absunt à choro, qui præsentes in choro non cantant ipsi: *c. dolentes. de celebrat. Miss. Concil. Trident. d. cap.* 12. *vers. omnes verò. Fr. Emman. in sum. tom.* 1. *cap.* 145. *num.* 5. *Comitol. respons. moral. lib.* 1. *qu.* 62. *aliiq. alleg. per Barbos. d. loc. num.* 80. Nisi Ecclesiarum alia sit consuetudo: *Barbosa d. loc. num.* 83. qui in choro dormiunt, confabulantur: *Suar. de relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 9. *Squillante de obligat. Cleric. p.* 1. *num.* 61. sed hi non in totum: *Barbos. d. loco. num.* 65. propter suam præsentiam: *Trullench. in præcepta Decalogi. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 3. *num.* 6. *in fin.* 17

Non interessentium distributiones accrescunt actu, *d. c. un. vers. statuimus. Concil. Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 3. *& sess.* 24. *de reform. cap.* 12. *Barthol. de S. Fausto, de horis Canonic. lib.* 3. *qu.* 88. interessentibus: *sec. Gloss. verb. pars dimidia. in Clem.* 2. *de ætate & qualit. vid. & verb. suspensis. in Clem.* 2. *de vita & honest. Cleric. Concil. Trident. d. cap.* 12. *& sess.* 21. *de reform. cap.* 3. Nisi consuetudo sit, ut convertantur in Ecclesiæ utilitatem: *Barbosa d. loc. num.* 87. *post Monald. cons.* 27. *num.* 4. vel omnes à divinis officiis abfuerint: *Cassad. ad d. c. un. num.* 3. *Covarr. d. cap.* 13. *num.* 7. 18

Amissas ob non residentiam, nec Episcopus, nec Capitulum, ei qui amisit, remittere aut condonare possunt: *Concil. Trident. d. cap.* 12. *vers. distributiones. Piasec. de praxi Episc. part.* 2. *cap.* 3. *in fine. Sanctarell. var. resolut. quæst.* 13. *num.* 7. *Mendoz. de Cabedo divers. Juris argum. lib.* 1. *cap.* 9. *Riccius d. praxi resol.* 384. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 166. *num.* 31. 19

20 Percipientes diſtributiones quotidianas non tenentur tribuere Seminariis; tam antiquis, quàm noviter exſtructis: *S. Congreg. in declarat.* 318. nec eæ veniunt in condemnatione fructuum: Niſi in fine anni ſolvantur tota ſimul. *Capud. Aqu. deciſ.* 29. *part.* 2. *Zerola d. loca, verſ. ad quintum.* Videantur quæ de hiſce Diſtributionibus Quotidianis diximus in tractatu noſtro de perſonis Eccleſiaſticis *lib.* 3. *tit.* 2. *de Canonic. Secularib. à num.* 19.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

LIBER

LIBER OCTAVUS.

TITULUS I.

De Obligatione Beneficiati in genere.

SUMMARIA.

1. *Beneficiato quæ Obligatio Generalis.*
2. *Ad quæ tenetur onera.*
3. *Quæ spiritualia.*
4. *Quæ Realia.*
5. *Quibus præstantur hæc: & quæ.*
6. *Spiritualia sunt duplicia.*
7. *Communia quæ?*
8. *A quibus subeunda.*
9. *Qui excusantur.*
10. *Specialia onera quæ.*

GEneralis Clerici & *Beneficiati Obligatio* est, ut deserviat Ecclesiæ in qua est intitulatus, & possidet beneficium. 1

Tenetur ad *onera.* Quæ vel sunt *realia,* vel *spiritualia.* 2

Hæc sunt officia & opera pietatis, quæ impenduntur Ecclesiis: & præstantur labore & animo Clericorum. 3

Illa sunt quasi patrimoniorum munera, quæ exhibentur sumptibus & proventibus beneficii. 4

Præstantur ea ab inferioribus Clericis, vel *Prælatis Superioribus,* vel *Principibus.* 5

Prælatis, *Quarta Decimarum, Primitiarum, Oblationum, mortuariorum; Jus Cathedratici; Procurationis* sive Visitationis; *Annatæ,*

Corvinus
De Personis
et Beneficiis Eccles.
G IV.
32

Decimæ Pontificales, & ejuſmodi: de quibus diximus jam ſupra.

Principibus penduntur interdum tributa, *angaria*, *parangaria*, aliaque jura, quorum fortè immunitatem non habet Eccleſia; vel in locis in quibus non habet. *l. neminem.* 11. *l. placet.* 5. *Cod. de SS. Eccleſ. & tot. tit. de immunit. Eccleſ. in* 6.

6 *Spiritualia* onera ſunt aut omnium Clericorum *communia*, & Clericis omnibus injuncta; aut *ſpecialiter* quibuſdam beneficiis impoſita.

7 *Communia* ſunt, onus dicendi Officium diurnum & nocturnum certis & deſignatis horis; *c. ſin. diſt.* 62. *c.* 1. *de celebrat. Miſſar.* attente, devotè, ſine ſyncopatione & interruptione, *c. dolentes. eod.*

8 Subeunda ab omnibus Clericis, etiam beneficium non habentibus; nec ex iis ullus ea ſine peccato mortali & depoſitionis pœna, niſi deprecetur veniam, omittere poteſt. *d. c.* 1. *& can. ſin. diſt.* 92. *Panorm. in Clem.* 1. *de celebrat. Miſſar. Gloſſ. in verb. teneatur. tit. qualiter hora canonicæ dicendæ ſint contra chorum in pragm. ſanct.*

9 Excuſantur tamen infirmi, & hi quos impedit occupatio repentina, quæ ſine peccato vel ſcandalo omitti non poteſt.

10 Onera beneficiis ſpecialiter impoſita, ſunt ſecundùm diverſas beneficiorum qualitates diverſa: ut ſi præbendæ annexum ſit onus dicendi Miſſam diariam, *c. ſignificaſti i. de præbend.* adminiſtrandi ſacramenta, prædicandi verbum Dei, prælegendi, aut quid ſimile. *Dartis de benefic. ſect.* 19. *in princ.*

TITULUS II.

De Reſidentia Beneficiatorum in genere.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Omne Beneficium requirit Reſidentiam.*
3. *Quare.*
4. *Ab Eccleſia demigrantes à Græcis appellantur*

tur Desertores.
5. *Residere ergo debent Clerici in suis beneficiis.*
6. *Etiam de jure Civili.*
7. *Nisi, sed de consuetudine, sint Simplicia.*
8. *Quæ cessat, ubi est consuetudo contraria.*
9. *Quid si Clerici sint vagabundi.*

PRopter illa onera, Spiritualia quæ dicuntur, sive sint communia, sive specialia, Beneficiorum fructus, de quibus egimus, præcedenti libro, percipiuntur; in quibus beneficiis, ut illa subeant onera, intitulati *residere* perpetuò debent. 1

Dicit D. Hieronymus *super Levitico: Si quis vult esse Pontifex, non tam vocabulo, quam merito; imitetur Moysen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de iis? quod non descendebant de Tabernaculo Domini.*

Et est recepta generalis regula: Omne beneficium requirere *Residentiam. c. 3. & 4. & per tot. de Cleric. non resident. c. ad hæc. de præb. can. singulæ. dist.* 89. 2

Cum enim nullus Clericus ordinari possit, quin intituletur Ecclesiæ certæ, *d. c. 3. de Cleric. conjug.* perseverare debet in ea, cui nomen dedit & fuit adscriptus: nec ei licet ab una demigrare in aliam. *can. Sanctorum. dist.* 70. 3

Facientes hoc Concilii Sardicensis (ex quo desumptum *c. 1. de Cleric. non resid.*) Interpretes Græci appellant Ecclesiæ desertores. Synensius *epist.* 67. *ad Theophylum* βαχαντίβους, quasi diseret *Vagantes*, tracta appellatione à voce Latina; non vacantes, id est, otiosos, desides, vacuos; ut alias βαχαντίβος exponitur. Suidas, βαχαντίβος χολάσης, μὴ παραμένων τῷ πράγματι αὐτῦ; vacantia, otium est. 4

Residere ergò debent Clerici in suis beneficiis, etiam modicis; *c. conquerente. 6. c. inter* 10. *eod.* etiam simplicibus *c. fin. de rescript. in* 6. *Gloss. in c. execrabilis. Extrav. Joh.* 12. *de præbend. Garcias. de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 1. 5

Quod & constitutionibus Imperatoriis in *Novel.* 6. *§. interdicimus. Novel.* 123. *l. generaliter* 5. *§.* 1. *Cod. de Episcop. & Cleric.* & Decretis Concilii Tridentini *sess. can.* 1. *& 2. de reform.* est consentaneum. 6

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

7 Conſuetudo tamen generalis ab omni reſidentia exemit Beneficia Simplicia; ut ubique docent Interpretes. *Albert. Sbrotius de vero & perfecto Clerico. lib. 2. cap. 44. num. 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. de non reſidendo. num. 8. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. beneficium. Hojeda tract. de incompatibil. Benefic. cap. 17. num. 25. aliique allegati per Garciam. d. loc. num. 3. Leo in Theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 2. num. 2.*

8 Ceſſat tamen ea, ubi ſtatutum vel conſuetudo ſpecialis eſt in contrarium: *Felin. in c. dilectus. 2. num. 1. de reſcript. Jacob. de Graſſis in deciſ. aureis. caſuum conſcientiæ. lib. 2. cap. 29. Zerola d. loco. §. 73. Garc. d. loco. num. 11.* ut ſi beneficia ſimplicia habeant adminiſtrationem & exercitium curæ annexum: *Garc. d. loco. num. 170. cum ſeqq.*

9 Ceſſat ejus vigor, ſi Clerici talia beneficia habentes ſint vagabundi: poſſuntque ob delictum vagationis, ſervatis de jure ſervandis, legitimo contra ipſos formato proceſſu, illis jure privari: *Gloſſ. ult. in can. non oportet. de conſecrat. diſt. 5. Innoc. in c. ex tuæ devotionis. n. 4. & Abb. num. 14. de Cleric. non reſident. Corſet. in ſing. verb. Vagabundus Diaz. pract.* Crimine: *cap. 53. num. 4. Leo. d. loco. num. 9.*

TITULUS III.

De Reſidentia curam animarum habentium.

SUMMARIA.

1. *Reſidentiam debent omnes, quibus animarum cura commiſſa, idque*
2. *De Jure Canonico:*
3. *Juſtinianeo:*
4. *Divino.*
5. *Ex ratione Naturali.*
6. *Romanorum mos.*
7. *Ejus ratio.*
8. *Epiſcoporum vagantium pœna.*

9. Ultra

9. *Ultra trimestre singulis annis abesse non possunt: nec unquam sine justa caussa.*
10. *Quæ talis.*
11. *Allegari, & in scriptis approbari debet regulariter.*
12. *Quæ hic Metropolitani auctoritas.*
13. *Quando Parochis abesse liceat.*
14. *Absentium sine licentia & caussa quæ pœnæ.*
15. *Qui fructus, quibus erogandi.*
16. *Quando discessus Parocho innoxius.*
17. *Quidsi licentiam nolit concedere Ordinarius.*
18. *Quæ excusent Parochum, & quæ non.*
19. *Parochus existens, Parochiali & officio suo non fungens, an fructus faciat suos.*
20. *Docentes & Studentes in Scholis an excusentur à Residentia.*
21. *An indigent licentia.*
22. *Non residens, cum teneatur Beneficiatus, non privatur ipso jure.*
23. *Omnino Parochus, si non resideat.*
24. *Privationem quæ debeant præcedere.*
25. *Ejus executio non potest suspendi.*
26. *Dicta etiam obtinent in habentibus Curæ animarum exercitium.*

Residentiam debent, de jure non tantùm *Canonico*, sed & *Justinianeo*, & *Divino*, Episcopi & alii Pastores, etiam Parochi; omnesque *quibus animarum cura est commissa*: ex quo tenentur gregem sibi commissum pascere. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. de reform. & sess. 23. cap. 1. de reform. Navar. de horis Canon. cap. 44.* 1

De *Jure Canonico; in c. 2. c. Conquerente. 6. cap. quia nonnulli. 3. de* 2

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

de Cleric. non reſid. can. ſi Rector. diſt. 43. *can. adverſus.* 7. *qu.* 1. *c. niſi de renuntiat.*

3 De *Jure Juſtinianeo;* in *Novel.* 6. *cap.* 2. *ubi* Juſtinianus ſtatuit: Ut nemo venerabilium Epiſcoporum foris à ſua Eccleſia plus quam per totum annum abſit; niſi per Imperialem juſſum, aliàs abſentes per Patriarchas revocari jubet, contumaces Epiſcopatu privari: *In Novel.* 123. *cap.* 9. interdicit Epiſcopo ultra annum relinquere Eccleſiam ſuam, etiam ex neceſſitate citra Metropolitani & Imperatoris licentiam: Si fecerit, admoneri vult, ut redeat, ſi non faciat, revocari intra certum tempus; ſi non pareat, Epiſcopatu expelli.

4 De *Jure Divino;* Eſt enim in eo Reſidentiæ ratio fundata: Actor. 20. vers. 28. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Et D. Paulus 2. Timoth. 4. ut in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant. Implere autem non poſſunt, ſi mercenariorum more greges ſibi commiſſos deſerant, ſi eorum cuſtodiæ non incumbant: Quam ſine maximo peccato omittere non poſſunt, obnoxii rationibus reddendis animarum, quæ perierint eorum negligentiâ & abſentiâ: Sanguis enim iſtarum de manibus illorum à Supremo judice requirendus. *Ezechiel.* 33. & 34. *can. Epheſiis. diſt.* 43.

5 Suadet etiam *Reſidentiam* Naturalis ratio: Abſentibus enim Epiſcopis & Præpoſitis, ſolent res & ædificia Eccleſiarum negligi, hæreſes in gregem Dominicum ſævire: Sentiit hoc ipſa Roma; Sedes Apoſtolica in Galliam translata: *Platina in Clem. V. vita.* Magiſtratuum ſolicitudo & cura deſiderat Præpoſitos præſentes.

6 Prudenter propterea à Romanis ſtatutum: Nè liceret Provinciæ Præſidi egredi Provinciam, niſi voti ſolvendi gratia, & ea lege, nè abnoctaret. *l. illud.* 15. *ff. de offic. Præſid.* Nè Tribunus Plebis per unum diem abeſſet Roma: *Dio Caſſius lib. hiſtor.* 27. Nè Senatores, jus dicendi ſententiam in Senatu habentes, & Magiſtratus Minores longius abirent ab Urbe, quam redire poſſent eo die: *Livius lib.* 36. *Gellius Noct. Atticar. cap.* 2. Nec Prætori Urbano ultra decem dies Urbe abeſſe licuit. *Cicero in Philippica.*

Recitus

Rectius etiam geritur negotium, ubi præsens & testis est is, cujus 7
est ipsum negotium. Hinc illud proverbium; Frons occipitio prior, id est, potior & melior, apud Plinium, *lib. 18. histor. Natur. cap. 6.*

Meritò ergo Episcopi, qui propriæ salutis immemores, terrena cæ- 8
lestibus, humana divinis præferentes, in diversis vagantur curiis, aut in negotiorum temporalium solicitudine, ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum neglecta cura, se detinent occupati, per menses sex continuos, extra suas Diœceses, absunt citra impedimenta legitima; quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus, *Navarr. in manual. cap. 25. num. 121. & cons. 20. num. 4. de declarat. Missar. Gigas d. loco, num. 30.* Diœcesis, quibus maluerint, *Garcias d. loco, num. 31.* applicandorum, pœnam ipso jure incurrunt; Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam quartam partem, similiter applicandam, amittunt: Et crescente contumacia, ut severiori sacrorum canonum censuræ subjiciantur, Metropolitanus Suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem, Suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda, intra tres menses per litteras seu Nuncium denunciare tenetur Pontifici Romano; Qui suæ Supremæ Sedis auctoritate, in ipsos absentes, prout cujusque aut minor aut major exegerit contumacia, animadvertere, &, sicut in Domino expedire noverit, ipsis Ecclesiis de Pastoribus utilioribus providere possit. *c. 1. & 2. c. ex parte. 8. c. ex tuæ. 11. de Cleric. non resid. Concil. Trident. d. sess. 6. de reform. cap. 1. §. ac nihilominus. & §. si quis. sess. 23. de reform. cap. 1. Leo d. loco, num. 4. Lessius de Justit. & jure. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 155. cum seqq. Zypæus in Anal. Juris Pontif. Novi tit. de Cleric. non resident. num. 7.*

Episcopus enim diu à sua residentia absens jure privari potest- *d. c. 2. c. qualiter. 19. eod.* Præcipuè autem diebus adventus Dominici, resurrectionis Domini, Pentecostes, & corporis Christi, *can. si quis in Clero. 7. quæst. 1.* & tempore quadragesimali, *Concil. Tridentin. d. sess. 23. de reform. cap. 1. circa med.* abesse potest.

Nec ultra trimestre singulis annis, sive continuum, sive inter- 9
ruptum [quod etiam æqua ex caussa, & absque ullo gregis detrimento fieri debet] unquam abesse potest.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

10 Conceditur illud temporis ſpatium, cum Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, evidens Eccleſiæ vel Reipublicæ utilitas, expoſcit. *d. Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 1. poſt. c. ad ſupplicationem. de renunt. c. relatum. 4. c. de cætero. 7. c. tuæ fraternitatis. 12. de Cleric. non reſident. can. quorundam. diſt. 74.*

11 Abeſſe cupiens, dictas cauſſas allegare debet, & ut eas Papa, aut Metropolitanus, vel eo abſente, Suffraganeus Epiſcopus antiquior, approbet in ſcriptis, petere & obtinere: Niſi cum abſentia incidat propter munus aliquot, & Reipublicæ officium Epiſcopatibus adjunctum: Cujus quoniam cauſſæ ſunt notoriæ & interdum repentinæ, non erit neceſſè illud denunciare Metropolitano.

12 Eſt tamen hujus cum Concilio Provinciæ judicare de licentia à ſe, vel ſuffraganeo datis, & videre, nè quis iis abutatur, & errantem punire. *Concil. Tridentin. d. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. §. nam cum Leo. d. loc. num. 8.*

13 Parochis autem ſine licentia, in ſcriptis habita; [quæ gratis, & niſi ex gravi cauſſa, ultra bimeſtre concedi non debet;] & idoneo Vicario, ab Ordinario approbato, qui Parochiali Eccleſiæ interim ſerviat, cum debita mercedis aſſignatione, deputato, abeſſe non licet. *d. Concil. Tridentin. d. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. §. eadem omnino. verſ. diſcedendi. & ſeſſ. 6. de reform. cap. 2.*

14 Si ſine cauſſa & licentia abſint, mortalis peccati reatum incurrunt, & pro rata temporis abſentiæ fructus non faciunt ſuos: *Garc. d. loco. num. 26. Leo d. loco. num. 15.* & ſi moniti non redierint, poſſunt privari. *c. inter quatuor. & c. fin. de Cleric. non reſident.*

15 Fructus autem ii à ſuperioribus, rejecta compoſitione, *Concil. Trident. d. cap. 1. verſ. ſi quis autem. & verſ. eadem omninò. Navar. d. cap. 25. num. 121. Enriqu. in Sum. lib. 7. cap. 36. §. 3.* erogandi, fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus; *Lopez. inſtruct. can. ſcientia tom. 2. part. 2. cap. 10. Leo. d. loc. num. 15. Garc. d. loc. num. 30.* ipſius Parochiæ. *Garc. d. loco. num. 31.* etiamſi Eccleſia parochialis nec indigeat, nec in parochia ſint pauperes. *d. ſeſſ. 23. cap. 1. & ibi S. Congreg. Cardin. Leo d. loco, num. 15. Garc. d. loco, num. 31.*

16 Diſceſſus tamen Parocho, non petitâ ab Ordinario licentiâ, erit inno-

innoxius, si talis se discedendi caussa offerat, quæ non patiatur dilationem, & in petendo licentiam periculum sit in mora : modò de discessu quam primum certioret Ordinarium & de caussa cognoscat, detque licentiam; nisi in brevi sit reversurus. *Abbas. in d.c.relatum in num.6. Angel.in sum. vers.Clericus.* §. 3. *S. Congreg. ref. Garc. d. loc. numer.* 34.

Non sufficit Parocho volenti discedere, petere licentiam, sed opus ut obtineat. *Abb. in d.c.relatum.* Et ita censuit S. Congreg. *teste Garcia. d. loc. num.*37.

Verùm si morosus & difficilis sit Ordinarius, & licentiam dare 17
recuset, per viam appellationis, adire potest Superiorem, *Panorm. in d.c.relatum. & ibi Butrio Dartis de benef. sent.*19. *cap.* 1. *vers. nec quoque sufficit* : Ejusque tenetur exspectare decisionem. *Garc. d. loc. numer.*39.

Non excusat, secund. Congregat. Concilii, *ad d.c.*1. *Conc.* Paro- 18
chum à residentia, Servitium Episcopi, aut Cathedralis, aut Inquisitionis : *Emanuel Sa verb. residentia. Gonzal. ad reg. Cancell. de resident. Gloss.*6. *à num.* 255. Nec lis super parochiali regulariter : *Garcias d.loco. num.*47. Omninò litis persecutio super juribus & bonis parochialibus : *c. ex parte tua.*13. *de Cleric. non resident. Navarr. cons.* 14. *eod. tit.* non tamen concedi debet licentia ad tempus multum: propter Concilium Tridentinum. *d. cap.* 1. *sess.*24. *Zippæus d. loco, numer.* 24.

Similiter lis super dignitate aut Canonicatu, & persecutio ipsius non excusat possessorem à residentia; ultra tempus à Concilio permissum; *Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.*12. excusat litis super juribus seu bonis Dignitatis aut Canonicatus sui persecutio; adeò ut lucretur fructus durante absentia : *d. c. ex parte. & c. cum non deceat. de elect. in* 6. *Navarr. d. cons.* 14. *Afflict. decis.* 289. *numer.* 35.

Parochus existens in Parochiali, non tamen officium Parochia- 19
le exercens, nec Parochianis administrans Sacramenta, per se, ut debet, si velit officio sibi injuncto defungi; *c. extirpandæ.* §. *qui verò Concil. Tridentin. d. cap.*1. Sed per Vicarium; licet non resideat ut do-

bet, cum effectu, *Graſſis in deciſ. aur. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 97. Zechus de mun. Epiſcop. cap. 5. num. 1.* nihilominus videtur fructus facere ſuos : Cum non dici poſſit abſens. *Garcias. d. loc. numer. 52. cum ſeqq.*

20 Docentes in Scholis approbatis, *c. tuæ. 12. de Cleric. non reſident.* Theologiam vel Jus Canonicum publicè, *c. fin. de Magiſtr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1.* & Studentes in eis per quinquennium de jure Communi excuſantur à reſidentia : & in abſentia fructus ſuorum Beneficiorum recipiunt. *c. fin. de Magiſtr. & ibi Abb. Annania & Felin. c. licet. de præbend. c. cum ex eo. de elect. c. 2. de privileg. in 6. & ibi Franch. ad fin. Clem. 1. §. cæterum. verſ. ſanè de ſtatu Monach. Rebuff. in prax. benefic. tit. de diſpenſat. de non reſidendo. num. 25. Horat. Lucius tract. de his qui gaudent privileg. Scholar. privileg. 29. & 31. Dartis d. loco. verſ. alterum dubium.*

21 Licentiâ tamen Ordinarii indigent : *d. c. relatum. & ibi Gloſſ. verb. Prælatum. & ibid. Butr. Imola & Abbas & in d. c. tuæ. de Cleric. non reſident. Horat. Lucid. privileg. 99. c. cum ex eo. de elect. in 6. Dartis d. loco. verſic. verius eſt.* etiam de Jure Novo. *Zerola ad verb. ſtudium. §. 1. Garcias. d. loco. num. 87.* Sed conſuetudo ferè ubique eſt, ut non petatur ; *ſec. Innoc. Hoſtienſ. & alios in d. c. relatum. & c. inter quatuor. 10. eod. Dartis d. loco. verſ. hic tamen.*

22 Beneficiatus in beneficio reſidentiam requirente, non reſidens, eo privatur ; *d. c. conquerente. & ibi Innocent. & Abbas. Diaz. in pract. Crim. Canon. cap. 52.* non ipſo jure, *Abbas in d. c. ex parte. num. 2. Calder. & Imol. in c. ex tuæ. eod.* Sed prævià factâ monitione, ut reſideat. *c. ex parte. c. qualiter. c. quatuor. c. fin. & ibi Gloſſ. eod. Mandoſ. de monitor. quæſt. 39. num. 2. Rebuff. d. loc. num. 12.* Nec opus ſolemni citatione, ordineve judiciario. *d. c. ex parte. d. c. qualiter. d. c. ex tua. d. c. fin. de Cleric. non reſident. Felin. in c. 2. num. 3. de reſcript.*

23 Ipſo jure beneficio parochiali ſeu Curato privatur, in eo non reſidens ; *c. extirpanda. §. qui verò. in fin. de præbend. vid. Garc. d. loco numer. 133.* etiam citra monitionem præambulam. *Abbas in d. §. qui verò. Gloſſ. in l. 1. verb. reddere. Cod. de his quib. ut indign. & ibi Bart. Bald. Angel. Salic. Alexand. per c. cum dilect. de dolo & contum. c. quamvis. de*

vis. de offic. Ordin. in 6. *Selva de benefic. part.* 4. *quæst.* 4. Sed hoc per Concilium Tridentinum mutatum: Quo statutum, liberum esse Ordinariis, Parochos non residentes & contumaces, per censuras Ecclesiasticas, fructuumque sequestrationem & subtractionem, aliaque juris remedia, etiam usque ad *privationem* compellere. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 1. *vers. quod si per Edictum. & S. Congreg. sup. d. Capit. Flam. Paris. de resignat. Benefic. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 61.

23 *Privationem* debet præcedere *sex mensium lapsus & trina monitio*, per Edictum, cum termino competenti; *d. c. ex tuæ. & ibi Abb. de Cleric. non resident. Idem Abb. & Dd. in c. quoniam frequenter. §. porrò. num.* 10. *&* 11. *Ut lite non contest. Selva, d. part.* 4. *qu.* 5. *Zerolain praxi Episcop.* 1. *part. verb. privatio. §.* 3. puta, cum ignoratur, ubi Beneficiatus non Residens sit, vel personaliter commodè citari non potest. Aliàs sufficit citatio una, etiam extrajudicialis; nec necessè exspectari semestre, sed tempus erit arbitrarium. *Garcias d. loco. n.* 155. *cum seqq.*

24 Cujus pœnæ privationis, ut & aliarum contra Parochos non residentes statutarum Executio, nec privilegio, nec licentia, familiaritate, exemptione, statuto, consuetudine, etiam immemoriali, nec appellatione aut inhibitione suspendi potest. *Concil. Trident. d. sess.* 23. *de reform. cap.* 1. *vers. quodsi per Edictum. Joan. Ocon. in d. c.* 1. *de Cleric. non resident. in* 6. *Sahagun. in c.* 2. *de sequestrat. possess. num.* 54.

25 Dicta obligatio & onus residentiæ personalis non solum locum habet in habentibus verè curam animarum & Beneficia curata; nempe qui suo nomine & singulariter sunt Parochi, & Ecclesiæ Rectores; sed & in habentibus exercitium Curæ in Ecclesiis, in quibus Cura per plures administratur, quarum Beneficia non sunt propriè curata: Habent enim re & effectu animarum curam; & jus divinum & naturale, non subtilitates attendit, sed effectum & substantiam, & Concilium. *d. sess.* 23. *cap.* 1. *& sess.* 7. *de reformat. cap.* 3. loquitur absolutè & generaliter de Beneficiis animarum curam habentibus: *Garcias. d. loco. num.* 163. *cum seqq.* non tantum in titulum, sed etiam in Commendam. *Concil. Trident. sess.* 6. *de reformat. d. cap.* 2. *& sess.* 23. *cap.* 1. *vers. eadem omninò juncto princ. ubi, quocunque nomine & titulo præfectos. S. Congregatio Concilii declarat. ad d. loc.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

TITULUS IV.

De Reſidentia Dignitatum, & Canonicorum.

SUMMARIA.

1. *Dignitates & Canonicatus obtinentes ultra tres menſes ſingulis annis regulariter abeſſe non poſſunt.*
2. *Ubi reſidere debeant duplici gaudentes Beneficio.*
3. *Abſentes ultra tempus peccant mortaliter.*
4. *Quid ſi Dignitatibus annexa Viſitatio.*
5. *Abſentiæ ulterioris licentiam, nec dare poteſt Capitulum, nec Epiſcopus.*
6. *Reſidere tenentur obtinentes Dignitates, non tantum habentes expectantiam.*
7. *Obire illi tenentur officia ſua per ſe.*
8. *Suæ obligationi ſatisfacientes à Capitulis abeſſe poſſunt.*

1 AD *Reſidentiam* etiam tenentur, qui in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis, *Dignitates, Canonicatus, Prabendas* obtinent; ita ut, cujuslibet ſtatuti aut conſuetudinis vigore, ultra menſes tres continuos, aut interpellatos, *Butr. n. 2. Abb. num. 6. in c. licet. de ſupplend. negl. Prel. Bart. & alii in l. cum hiſ ſextus. ff. d. verb. ſignif. Francus. in c. quam ſit. §. electus. num. 4. de elect. in 6.* (ut declaravit Sacra Congregatio) ab eisdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe eis non liceat: Conſtitutionibus tamen earum Eccleſia-

clesiarum statutis, longius si servitii tempus requirant, salvis. *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. præterea obtinentibus.*

Dignitatem principalem in Collegiata quæ & Sedem in Cathe- 2
drali habet, obtinens, residere debet in Collegiata. *Abbas in c. extirpandæ. §. qui verò. num. 5. ubi & Hostiens. num. 8. de præbend. Garcias de benefic. part. 3. cap. 2. num. 182.*

Canonicatum & Monasterium habens in Commendam, residere debet in Monasterio; nisi illud à cura animarum sit liberum *S. Congregatio Concilii.*

Habens *Canonicatum & Parochialem* in duabus Diœcesibus, si non residet ex permissu Episcopi in Parochiali, residere debet in Canonicatu. *Bulla Pii V.*

Duas ex dispensatione habens *Dignitates* seu *Canonicatus*, residere tenetur in digniori. *S. Congregat. Concilii. Garc. d. loco. num. 185.*

Et habens ex dispensatione duo *Beneficia* requirentia residentiam, residere debet in eo quod majorem necessitatem seu residendi caussam habet: Si habent æqualem, in qua maluerit. *S. Congreg. teste Garcia d. loco. num. 186.*

Idem est in habente duas *Parochiales* unitas. *Garc. d. loco & numer.*

Canonici, & obtinentes Dignitates, ultra tempus per Concilium 3
Tridentinum permissum, si notabiliter absint, peccant mortaliter; Contraveniunt gravissimo Concilii præcepto, nec suæ obligationi satisfaciunt. *Garcias d. loco. num. 321.* Licet resideant in civitate, in qua est Ecclesia; modò abfuerint à servitio Ecclesiæ. *Declarat. S. Congregat. Cardin. supra d. cap. 12. Garcias d. loc. num. 323.*

Qui obtinent Dignitates, quibus incumbit visitatio, possunt ra- 4
tione visitationis abesse ultra tres menses, & fructus dignitatum lucrari; non distributiones quotidianas: *Garc. d. loco, num. 336.* nisi sit alia consuetudo: visitando enim inserviunt Ecclesiæ. *Monachus in c. 1. num. 2. de Cleric. non resid. in 6. & ibid. Joan. Andr. Domin. in princ. num. 2. Prob. num. 11.* Nisi visitent in loco, ubi est Ecclesia: *Garcias d. loco. num. 336.*

Absentiæ licentiam ultra tempus à Concilio permissum, licet ad 5
tem-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

tempus breve & ex cauſſa juſta & rationabili, ſed in jure non comprehenſa, nec dare poteſt Capitulum: Cum non poteſt diſpenſare in Lege Superioris. Qualis eſt Lex de reſidendo. *in t. t. de Cleric. non reſident.* & in Concilio Tridentino. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.* & ita cenſuit S. Congregatio. *Garcias d. loco. num.* 404. Nec, ob eandem rationem Epiſcopus, *Navar. conſil. de Cleric. non reſident. S. Congreg. Cardin. teſte Garcia d. loco num.* 406. *cum ſeqq.* Non obſtante conſuetudine contraria. Cum ſit abuſiva. *Covarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 13. Garcias d. loc. num.* 416. *cum ſeqq.*

6 *Reſidere tenentur* omnes in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis *Dignitatem obtinentes*, licet non habeant vocem in Capitulo, nec cum cæteris participent diſtributiones aut fructus: *d. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus.* ſed aliundè: Non tenentur, ſi habeant tantùm exſpectantiam. *S. Congregatio die 30. Aprilis* 1587. *Garc. d. loco. num.* 482.

7 *Obtinentes Dignitates* & *Canonicatus*, & *Reſidentes*, tenentur *per ſe*, & non per ſubſtitutum obire officia divina ſuæ Dignitati vel Canonicatui incumbentia: ut cantare Miſſas, Evangelium, aut Epiſtolam in ſuis hebdomadis ſeu diebus. *Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. omnes verò. de reform. Sacr. Congregat. ibid. Sandoval. de offic. Eccleſiaſt. part. 5. cap. 3. & 4.* Non facientes peccant mortaliter. *Garcias d. loco. num.* 500. & 513.

8 Suæ obligationi, quoad reſidentiam & ſervitium chori & Altaris, ſatisfacientes; à Capitulis ſeu congregationibus Capitularibus licitè abeſſe poſſunt. Præcipuum enim & particulare officium, & ad quod obligat S. Concilium Tridentinum, *d. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus.* Canonicos eſt reſidentia & Eccleſiæ ſervitium: Habere autem & dare vocem in Capitulo, eſt præeminentia & fructus Canonicatus; *Gloſſ. fin. in c. 2. de in integr. reſtit.* & ibi *Butr. num.* 44. *Abbas. num.* 21. *Cardin. in Clem. 2. num. 23. de ætat. & qualit. ordin. Felin. in c. cum olim. num. 2. de major. & obed.* cui cedere poſſunt: Sed non debent, niſi ex juſta impedimenti cauſſa. *Garcias d. loco. num.* 537. *cum ſeqq.*

TITU-

TITULUS V.

De Divinis Officiis.

SUMMARIA.

1. *Tenentur Beneficiati ad officium.*
2. *Officium quid? Horæ Canonicæ.*
3. *Earum mentionem faciunt Testamentum Vetus & Novum; Sancti Patres.*
4. *Vetus quarum:*
5. *Quarum Novum.*
6. *Quarum Sancti Patres.*
7. *Earum ergo institutum est Juris Divini.*
8. *Beneficiati eas non recitantes, quomodo puniantur.*
9. *Quos fructus teneantur restituere.*
10. *Ad horas quale obligat Beneficium.*
11. *An Beneficii Titulus.*
12. *An nuda præsentatio, aut Electio.*
13. *Obligat Possessio.*
14. *Sola acceptatio.*
15. *Tenetur ad eas Commendatarius: sed qualis.*
16. *Non Coadjutor.*
17. *Plura Beneficia habens satisfacit officio uno.*
18. *Illud omittens peccat semel.*
19. *Ut & omnes horas septem omittens.*
20. *Dicentis officium secundum aliud à Romano quæ pœna.*
21. *Bullæ Pii V. quæ Verba.*
22. *Beneficiatus, ut satisfaciat obligationi suæ, recitare debet Officium cum attentione.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

23. *Per ſe, non alium, licet ſtudiorum cauſa abſit.*
24. *Recitare ſi non valeat ſolus, recitet cum ſocio.*
25. *Recitandum Officium integrum.*

1 NOn tantum ad Reſidentiam tenentur Beneficiati, ſed & ad *Officium diurnum & nocturnum*, propter quod datur omne beneficium. *c. fin. de reſcript. in 6. c. paſtoralis. 53. de appel.*

2 *Officium* eſt, certas preces, certis & deſignatis horis dicere juxta ſacrorum canonum ſanctionem: Unde dicuntur horæ Canonicæ. *can. fin. diſt. 92. c. 3. c. in diverſis. de Clericis jug. Dd. in c. 1. de celebrat. Miſſar.*

3 Inſtitutum earum eſt antiquum: Meminit earum utrumque *Teſtamentum Vetus* & *Novum*. Meminerunt *Sancti Patres: Jus noſtrum Canonicum.*

4 *Teſtamentum Vetus*: De oratione nocturna in *Pſalm. 118. verſ. 62.* De laudibus matutinis, *Pſalm. 5. verſ. 4. & 5. & Pſalm. 62. verſ. 3. & Pſalm. 118. verſ. 148.* De prima, tertia, ſexta & nona explicat Beda illud Eſdræ *lib. 2. cap. 9. verſ. 3. Legerunt in volumine Dei ſui quater in die, & quater confitebantur & adorabant Dominum Deum ſuum.* De hora tertia, & ſexta & nona, explanant D. Cyprianus *in ſerm. 6.* D. Hieronymus in Comment. in Daniel. illud Daniel. 6. verſ. 10. *Tribus temporibus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo.*

De Officio Veſpertino; Pſalm. 54. verſ. 18. *Veſperè & manè & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam.* Et Pſal. 140. verſ. 2. *Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.*

5 *Teſtamentum Novum*: De hora tertia: *Actor. 2. verſ. 16.* De ſexta: *Actor. 10. verſ. 9.* De nona: *Actor. 10. verſ. 3. & Actor. 3. verſ. 1.*

6 *Sancti Patres*: Qui teſtantur ſemper in Eccleſia fuiſſe conſuetudinem laudandi precandique Deum & nocturno tempore, & Manè hora tertia, ſexta, nona, & ad Veſperam. Vid. S. Clementem *lib. 8. Apoſtol. conſtit. cap. 40.* S. Cyprianum *in ſerm. 6.* S. Athanaſium *in lib. de virginit. ſive de meditat.* S. Ambroſ. *lib. 3. de virginib.* S. Hieronymum

mum *in epist. ad Eustochium. de custod. virginit.* S. Chrysostom. *homil.* 59. *ad Popul. Antiochen.* S. Augustin. *serm.* 55. *de tempore.*

Jus nostrum *Canonicum* dicit *in c.* 1. *de celebrat. Missar.* Sacerdotes antequam ad Missæ Sacrificium veniant, persolvere debere servitutis suæ pensum: Ivo Carnotens. *Epist.* 19. pensum appellat Canonicum: Alii cursum Canonicum.

Eum, Matutinali Officio, Prima, Tertia, Sexta, Nona: & Vespertina, horis fieri debere, tradit D. Clemens: *Loco alleg.* Divisim, D. Hieronymus *dicto loco*, statis scilicet temporibus, quibus signa pulsari debent.

Erant enim olim ad *Officium* peragendum horæ septem: Diurnæ quatuor; Tertia, Sexta, Nona & Vespera; Nocturnæ tres reliquæ. Testibus Basilio & Chrysosthomo. *d. homil.* 49. *ad Popul. Antiochen.* Sed ea divisio, ut constat ex *d. cap.* 1. facta aliter: Nempe in Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, & Completorium.

Horarum ergò *Canonicarum* institutum, nec non divisionem, esse 7
juris Divini, patet.

Unde Beneficiati omnes eas non recitantes peccant mortaliter. 8
c. fin. dist. 92. *c. in diversis. de Cleric. conjug. Doct. in d. c.* 1. *Navar. de orat. cap.* 7. *num.* 3. *Azor. in Instit. Moralib. lib.* 10. *cap.* 3. Fructus tamen intra primos sex menses ab obtento beneficio perceptos nihilominus faciunt suos; *sec. Navar. consil.* 19. *de celebrat. Missar. Graffiis in decis. aur. cas. conse. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 13. *Azor. d. lib.* 10. *cap.* 14. *qu.* 2. 3. & 4. Post perceptos restitutæ tenentur fabricis aut pauperibus, non secundum jus antiquum; *Innoc. Joan. Andr. Butrius. Abbas in d. c.* 1. *Felin. in c. postulasti. num.* 7. *de rescript.* sed *Concil. Lateranens. ult. sess.* 9. *§. statuimus. declarat per Constit. Pii V.* 138. *Garcias de Benefic. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 19. Nisi bona fide horas recitare omiserint. *Azor. d. cap.* 14. *qu.* 7.

Restitutioni obnoxii restituere tenentur fructus omnes, etiamsi 9
beneficium sit curatum, aliave onera habens: ut Missarum, &c. (ut volunt conscientiarum laxatores multi) pro parte correspondente obligationi recitandi horas. Clarè enim hoc docet dictum Concilium

Lateranenſe ejusque Papæ Pii declaratio. *Garcias d. loco. num.* 30. *cum ſeqq. Navarr. de oratione cap.* 2. *num.* 217.

10 Ad recitandas *horas Canonicas* obligat beneficium omne, etiam tenue. *Gloſſ. in can. Clericus.* 3. *diſt.* 91. *& ibi Dd. & in d. c.* 1. *Cardin. in Clem.* 1. *de celebrat. Miſſar. num.* 6. *Navarrus d. loc. cap.* 7. *num.* 27. *Fum. in Armilla, verb. horæ Canonicæ. num.* 1. *Zerola in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. beneficium. §.* 4. *& verb. Horæ Canonicæ. §.* 2. *Garcias d. loco, num.* 39. Non nullos reditus habens: *Navar. ubi ſupra.* Licet habuerit: *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 2. *qu.* 8. *Valentia. tom.* 3. *diſput.* 6. *qu.* 16. *puncto* 3. *verſ. poſtr.*

11 Titulus Beneficii, obligat etiam; ſi beneficium requirat reſidentiam ſeu ſervitium: niſi ſint reſervati fructus cum ſervitio. *Cordova in Sum. qu.* 186. *punct.* 2. *Sarnenſ. in reg. de publican. qu.* 2. *caſu* 2. *Flamin. Pariſius. d. loco. qu.* 9. *num.* 5. *Garcias d. loco. num.* 55. *cum ſeqq. uſque ad* 58.

12 Præſentatio, Electio, ſeu Nominatio nuda ad Beneficium non obligat; ut nec Collatio facta ante acceptationem. *Navarrus conſ.* 17. *de celebrat. Miſſar. Graff. d. deciſ. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 16. *Garcias d. loc. num.* 84.

13 Poſſeſſio beneficii obligat, licet litigioſa; *Azor. in Inſtit. Moral. lib.* 10. *cap.* 4. *qu.* 9. *Garcias d. loco. num.* 86. *cum ſeq.* & ſit ſine titulo juſto. *fac. c. cum qui.* 7. *de præbend. in* 6. *Azor. d. qu.* 9.

14 Imò ſola beneficii collationis acceptatio, obligat. Dat enim jus in beneficio, *c. ſi tibi abſenti. & c. pen. & ibi Gloſſ. de præbend. in* 6. *Mandoſ. reg.* 3. *Cancell. qu.* 13. *num.* 3. diciturque acceptans collationem eſſe verè beneficiatus, & habere ſeu obtinere beneficium; *Rebuff. in Concord. tit. de collation. §. volumus. verſ. obtineat. & in forma mandati apoſtol. verb. obtinet.* & fructus debentur ei tanquam Domino. *Navar. d. cap.* 7. *de oratione num.* 25. *&* 29. *vid. Garcias d. loco. num.* 32. *cum ſeqq.*

15 Commendatarius ad ſui, non Eccleſiæ utilitatem Beneficium habens in commendam, tenetur ad recitandas horas canonicas, cum habeat talis Commenda vim & effectum tituli, & talis Commendatarius fructus ſibi percipere poſſit. *Modina de orat. qu.* 7. *& alii alleg. per Garc. d. loco num.* 105. *cum ſeq.*

Non

Non tenetur Coadjutor ullus ratione coadjutoriæ. Cum hæc 16
non sit beneficium. *Azor. d. lib.* 10. *cap.* 4. *qu.* 1. *Garcias d. loco. num.* 109.

Plura Beneficia habens, uno Officio satisfacit: *sec. S. Thomam* 17
quodlibeto, 1. *art.* 13. *Cosmas in pragmat. sanct. tit. qualiter horæ Canonicæ sunt dicendæ. verb. teneantur. & ibi Probus. Nicol. Ploue de horis Canonicis. qu.* 13. *Garcias d. loc. num.* 110. *cum seqq. multis.*

Illud omittens, non peccat nisi semel, *sec. Enriquez. & Azor.* 18
quos alleg. Garcias d. loc. num. 124.

Similiter non peccat nisi semel, omnes septem horas Canonicas 19
omittens. Sunt enim omnes una oratio, seu Officium unum sub præcepto uno cadens. *sec. Nicol. Plove d. tract. qu.* 8. *Sylvestr. in Sum. verb. Hora Canonica. num.* 15. *vers.* 6. *Zerolam d. praxi verb. hora.* §. 10. *Azor. d. lib. cap.* 7. *quæst.* 4. *Eman. Sá. verb. horæ. num.* 14. *Ledesma in Summa de pœnit. cap.* 19. *alios q. Lansatores.*

Peccat Officium dicens secundum Breviarium aliud à Romano, 20
sed tantum venialiter; ita ut non teneatur ad fructuum restitutionem: secundum Cajetan. *in Sum. verb. hora Canonica.* Sylvestr. *in Sum. verb. hora Canonica. qu.* 12. *num.* 15. Fuminus *in Armilla. verb. horæ canonicæ. num.* 7. Zerolam *d. loco. verb. horæ canonicæ.* §. 6. aliosque. Docentes præcepti substantiam non in qualitate horarum consistere, sed in hoc quod horæ Canonicæ dicantur: Veruntamen licet secundum Jus antiquum sufficeret loci servare consuetudinem; *can. de iis. cum seq. can. placuit. dist.* 12. tamen hodie post constitutionem Pii V. positam in initio sui Breviarii dicendum, non recitantem per Breviarium Romanum, nec secundum ejus præscriptum, & rationem, & formulam, atque secundum ejus regulas, & rubricas, non satisfacere obligationi suæ, & incurrere pœnas in non recitantes constitutus, atque adeo obligationem restituendi beneficiorum fructus. *Alber. de Ferrar. de horis Canonic. num.* 94. *Graff. decis. aur. lib.* 12. *cap.* 51. *num.* 10. *Summa Corona* 1. *part. cap.* 1. *num.* 100. *Corradus in respons. casuum conscientiæ. qu.* 243. *à princ. Late Garcias d. loc. à num.* 150.

Verba Bullæ sic sonant: *Statuentes Breviarum ipsum nullo un-* 21
quam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid adden-

dum, vel omnino detrahendum eſſe, ac quoſcunque qui horas canonicas ex more, & ritu ipſius Eccleſiæ Romanæ, jure vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis, per Canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui divinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum & pſallendum poſthac in perpetuum horas ipſas diurnas, & nocturnas, ex hujus Romani Breviarii præſcripto & ratione omninò teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi pſallendique munus neceſſariò impoſitum eſt, nisi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.

22 Recitare debet Beneficiatus Officium cum attentione debita, alioqui non ſatisfacit obligationi ſuæ, & non minus tenetur ad reſtitutionem fructuum, quàm non recitans. *Navarrus d. loc. cap. 22. num. 32. Graff. d. lib. 2. cap. 51. num. 7. Fr. Emman. Rodrig. tom. 1. qu. regul. cap. 143. num. 1. Suar. 5. tom. diſput. 4. ſect. 2. num. 26.*

23 Recitare debet ipſe, non per alium, *l. omnem adhibentes. 42. C. 10. Cod. de Epiſc. & Cleric.* licèt ſtudiorum gratia abſit. *Nicol. de Plone, de horis Canonic. part. 1. qu. 6. Trotius tract. de perfect. Clericor. cap. 42. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 6. num. 13.*

24 Recitare non valens ſine ſocio, recitare debet cum eo. *Graff. d. lib. 2. cap. 54. num. 1. 3. & 10. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 144. Fuſc. de*
25 *viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 25.*

Integrum Officium recitandum: niſi impediat infirmitas. *Fr. Emman. d. cap. 144.*

TITULUS VI.
De Profeſſione Fidei.

SUMMARIA.

1. *Proviſi de Beneficiis profeſſionem fidei debent facere.*
2. *In cujus manibus.*
3. *Dictæ neceſſitatis extenſio.*
4. *Sufficit eam emiſiſſe ſemel.*
5. *Sede Epiſcopali vacan-*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

te professio debet fieri in Capitulo.
6. *Lapsus mensium non liberat.*
7. *Quando incipiunt fructus facere suos.*
8. *Quibus fructus antea percepti applicandi.*
9. *Fidei professionem se emisisse ostendere debent provisi.*

PRovisi de beneficiis, si velint fructus facere suos, intra duos menses ab adeptæ possessionis die debent juxta formam à Papa Pio IV. *in constit.* 112. & 114. *traditam*, sponte fidei facere *professionem.* 1

Si beneficia curam animarum habent annexam, in manibus Episcopi; vel eo impedito, coram ejus Vicario Generali, seu Officiali: Si sint Canonicatus & Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali; sed & in Capitulo secundum Concilii Tridentini decretum; *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. *vers. provisi etiam. & ad illum S. Congregation. declarat.* 2

Quod videtur extendendum ad Ecclesiarum Cathedralium Personatus & Officia; quia in Jure æquiparantur Dignitatibus; *Garcias de benefic.* 3. *part. cap.* 8. *num.* 15. non Collegiatarum Ecclesiarum Canonicos: ut censuit S. Congregatio *sup. d. cap.* 12. *vers. provisi.* 12. *Febr.* 1588. nec provisos in Collegiatis, aut de Portionibus in Cathedralibus, etsi de consuetudine Portionarii habeant vocem in Capitulo: nec habentes Beneficia Simplicia. *Garcias d. loco num.* 12. *cum seqq. Diss. Zerola in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Beneficium. §.* 5. *& verb. fidei professio.* 3

Qui semel fidei professionem emisit in adeptione Beneficii Parochiatus vel Canonicatus, repetere eam tenetur adipiscens alium; ut declaravit Sacra Congregatio; *teste Garcia d. loco. num.* 17. *& seq.* 4

Sede Episcopali vacante debent provisi fidei professionem facere in Capitulo, sed præsente Ejus Vicario. *Garcias d. loco. num.* 25. & 26. 27. & 28. 5

Non eos liberat, ab obligatione eam emittendi, lapsus, à die adeptæ 6

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

ptæ poſſeſſionis, duorum menſium Nec enim dictus terminus duorum menſium poſitus ad finiendam obligationem, ſed ad differendam executionem. *Abbas in c. cum dilecti. 6. num. 12. de dolo & contum. Navarr. in manuali. cap. 21. num. 45.*

7 A tempore profeſſionis factæ incipiunt fructus facere ſuos: *Navarr. conſil. 7. & 8. de jurejur. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 10. q. 9. num. 4. 5. & 15. Fr. Emman. Quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 119. Garcias d. loco num. 34.* Antea perceptos reſtituere tenentur in conſcientia. *Garcias d. loco num. 35.* Propter Concilii verba: *Impedimentorum requiſitionem.*

Nec eos excuſat conſenſus Capituli: *fac. 1. commiſſa. de elect. in 6. Garc. d. loco. num. 50.* ut declaravit S. Congregatio: *ad d. c. 12.* aut Ordinarii: ut cenſuit S. Congregatio: *ſup. d. cap. Navar. conſ. 3. num. 1. de Cleric. non reſid. Fuſc. d. lib. 2. cap. 3. num. 4. in fin.*

8 Qui fructus applicandi fabricæ, aut pauperibus perindè ac fructus Non-reſidentium. *arg. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. verſ. ſi quis autem. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 4. Flam. Pariſ. d. quæſt. 9. num. 123. cum ſeq. Zechus de benefic. & penſion. cap. 13. num. 3. Garc. d. loc. à num. 37.*

9 Fidei profeſſionem ſe emiſiſſe tenentur ad petitionem Ordinarii, aut Viſitatoris, oſtendere Beneficiati. *Not. in c. ordinarii. de Offic. Ordin. in 6.*

TITULUS VII.

De Obligatione ſuſcipiendi Ordines.

SUMMARIA.

1. *Beneficiati tenentur ſuſcipere Ordines, intra*

intra tempus certum.
2. *Non suscipientium quæ pœna.*
3. *Accipientium Beneficia sine intentione assumendi Ordines, pœna eis annexa quæ.*
4. *Quidsi sint Beneficia simplicia.*

Beneficiati ad Beneficia ordines annexos habentia, obligantur infra annum à die pacificæ possessionis, vel quo per eos steterit, quo minus eam habeant, *Ordines requisitos suscipere. c. licet canon. c. commissa. de elect. in 6. Clem. ut ii, qui ætat. & qualit. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 4.* 1

Non suscipientes; si Parochi; Jure Parochiali privantur ipso jure: *d. c. licet canon. & d. c. commissa. & ibi Dd. Rebuffus in praxi. tit. de non promotis intra annum. Diaz. in praxi Crimin. cap. 53. & ibi Salcedo. Parisin. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 2. Zerola in praxi Episcop. parte 1. verb. beneficium. §. 4.* si alii; puta obtinentes Dignitates, Canonicatus, aliave beneficia; non quidem incurrunt privationem ipso jure, cum *d. c. licet canon.* solum procedat in Parochialibus; *Gloss. ibi, verb. parochialis. c. statutum. eod. & ibi. Gloss. Domini c. Francus num. 2. Bonifac. in d. Clem. ut ii qui. §. illi verò. num. 9. Rebuff. d. loco. num. 28. Diaz. d. loco. num. 5. & ibi Salcedo in addit.* sed, quamdiu non fuerint promoti, non habent vocem in Capitulo; licet Capitulum & Episcopus concedant: & distributionum partem dimidiam perdunt: *d. Clem. ut ii qui: §. illi verò. & ibi Gloss. & Dd. d. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 4. S. Congreg. ad illud.* Moniti si non obtemperent; possunt privari beneficiis. *S. Congregatio. ad d. cap. Garcias de benefic. parte. 3. cap. 4. num. 16.* Nisi careant ætate ad ordinem requisita. *Rebuff. d. loco num. 55.* 2

Accipientes Beneficia sine intentione assumendi ordines iis annexos, peccant mortaliter, & tenentur ad fructuum restitutionem. *d. c. commissa. §. cæterum. Panorm. in c. relatum. de Cleric. non resident. Domin.* 3

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

min. in c. ſi civitas. §. 1. in princ. de ſent. excommun. in 6. Francus in c. 1. de temporib. ordinat. in 6. num. 7. limit. 6. Sanchez. lib. 3. diſput. 42. num. 4.

7 Non beneficia ſimplicia, quibus non eſt annexus ordo ſacer; animo quidem ſatisfaciendi eorum oneribus, ſed non adſcendendi ad ordinem ſacrum, accipientes. *Navarr. in man. cap. 25. num. 118. & conſ. 1. de præbend. Quintanaduennas Eccleſiaſticon. lib. 4. num. 66. Jacob. de Graff. in deciſ. aur. caſuum conſcientiæ lib. 2. cap. 97. num. 53. Frat. Emman. in Sum. tom. 1. cap. 30. num. 8.*

Vide ſupra tit. 11. libri 3.

LIBER NONUS.

TITULUS I.

De Modis Vacandi & amittendi Beneficia in genere.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Quod Beneficium dicitur vacare.*
3. *Etiam ea quæ Pastore destituta.*
4. *Quibus modis hoc contingit.*
5. *Omnes vacandi modi veniunt vacationis verbo.*
6. *Quæ exprimenda in Gratia de vacante Beneficio.*
7. *Uno vacationis modo expresso, non veniunt alii.*
8. *Exceptiones.*

TRactaturi sumus hoc libro de *Beneficiorum amissione & Vacatione.* 1

Beneficium *Vacare* dicitur, quod à nemine possidetur seu occupatur. *ut not. in Rubr. de concess. præbend. vel Eccles. non vacant. juncto c. 2. eod. Gloss. ad c. unic. ad verb. vacantium. Ne Sede Vacante in Extrav. com.* Ut hæreditas vacans, quæ jacet à nullo adita: *l. 2. ff. de crim. expil. hered. l. hereditariæ. 68. ff. de furt.* Et bona vacantia, quæ à nemine, saltem jure, possidentur: *eot. tit. Cod. de bonis vacant.* Vacans mulier, 2

quæ nupta non eſt, & à nemine jure poſſeſſa. *l. qui catu. §. qui vocantem. ff. ad leg. Jul. de vi publ.*

3 *Vacantia* ergò *Beneficia* non tantum dicentur, quæ de novo creata ſunt, à nullo poſſeſſa antea, quibus nondum proviſum de Præpoſitis ; *Clem. fin. de reſcript.* ſed & ea, quæ poſt collationem Paſtore ſunt deſtituta. Privatio enim præſupponit habitum. *c. ad diſſolvendum. de deſponſ. impub. l. Julianus. 4. ff. de divort. l. decem. 116. ff. de verb. obligat.*

4 Contingit hoc variis multisque modis : quos produnt Rebuffus, *in praxi. tit. requiſita ad Collationem bonam à num. 49. & in Concord. tit. de Regia ad Præſat. Nominat. §. monaſteriis. verb. vacantibus. & in repet. cap. nulla. 2. de conceſſ. præbend. 6. præmiſſo.* Corraſius, *de benefic. part. 1. cap. 8.* Staphilus, *de liter. gratiæ. tit. de variis modis vacationis*, aliique.

Vacant enim Beneficia aliquando *de jure & de facto* ; aliquando *de jure, & non de facto* ; aliquando *de facto, & non de jure. Mandoſ. conſ. 4. à num. 20. Gonzal. ad Cancell. reg. menſium. Gloſſ. 15. §. 1. num. 2.*

5 Omnes autem vacandi modi, *Vacationis* veniunt verbo ; præſertim ubi eadem eſt ratio. *Gloſſ. in c. ſi propter. verb. vacabunt. de reſcript. l. in c. quia ſæpe. de præbend. in 6. verb. vacat. & in c. cupientes. in princ. verb. vacationibus. de elect. in 6. & ibi Monach. Archidiac. & Franc. numer. 2.* licet ſimpliciter prolato ; etiam in materia pœnali: *Franc. d. loco, Staphyl. d. tit. num. 6. Felin. in c. in noſtra. num. 7. de reſcript. Selva de benefic. part. 3. quæſt. 12. num. 21. aliique allegati per Garciam de benefic part. 11. cap. 1. num. 4.*

6 In gratia tamen de vacante Beneficio de ſtylo neceſſe exprimi vacandi modum, & ex qua perſona, niſi impetretur modo certo, ut per devolutionem. *Garcias d. loco, num. 7.*

7 Sed uno vocationis modo expreſſo, non veniunt alii. *c. ſuſceptam. de reſcript. in 6. & ibi Dd. Corraſ. d. cap. 8. num. 2. Selva d. loco, Sanctiſ. in reg. de Impetrand. benefic. per obitum familiar. Cardin.*

8 Habet tamen hæc regula ſuas exceptiones, I. Nempè : Non procedere, ſtante opinione communi vacare beneficium uno modo : Nam quamvis revera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excuſat impe-

impetrantem, modò sit unicus : *Garcias d. loc. num.* 10. *post Felin. in c. in nostra. de rescript. can.* 37. *Selvam d. loco.* II. Si aliud appareat non de Impetrantis opinione ; *ut volunt Menoch. de arbitr. lib.* 2. *casu* 201. *num.* 105. *Mandos. reg.* 30. *qu.* 7. *num.* 22. & alii ; sed Mandantis ; scilicet Papæ *d. c. susceptum. Papaz. in addit. decis.* 1. *de rescript. in nov. num.* 4. III. Si facta acceptatio : *Felin. & Selva d. loc. Franc. ad d. c. susceptum num.* 12. *Menoch. d. loco. num.* 106. IV. Si exprimatur certus vacationis modus cum clausula, *vel alio quovis modo. Garcias d. loco.* 21. *fusè.*

Vacationis autem modi *præcipui* sunt sex : Beneficiati 1. *Mors.* 2. *Renunciatio.* 3. *Promotio ad aliud Beneficium incompatibile.* 4. *Matrimonium.* 5. *Religionis ingressus.* 6. *Privatio. Videndum de singulis.*

TITULUS II.

De Vacatione per mortem.

SUMMARIA.

1. *Beneficia vacant per Beneficiatorũ mortem : Quare ?*
2. *Ut taliter vacantium procedat Collatio, quæ necessaria.*
3. *Per mortem non vacat Beneficium, cum suppressum.*
4. *Cum in Ecclesia Præbendarum numerus non definitus.*
5. *Cum Beneficium est de mensa.*
6. *Quæ hic auctoritas Ordinarii ante Concilium Tridentinum.*
7. *Quæ hodierna.*

CUm Beneficiarii rerum Ecclesiasticarum non habeant proprietatem ac dominium ; sed tantum usum aut usum fructum ; *ut diximus supra lib.* 1. *tit.* 4. consequens est Beneficia non transire ad heredes, *§. finitur. Inst. de usufr.* Itaque 1

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

que dicuntur. *Beneficiariis mortuis vacare ;* ut conferri poſſint alii *c. ſuſceptum. 6. d. reſcript. in 6. c. 3. de conceſſ. præbend. in 6.*

2 Sed ut Collatio tum ſit efficax, duo imprimis ſunt neceſſaria: *Primum* : Ut Beneficiarius tempore Collationis ſit fato functus: Si enim quis vivi adhuc & ſuperſtitis Beneficium impetraverit, nè ſecunda quidem Collatio, poſtea eo mortuo facta, valebit. *Alterum* eſt: Quod tantum effluxerit temporis à Beneficiarii morte, ut veriſimiliter de ea certior potuerit fieri Pontifex. Eaque de re duo Pontificii canones vulgares & omnibus noti leguntur. *Duar. de benefic. libr. 7. cap. 1.*

Quod autem diximus mortuo Beneficiario vacare Beneficium, id non eſt perpetuum, ſed quosdam habet exceptiones.

3 1. Cum Beneficium eſt ſuppreſſum ab habente poteſtatem; *c. cum acceſſiſſent. de conſtit. ubi Dd.* vel unitum acceſſoriè. *Gonzalez. ad reg. menſium. Gloſſ. 15. à num. 3.*

4 2. Cum in Eccleſia aliqua non eſt certus & definitus Canonicorum & Præbendarum numerus. Tuncenim uno ex Canonicis mortuo, non continuè dicitur vacare Beneficium; ut in ejus locum ſufficiatur alius. *c. ex parte. de conceſſ. præbend. c. d. lectò. de præbend. & ibi Dd. Gonzalez. d. loc. Gloſſ. 9. §. 13. Duar. d. loco. Garcias de benef. part. 10. cap. 2. num. fin.*

5 3. Cum Beneficium eſt de menſa Prælati, Dignitatis ſeu Capituli: nempe quod eſt unitum eorum menſæ, ſeu quoad ſpiritualia & temporalia. Nam hujusmodi beneficia non poſſunt vacare per mortem Clericorum illis inſervientium, quibus illorum fructus quandoque conceduntur; cum Illi non ſint proprii Rectores ſeu Beneficiarii, ſed veluti Uſufructuarii; & ſic eis mortuis, ad inſtar uſusfructus, conſolidantur menſæ.

6 Accedit quod ordinarii, ante Concilium Tridentinum ad ejusmodi beneficia regenda, poterant tantum conſtituere Vicarios ad tempus; non in perpetuum; niſi eſſent curata. *c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. Gloſſ. in Clem. 1. de reſcript. verb. haberent. & Clem. 1. verb. de menſa. de ſupplend. neglig. Prælat. & Clem. 1. §. quidam etiam. verb. ad menſam de exceſſ. Prælat. & ibid. Dd.* Quæ adjunctio faciebat, ut Beneficii-

neficium, cui proprius alioqui præficiebatur Gubernator, intelligeretur esse pars Episcopii : *d. Clem. 1. de excessib. Prælat.*

Possunt hodie post Concilium Tridentinum *sess. 7. de reformat. cap. 7.* Ordinarii deputare Vicarios perpetuos in beneficiis curatis unitis, omnibus appellationibus, privilegiis, exceptionibus, &c. non obstantibus; nisi aliter videatur expedire : *Navar. cons. 9. de præbend. num. 9. Flores. de Mena, quæst. 10. num. 39. Sac. Congregat. ad d. Concil. loc.* 7

TITULUS III.

De Vacatione per Renuntiationem.

SUMMARIA.

1. *Vacat Beneficium per Renuntiationem.*
2. *Cujus auctoritate ea fieri debeat.*
3. *Beneficio suo quis rectè renunciet.*
4. *Renunciari quomodo debeat.*
5. *Renuntiationis quis effectus.*
6. *Quid ad illum necessarium.*

VAcat etiam Beneficium per Beneficiarii spontaneam *Renunciationem*, ejurationem appellat *Duarenus de benefic. lib. 8. cap. 2.* alii, sed malè, Resignationem. 1

Fieri potest accedente *Antistitis Superioris consensu* atque auctoritate; Nec enim licet, veniâ non impetratâ, alicui Ecclesiam sibi commissam deserere. *c. admonet. de renunciat. can. suggestum. 1. qu. 1.* Nec non accedente consensu Patroni, si Ecclesia agnoscat Patronum. *Panorm. in c. significatum. 11. de præbend.* 2

Renuntiare Beneficio suo quisquis adultus potest, justa probabilique causa ductus; nec refert, sanus an infirmus sit, adeò ut instet mors. 3

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

mors. *c. pen. eod.* etiam Reus criminis, licet jam damnatus, modò appellaverit: *c. qui à latronibus. de teſtam.* impubes non poteſt. *c. ſi unum. de judic. in* 6. *Duaren. d. loco.*

4 *Renuntiari* debet apud *Superiorem*, vel ab ipſo Beneficiario præſente, vel ejus Procuratore; mandatum ad id habente ſponte: *c. ſuper. de renunt.* purè & ſimpliciter abſque conditione ulla: *c. cum pridem. c. ult. de pact. Gloſſ. in c. ex parte. de offic. deleg.*

5 Ejurato Beneficio & alii collato omne jus in novum Beneficium tranſit, nec priore, qui renuntiavit, vitâ functo vacare Beneficium dicitur.

6 Quod tamen intelligendum ita, ſi huic novæ collationi poſterior conſenſerit. *c. ſi tibi abſenti: de præbend. in* 6. Nam eo non acceptante, Renuncians priſtinum jus retinet: nec nova collatione opus.

Cætera ad hunc vacandi modum pertinentia fuſiùs tractavimus in tractatu noſtro de perſonis Eccleſiaſticis *lib.* 1. *tit.* 13. Ubi & egimus *titulo* 15. de Beneficiorum permutatione.

TITULUS IV.

De Vacatione unius per Promotionem ad aliud incompatibile.

SUMMARIA.

1. *Unus Beneficia plura obtinere non poteſt, & Cur.*
2. *Quod & Conciliorum canonibus ſtatutum: Et quorum.*
3. *Quare.*
4. *Quæ pœna, contra eos violantes ſtatuta.*
5. *Diſtinguenda hic tempora.*
6. *Quid ſervatum ante Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III.*

7. Quid

7. *Quid statutum in Concilio.*
8. *Quid in Concilio Lateranensi habito sub Innocentio III.*
9. *Quid in Extravagante, Execrabilis. Joannis XXII.*
10. *Cessat, si dispensatum.*
11. *Si beneficia sint uniformia licet incompatibilia.*
12. *Secundum Dd. quæ illa.*
13. *Dicta doctrina non procedit in jure ad beneficium.*
14. *Nec cum jam Beneficiatus accipit Beneficium in alia Diœcesi & requirens residentiam.*
15. *Decretum Concilii Tridentini circa hæc.*
16. *Cui non adversatur aliud. Ejusdem Concilii decretum.*
17. *An per illud introducitur vacatio ipso jure.*
18. *Ad introducendam vacationem quæ requirantur.*
19. *Provisio de Beneficio incompatibili, in quo intrusus alius non inducit vacationem primi.*
20. *Quid dicendum de provisо à Papa.*
21. *Possessio beneficii secundi, ut vacet primum, non debet esse litigiosa.*
22. *Ne quidem quoad fructus.*
23. *Plura habenti Beneficia incompatibilia si conferatur aliud, adepta ejus possessione vacant omnia prima.*
24. *Incompatibilia, ut sunt Dignitates duæ, ita Canonicatus vel Beneficia Uniformia sub eodem tecto.*
25. *Nec quis habere potest*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

in eadem Eccleſia duas præbendas.

26. *Nec duas Capellanias.*

27. *Nec duo altaria in titulum.*

28. *Non ſunt incompatibilia Beneficia diffor-mia.*

29. *In eadem Eccleſia an quis poſsit eſſe triplex.*

30. *Circa beneficiorum ſimplicium compatibilitatem vel non diſtinguendum. Quomodo.*

31. *Eſt hic difficultas ſed qualis.*

32. *Quale hic Concilii Tridentini decretum.*

33. *An habenti unum beneficium inſufficiens, poſsint conferri aliaſque ad ſuſtentationem ſufficientem.*

34. *Dictum Decretum uſu non eſt receptum.*

35. *Diſpenſationi in Beneficiis locus.*

36. *In quibus diſpenſat Papa.*

37. *In quibus Epiſcopus olim & hodie.*

38. *Diſpenſationes dantes & petentes an tuti apud Deum.*

39. *Opinio Duareni.*

1 IN libro præcedenti diximus, Beneficiatum reſidere debere in Beneficio, jam cum nemo in duobus locis ſimul reſidere poſſit, ſequitur, *Neminem plura beneficia obtinere debere.*

2 QUod & Conciliorum canonibus eſt conſtitutum. In Synodo VII. quæ dicitur Nicæna II. & in Concilio Chalcedonenſi definitum: Nè quis in duarum Civitatum Eccleſiis conſcriberetur Clericus: *can. Clericus 1. can. Clericum 21. qu. 1.* In Synodo Toletana: Nè plures Eccleſiæ committerentur uni: *can. 3. unio §. ſed & hoc. 10. quæſt. 3.* Quæ poſtmodum per plurima Pontificum reſcripta fuit approbata: ut in

ut in c. quia in tantum. 5. c. referente. 7. c. ad hæc. 13. cum duob. seqq. c. de multa. 28. de præbend. c. 3. de Cleric. non resident. Et temporibus Caroli Magni, (ut habetur in Capitularibus ejus *cap. 73. lib. 6.*) decretum in Synodo, ut quemadmodum Sæcularis non debeat habere nisi uxorem una, ita unusquisque Presbyter non nisi Ecclesiam unam. Refert Glossa *pragmat. Sanct. tit. de Collat. verbo pluralitatis.* quendam Episcopum cui offerebatur Abbatia respondisse: *Absit ut habeam cum Sponsa Concubinam*: Dicit Ivo Carnotensis *epist. 170. Cum in ipsa infantia mundi in Lamech. carnalis bigamia sit culpata, quomodo poterit in Sponsa, quæ est Ecclesia, laudari, quæ in hoc Sacramento, & in virtute Sacramenti uni debet viro desponsari.*

Prohibendæ multitudinis Beneficiorum certè ratio partim fuit 3
ut ambitio & avaritia, (quæ Idolorum servitus) infidelitas & fornicatio procul esset à Clericis: Quorum criminum adeò reisunt plura habentes beneficia, ut dicantur furtum committere & rapinam: *c. dudum. 54. vers. Et retinendo. de elect.* partim, ut morum dissolutio, evagatio, aliaque mala multa, ex ea provenire solita, caverentur. Ut dicunt dicta Capitula.

Prohibitioni propterea & canonibus & rescriptis Pontificum 4
fuit inclusa pœna: Constitutum enim, *can. si quis Episcopus. 31. qu. 1.* ut si Episcopus Ecclesia sua spreta ambierit aliam, privaretur utraque: *Et can. si quis. 32. d. c. & quæst.* Si Clericus, Ecclesiam habens, ambiat præter illam adhuc aliam, privetur utraque.

Circa hunc tamen casum, ut hæc gravissima & frequentissima 5
intelligatur materia, *varia distinguenda* sunt *tempora*, secundum quæ, constituta reperiuntur varia ante Concilium Tridentinum. *cum Cardin. & Imola in c. referente. de præbend. & Panorm. in c. quia nonnulli. n. 4. de Cleric. non resident. & d. c. referente. num. 3.*

Primum enim ante Concilium Lateranense, habitum sub Ale- 6
xandro III. optio data fuit Clerico plures Ecclesias obtinenti, eligendi quam mallet: *d. c. referente &c. præterea de præbend.*

Secundò: In dicto Concilio Lateranensi habito sub dicto Ale- 7
xandro III. fuit prohibitum, ut nullas diversas dignitates & plures Ecclesias reciperet, si nollet privari secundo; & conferens potestate

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

conferendi pro illa vice : *c. quia non nulli. de Cleric. non resident. & refert. in c. multa. de præbend.* Et sic obtinenti duo Beneficia curata, vel dignitates duas, non dabatur optio ; sed amittebat secundum, non ipso jure, sed per sententiam. *Garcias de benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 3. Et rectè. Qui enim jam sunt Beneficiati, non sunt idonei ad aliud Beneficium obtinendum. *c. super eo ordinata. de præbend. in* 6.

3 *Tertiò :* Cum nullus aut saltem exiguus fructus proveniret ex Concilii Lateranensis constitutione quoniam non ipso jure privabat recipientes beneficium secundum primo, sed privandum tantùm decernebat ; ideò alterius Concilii Lateranensis, habiti sub Innocentio III. processit constitutio ; qua ipso jure privatur beneficio primo recipiens secundum : *c. de multa. de præbend.* Et hoc etiâ per sententiam, si primum retinere contenderit ; *c. dudum. 2. de elect.* id est, litem super eo contestatus fuerit. *Gloss. in d. c. de multa. Durtis de benefic. sect.* 9. *cap.* 2. *vers. verum.*

9 *Quartò ;* Plus constitutum extravagante, *c. execrabilis. Joann. XXII. de præbend vers. qui verò.* Nempè ut recipiens beneficium secundum, illicò post pacificam hujus adeptam possessionem ; *Clem. si plures. eod.* teneatur dimittere primum sub testimonio publico in manibus Ordinarii ; alioqui ex tunc fit ipso jure privatus secundo, & ad obtinenda beneficia qualiacunque, non ad obtenta ; *Cassador. decis.* 1. *de constit. Gloss. in Clem.* 1. *§. ipsius de pœnis. vers. obtinendis, & ibi Cardin. Imola, & Bonifacs. num.* 54. *& Abb. Clem.* 2. *eod.* & suscipiendos sacros ordines inhabilis.

10 Nisi cum eo sit ad plura legitimè dispensatum : *Speculat. in titul. de dispens. §. dicendum. num.* 23. *Joan. Andr. in c. non potest. de præbend. in* 6. *& ibi Dominic. §.* 1. *num.* 5. *& Franc. num.* 4. *Garcias tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 17. *cum seqqq.*

11 Cessat etiam dictæ Extravagantis pœna, ut per assecutionem secundi beneficii, ipso jure vacet primum ; in retinente duo *Beneficia uniformia* sub eodem tecto : licet sint *incompatibilia : c. literas. de concess. præbend. & Clem. fin. de præbend. Cassiador. d. decis.* 1. *Bellamera d. decis. vltim.* 754. *num.* 3.

12 *Incompatibilia*, secundum Doctores, dicuntur ; cùm quæ simul teneri non possunt, & quorum primum vacat ipso jure per assecutionem secundi ; qualia sunt illa, de quibus in *d. c. de multa. & d. Extravagante.*

vagante. Execrabilis. & c. litteras. de conceſſ. præbend. & d. Clem. fin. de præbend. tum quæ licitè retineri non poſſunt ſimul, licet non vacet ipſo jure primum per aſſecutionem ſecundi; ut in Parochiali cum Canonicatu, & duobus ſimplicibus reſidentiam requirentibus, &c. *Staphileus de literis gratiæ. tit. de variis modis vacationis. tit. de ſtatu & qualit. Benefic. §. ut ſciri poſſit. num. 9. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis. verb. incompatibilia Navar. conſ. 24.*

13 Quæ tamen doctrina non procedit in jure ad rem ad aliquod beneficium, cui quis cenſetur renuntiare per aſſecutionem alterius beneficii, quod ſimul de jure retineri non poſſet cum beneficio ad quod habebat jus, etiamſi non ſit curatum, dignitas, perſonatus; *ut ex Clem. gratiæ. de reſcript. tenet Gloſſ. ibid. verb. beneficium. & Dd. Abbas in d. c. fin. de Cleric. non reſident. Staphilius tit. quib. mod. expirent literæ ad beneficia. §. quarto modo. Garcias d. loco. num. 69. cum ſeq.*

14 Nec procedit, quando beneficiatus in una Diœceſi accipiat beneficium aliud ſimiliter requirens reſidentiam in alia, & ibi commoratur. Nam tunc tacitè inducitur renuntiatio primi: niſi aliud appareat. *Abbas in d. c. fin. num. 6. de Cleric. non reſident. ita intelligens Gloſſ. in c. ex parte. 1. eod. & Innoc.*

Referunt iſtius doctrinæ fallentias plures Doctores. Quas coacervare hic nolumus. *Conſultiùs* videre, quid hac in materia per Concilium Tridentinum ſit decretum.

15 Decernit hoc ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4. *Quod quicunque de cætero plura curata, aut alias incomparabilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentii III. quæ incipit; De multa recipere ac ſimul retinere præſumpſerit; beneficiis ipſis, juxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo jure, etiam præſentis canonis vigore, privatus exiſtat.*

16 Nec iſti Decreto adverſatur decretum aliud ejuſdem Concilii ſeſſ. 24. *de reform. cap. 17.* ubi decernitur: Quod obtinentes plures parochiales, unâ retentâ, teneantur, intra ſex menſium ſpatium, dimittere alias. Ex quo Doctores nonnulli exiſtimant, obtinentem beneficia incompatibilia habere ſex menſes ad dimittendum quod voluerit: Nam

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

illud decretum loquitur ſolùm de obtinentibus tunc plures parochiales, aut unam Cathedralem, & aliam parochialem ex diſpenſatione ſeu unione ad vitam: Quibus injunxit Concilium, ut unâ retentâ, intra ſex menſes dimitterent alias: ſi non, tam parochiales, quàm beneficia alia, quæ obtinebant, cenſerentur vacare ipſo jure; &c. non autem loquitur ibi Concilium de pluribus parochialibus, aut aliàs beneficiis incompatibilibus poſt Concilium obtentis, de quibus loquitur d. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. *Et ſic intelligi vult Garcias d. loc. num. 78. confuſe loquentes. Salced. in pract. Bernard. Diaz. cap. 48. lit. C. Emman. Rodriquez. in Summ. cap. 31. num. 4. Vegam. part. 1. cap. 36. caſ. 24. Petr. Ledeſma 2. parte Sum. tract. 7. cap. 2. concluſ. 12. diffin. 6.*

17 Sed circa dictum Decretum Concilii *ſeſſ. 7. de reform. cap. 4.* controvertitur graviter; An in beneficiis reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus, per iſtud decretum inducatur vacatio primi ipſo jure per adeptionem ſecundi. Negant Navarrus *conſil. 17. de præbend. per Gloſſ. pen. in cap. fin. de jure patron.* Zechus *de Republ. Eccleſ. tit. de beneficiatis. num. 94.* Flamin. Parisius *de reſignat. lib. 3. qu. 1.* & alii. Contrarium tamen declaravit multoties Sacra Congregatio Concilii ſupra dictum caput 4. ut teſtantur Gonzalez. *d. Gloſſ. 15. num. 16.* Wameſius *conſ. 231. in addit.* & alii: Declarationem ſequuntur Leſſius *de juſt. & jure. lib. 2. cap. 34. num. 145.* Azor. *2. part. Inſt. Moral. lib. 6. cap. 13. qu. 2. 4. 5. 7. & 8.* Eam obſervat Dataria & Cancellaria Apoſtolica, & Rota, teſte Garcia *d. loco num. 87. cum ſeqq.* Meritò. Cum Concilium in d. c. 4. loquatur de quibuscunque beneficiis incompatibilibus vigore quorumcunque canonum. *Garcias d. loco num. 91.*

18 Ad inducendam tamen vacationem beneficii primi incompatibilis per aſſecutionem ſecundi non ſufficit collatio ſola, & acceptatio ejus, ſed requiritur adeptio poſſeſſionis ſecundi pacifica, vel quod per proviſum ſtet, quo minus eam adipiſcatur *d. c. de multa. & ibi reperiri. c. licet. Epiſcopus. de præbend. in 6. d. Extrav. Execrabilis. eod. verſ. qui verò. & d. Clem. ſi plures. & ibi Gloſſ.*

19 Per Proviſionem tamen de beneficio incompatibili, in quo intruſus alius, non vacat primum, licet proviſus contra intruſum pro

capi-

capienda possessione secundi, faciat diligentiam nullam: quia tunc non videtur stare per provisum, sed per intrusum, præsertim si non sit monitus, aut ad faciendam diligentiam ei per Superiorem terminus præfixus. *Achill. decis.* 358. *Gonzalez. Gloss.* 15. *num.* 116. *cum seq. Garcias d. loco num.* 102.

20 At provisus à Papa de secundo beneficio incompatibili, vacationem primi non excusabit ex eo quod non expedierit bullas, sine quibus possessionem capere non potest; si per eum stat, quo minus expediat. *sec. decis. Rotæ in causa Leodiens. Canonicat. 9. Decembr.* 1589. *teste Garcia d. loco num.* 104.

21 Possessio autem pacifica beneficii secundi incompatibilis, ut vacet beneficium primum, non debet talis esse tantum de facto, sed & de jure, id est, non litigiosa, absque controversia juris & facti judiciali & extrajudiciali. *Archidiac. & Joan. Andr. in d. c. commissa. de elect. in* 6. *Cardin. in d. Clem. gratiæ. num.* 8. *de rescript. Abbas in d. c. de multa. num.* 16. *Rebuff. de pacific. possess. num.* 59. *Mascard. de probat. concl.* 183. *num.* 40. *Gonzalez. ad reg. mensium. Gloss.* 15. *num.* 117.

22 Debet etiam possessio pacifica esse, nedum beneficii & tituli, seu exercitii, curæ, sed & bonorum & fructuum beneficii, seu majoris partis eorum: Nam si alius eos ex justa causa percipiat, non ipso jure vacabit primum. *c. si tibi concesso. de præbend. in* 6. *& ibi Gloss. fin. Abb. num.* 16. *& Dd. commun. in d. c. de multa. & c. cum in cunctis. §.* 1. *de elect.*

23 Sicut si habenti beneficium conferatur aliud incompatibile, habita ejus possessione pacifica vacat primum, ita si habenti duo vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, ejus possessione adepta pacificè, vacant omnia prima. *Clem. si plures. de præbend. c. eum qui prima parte. eod. in* 6. *Gloss. in d. Clem. si plures. verb. vacare. Cardin. ibid.* 4. *oppos. & qu.* 5. *Domin. in c. Ordinarii. §. in conferendis. de offic. Ordin. num.* 5. *& 7. & Franc. num.* 2.

24 Ut duæ dignitates, personatus seu officia, sunt incompatibilia, sic & duo Canonicatus seu præbendæ, aut portiones, vel *duo beneficia uniformia*, sive similia *sub eodem tecto*, id est, in eadem Ecclesia, sunt incompatibilia; adeò ut per assecutionem secundi vacet ipso jure primum,

mum, etiam de jure antiquo: *d. c. de multa. ubi: Addentes, ut in eadem Eccleſia & c. literas. de conceſſ. præbend. c. 1. de conſuet. in 6. ubi Dd. Clem. fin. de præbend. & ibi Gloſſ. & Dd. Wameſ. 235.* Nec valet hic, aut conſuetudo, etiam immemorialis; *d. c. literas. & ibi Gloſſ. Abb. num. 2. & Dd. ibid. Idem Abbas in c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. num. 41. Rebuff. in Concordat. tit. de Mandat. Apoſtolic. §. 1. verb. ita tamen.* aut Epiſcopi diſpenſatio in contrarium *Gloſſ. ult. in d. Clem. fin. Abb. in d. c. literas. num. 3. Wameſ. d. conſ. num. 2.*

25 Et quamvis poſſit quis tenere duo curata, ſi unum ſit alteri annexum: *ut c. ſuper eo, de præbend. in 6.* non tamen in eadem Eccleſia poteſt quis habere Præbendas duas, etiamſi alteræ dignitati ſit annexa *ut in d. c. literas. & ibi Abb. num. 2. & text. in d. Clem. fin. & ibi Gloſſ. ult. & Cardin. 4. oppoſ.*

26 Duæ etiam Capellaniæ ſub eodem tecto, ſunt incompatibiles; tanquam beneficia uniformia, nec teneri abſque diſpenſatione Papæ poſſunt; ſed per aſſecutionem ſecundæ vacat prima. *Domin. in d. c. 1. de conſuetud. in 6. num. 14. Franc. ibid. num. 8. Garcias d. loco numer. 221.*

27 Idem dicendum de duobus altaribus datis in titulum. *Rebuff. in Concord. tit. de mandat. Apoſtol. §. 1. verb. ita tamen Sylveſtr. in Sum. verb. beneficium. 4. num. 11. Fumus in Armilla eod. verb. num. 46. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 11. num. 9.*

28 Non ſunt de jure *incompatibilia duo beneficia diſformia*, & diſſimilia *ſub eodem tecto*; ut dignitas & canonicatus, beneficium curatum ſeu ſimplex, canonicatus & capellania, beneficium curatum ſeu ſimplex cum capellania, niſi aliàs ratione reſidentiæ ſeu ſervitii, ſint ſibi repugnantia. *Dominic. in c. Cum in Eccleſia. de præbend. in 6. num. 7. & ibi. Franc. num. 4. Felin. in c. ex parte. 2. num. 3. & ibi Decius num. 4. de reſcript. Navar. conſil. 21. & 24. de præbend.*

29 Nullo tamen modo quis poteſt, citra diſpenſationem Papæ, in eadem Eccleſia eſſe triplex; nec valet ſtatutum, vel conſuetudo in contrarium. *ex d. c. 1. de conſuetud. & ibi Dominic. num. 5. & 12. Franc. num. 7. Probus num. 6. Gloſſ. in Clem. fin. de præbend. Garcias d. loco num. 238.*

Super-

Supereſt ut tractemus de *incompatibilitate* & *compatibilitate Beneficiorum ſimplicium.*

Ubi diſtinguendum: Aut duo *Beneficia Simplicia* ambo requi-30
runt *perſonalem Reſidentiam:* aut *non;* ſed alterutrum tantùm: *Priori caſu* ſimul retineri non poſſunt: ut apparet ex ſupra dictis *Abb. in repet. d. c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. num.* 30. *Corraſ. de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 17. *ibi dummodo perſonalem reſidentiam non requirat.* Er datur, *ſecundum c. referente, de præbend.* Clerico optio retinendi beneficium quod maluerit. *c. gratiæ. de reſcript. in* 6. *& c. gratiæ. eod. in Clement. Dartis tract. de benefic. ſect.* 9. *cap,* 2. *verſ. in Simplicibus. Poſteriori caſu* poſſunt, ſi alterum eorum non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem. *Navar. in man. cap.* 15. *num.* 127. *Emm. Rodriquez. in Sum. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 2.

Difficultas eſt, an quis retinere poſſit plura beneficia ſimplicia 31
reſidentiam non requirentia, quando alterum eorum ad exhibendum Clericum eſt ſufficiens. *Affirmat Innoc. in c. fin. de Cleric. non reſident. num.* 1. *& in c. cum jam dudum. num.* 2. *& 4. de præbend.* modò non retineat propter avaritiam & ambitionem. *ſequitur Gloſſ. in c. gratiam. de reſcript. Rebuff. in praxi. tit. de diſpenſat. ratione ætatis. verb. in cathedralibus. verſ. quod eſt verum.* Negat Gloſſ. *in c. dudum.* 2. *de elect. verb. intitulatum. & verb. retinere. & ibi* Abbas *num.* 56. *& in d. c. cum jam dudum num.* 8. *Bernard. Diaz. in pract. crim. can. cap.* 47. *ubi Salced. lit. c.* aliique. Quorum ſententia de jure verior: *d. c. conquerente. de Cleric. non reſident.* Innocentii tamen poteſt etiam, procedere, ubi ejuſmodi ſtatutum aut conſuetudo eſt. Quoniam conſuetudo pro diſpenſatione eſt. *Gloſſ. in verbo pluralitatis. tit. de Collat. in Pragmat. Sanct. Florum. in d. c. cum jam dudum. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. ad plura num.* 29. modò beneficiorum coacervatio non ſit magna. *Cordub. lib. Quæſt. qu.* 20. *propoſ.* 3. *cum limit. dict. & ex c. quia in tantum. de præbend.*

Sed hæc ſententia Innocentii, ut & conſuetudo, ſublata eſt per 32
Concilium Tridentinum, *d. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 17. ita ut, ſecundum illud beneficium ſufficiens habens, per aſſecutionem beneficii ſecundi, perdat primum ipſo jure. *Garcias d. loco. n.* 283. *cum ſeqq.* Licet ſecundum ſit inſufficiens: *Garcias d. loco. num.* 301.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

33 Sed dubitatur circa dictum Concilii decretum, utrum habenti duo, vel tria beneficia ad eum ſuſtentandum congruè, non ſufficientia, poſſit aliud, vel alia beneficia, uſque ad ſuſtentationem congruam conferri; vel Utrum habenti unum beneficium inſufficiens, poſſint conferri alia duo plurave uſque ad ſuſtentationem competentem, etiam ad retentionis effectum. Certum, ſi beneficia alias non eſſent incompatibilia, ante Concilium de jure hoc licuiſſe, *Abbas in d. cum jam dudum. num. 8. Navar. conſ. 10. & 19. de præbend. Franc. in c. 11. can. 19. eod. in 6.* Sed an poſt controverſum? Negat Gonzal. *d. Gloſſ. 15. num. 39.* Affirmant *Navarr. d. conſ. 10. & in Manuali: cap. 25. num 129. & Miſcellan. 60. de orat. num. 13. Flam. Pariſ. d. tract. lib. 3. qu. 1. num. 141. Perez. de Lara de anniverſ. & capell. lib. 2. cap. 7. num. 12. aliique alleg. per Garciam d. loco. num. 308.* Quorum ſententiam rejecit, Sacra Congregatio ut referunt Zechus *de Republ. Eccleſiaſt. cap. de beneficiatis. ad fin. Salcedo in praxi cap. 47. litera C.* & ex iis Garcias *d. loco. num. 310.*

34 Moveri ſolent circa dictum Concilii decretum, adhuc dubia aliaquæ relatu inutilia: cum dictum decretum nec ſervetur in Gallis, ubi ipſum Concilium in totum non receptum: nec in Germania, nec etiam in Hiſpania, ſit uſu receptum: Imò nequidem ſervatur in Curia Romana: Nam ipſi Pontifices Summi, etiam poſt Concilium Tridentinum ſolent narranti plura obtenta beneficia ſimplicia, concedere alia; nec apponitur decretum de dimittendo intra duos menſes obrenta: quod apponi ſolitum, quandò narratur aliquod incompatibile. Nec poteſt dici Pontifices ſuper illis tacitè diſpenſare. *per c. non poteſt. 21. de præbend. in 6. Navar. de Orat. Miſcell. 61. num. 2. Salcedo in Pract. Bernardi Diaz. d. cap. 47. ſeu 48. lit. C. Manuel Rodriguez. in Sum. tom. 1. cap. 32. num. 2. Gonzalez. d. Gloſſ. 15. num. 27.*

35 Et hæc de beneficiis pluribus, quæ poſſunt aut non poſſunt haberi citra Diſpenſationem: Dicendum nunc, pro materiæ complemento, de iis quæ mediante Diſpenſatione haberi poſſunt.

Eſt autem diſtinguenda Diſpenſatio Epiſcopi à Romani Pontificis diſpenſatione.

36 Hic ſolus diſpenſat in Beneficiis curatis, Dignitatibus & Perſonati-

natibus circa Personas sublimes, *d. c. de multa.* & literatas. *d. c. Execrabilis*: Quod hæ personæ maximè soleant proficere Ecclesiæ Dei. *Gloss. in c. dudum. 2. de elect. 1. in d. c. de multa. verb. per sedem. & in c. 1. de consuetud. in 6. verb. absque dispensatione, & in c. ordinarii. de offic. Ordin. in 6. verb. sui beneficii. & in c. non potest. de præbend. verb. quæ alias. Quintinus in d. c. de multa.*

In istis etiam olim de jure Episcopi, *can. sanctorum. dist. 70. exi-* 37
gente dispensationem Ecclesiæ utilitate: *Hostiens. in d. c. de multa. Abbas in repet. d. c. extirpandæ. §. quiverò.* Hodiè tantum circa beneficia alia quam curata aut dignitates, personatus, vel circa officia, vel duo uniformia, sub eodem tecto, vel duas præbendas diversarum Ecclesiarum, quorum quælibet per se sufficiat. *sec. Panorm. in d. c. cum jam dudum. num. 9. & repet. d. c. extirpandæ. §. qui verò. num. 41. cum seq. Quintinum. d. loco, num. 112.*

In requirentibus tamen Residentiam solus dispensat Papa. *Panorm. & Quintinus d. locis: Rebuff. tit. de dispensat. ratione ætatis. verb. in cathedralibus. vers. in super.* Cum propter dictum can. Sanctorum; tum Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 17. ubi: Dummodò utrumque personalem residentiam non requirat.* Nec enim possunt Episcopi dispensare contra jus Canonicum & Concilium: *Gloss. in c. dilectus. verb. cum se facultas de præbend. Felin. in d. c. 1. num. 49. Prob. ad Monach. in c. fin. de consuet. Zerola in praxi benef. part. 1. conclus. 7. Garc. d. loc. num. 371.* Nisi necessitas Ecclesiæ & utilitas sit magna: *Abb. in c. at si Clerici. §. de adult. de judic. num. 9. post Joan. de Lignano ibid. Sylvest. in Sum. verb. Dispensatio. num. 15.* & Papa consuli non potest. *Felin. in c. 1. de constitut. num. 50. Decius in d. c. at si Clerici. §. de adult. num. 82. Rochus in c. fin. de consuet. sect. 3. num. 13. Garcias d. loco num. 338.*

Utrum autem tuti sint apud Deum, qui hujusmodi dispensatio- 38
nes facilè concedunt, aut impetrant: tractant Gloss. *in pragm. Sanct. tit. de Collation. verb. pluralitatis.* Rebuff. *d. loco.* Cajetan. *in Sum. verb. Beneficium.* Manuel. Rodrig. *in Sum. 2. part. tract. 7. num. 7. & 8.* Less. *de just. & jure lib. 2. cap. 34. num. 150.* & alii relati *per Garciam. d. loco, num. 378.*

Corvinus
De Personis
et Benefi. Eccles.
G IV.
32

39 Certè Duarenus *d. tract. de benefic. lib. 8. cap. 4. in fin.* Beneficiorum cumulationem, ſine delectu paſſim receptam, rem appellat prodigioſam: nec Ipſi minus monſtroſi videntur, qui tot perſonas ſuſtinent in Eccleſia, quam Briareus ille, quem manus habuiſſe centum dicunt Fabulæ: aut Gerion, quem trium fuiſſe corporum nugantur eadé.

TITULUS V.

De Vacatione Beneficiorum ob Promotionem ad Epiſcopatum.

SUMMARIA.

1. *Beneficiato ad Epiſcopatum promoto vacat ejus Beneficium.*
2. *Poſt adeptam poſſeſſionem, & conſecrationem; aut lapſum trimeſtres ad illam dati.*
3. *Cur hoc addis.*
4. *Quid ergò hic ſpectandum.*
5. *Quid ſi cum promoto ad Epiſcopatum fuerit diſpenſatum.*
6. *Epiſcoporum Titularium Beneficia non vacant.*
7. *Quid ſi Epiſcopus ab Epiſcopatu uno transferatur per Papam ad aliud.*
8. *Non vacat Epiſcopatus per adeptionem Beneficiorum aliorum.*
9. *Diſpenſante Papa conceſſorum.*
10. *Quæ non indiget Epiſcopus Titularis.*

Cum

CUm *Beneficiarius* provehitur ad *honorem Episcopalem, vacat* 1
ejus Beneficium, etiam simplex, *Lambert. in de jur. Patronat. 1. part. lib. 2. quæst. 6. art. 15. à num. 9. Hojeda de incompatibil. Benefic. part. 1. cap. 4. num. 3.* potestque conferri alii. *c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. c. post electionem. de concess. Præbend.*

Vacare censetur, non nisi post *adeptam Episcopatus possessionem* 2
pacificam & consecrationem; seu hujus loco lapsum trimestris ad consecrationem dati. *d. c. cum in cunctis. §. 1. & ibi Gloss. can. si qui Episcopi, dist. 92. Innoc. num. 4. Joan. Andr. Butr. Imola num. 4. Abbas à num. 1. & 6. Bellam. Decius à num. 1. & 11.* Nec enim antea habetur pro Episcopo. *c. nisi. de auctorit. & usu Pallii.*

Dico ad *consecrationem dati:* nec enim, ut quidam volunt; ut 3
Germanius *de indult. Cardinal. §. si vero: num. 24. & 48.* & Caputaquen. *decis. 401. num. 5.* & alii, dictum trimestre ad capiendam possessionem est assignatum.

Undè ad Beneficiorum vacationem, quod possessionem attinet, 4
spectabitur solum, an Episcopatus adeptus sit possessionem, vel per eum steterit, quominus adeptus fuerit: *Staphil. de literis gratiæ. tit. de variis modis vacat. §. secundus principalis modus. Hojeda. d. loco. Dd. ad d. c. licet Episcopatus. de præbend. in 6. Et d. Extrav. execrabilis. vers. qui verò. & c. commissa. de elect. in 6. Caputaquen. d. decis. 401. num. 5. cum seq.*

Quodsi cum promoto ad Episcopatum fuerit, nè intra annum 5
consecrare teneretur, dispensatum; quæritur, talis dispensationis tempore durante; an ejus beneficium vacet? Dicendum Quod non; licet dispensatio ad partis instantiam esset concessa? Nec enim ei tum imputari potest mora, nec negligentia. *Butrius & Abbas. à num. 7. Decius num. 17. in d. c. cum in cunctis. §. 1. Felin. in c. postulasti. num. 13. limit. 6. de rescript.*

Ex quibus infertur rectè: Beneficia, ut & pensiones; promoto- 6
rum ad Episcopatus in terris infidelium exsistentes, seu Titulares, vacare nequaquam; Cum non possint, nec per eos stet, assequi eorum

possessionem. *Staphil. tit. de qualit. & statu benefic. §. hujusmodi. num. 15. Navar. cons. 14. de elect. num. 3. Germon. d. §. si vero. num. 26. Flamin. Paris. d. tract. lib. 3. qu. 1. num. 9. & 89. Puteus decis. 16. de pension.*

7 Episcopo autem ab uno Episcopatu per Papam translato volente ad alium; statim vacat primum; etiam ante adeptam possessionem secundi: *Abbas post alios in c. fin. num. 13. de postulat. Prælat. Mascard. de probat. conclus. 183. num. 15. cum seqq. Franc. Marcus. decis. 105. Dissentit Felin. in c. eam te. de rescript. num. 8. vers. & dicitur. & alii.*

8 Verum licet per Episcopatus adeptionem priora vacent beneficia, non tamen vacat Episcopatus per adeptionem Dignitatum vel Beneficiorum. *c. cum nostris. de concess. Præbend. ubi Abb. num. 4. Rebuff. in Concord. tit. de Mandat. Apostol. §. statuimus verb. Monasteria. vers. nisi tamen.*

9 Possunt enim Episcopo, sed dispensante Papa aut ex justa & necessaria caussa (ut si in possessione Episcopatus non sit: si non habeat fructus sufficientes ad se sustentandum, &c.) conferri Dignitates & Beneficia. *d. c. cum nostris. & ibi Abb. num. 4. 7. & 15. & Idem in c. Ecclesia vestra. 2. de election. num. 3. Garcias d. part. cap. 6. num. 44.*

10 Quâ dispensatione non indiget Episcopus Titularis. *Navar. cons. 14. & 15. de elect. Garcias d. loco num. 45. cum seq.*

TITULUS VI.

De Vacatione ob Promotionem ad Abbatiam.

SUMMARIA.

1. *Promotorum ad Abbatiam vacant Beneficia: Sed quando.*
2. *Quomodo hoc intelligendum quoad Abbates Seculares.*

3. *Dicta*

3. *Dicta de Abbatibus procedunt & in Prioribus & Præpositis.*

Similiter omnia *promoti ad Abbatiam sive secularem, sive regu-* 1
larem, beneficia vacant adepta possessione pacifica ipsius, vel si per eum steterit, quominus eam adipiscatur; etiamsi non fuerit benedictus: *can. Presbyteros.* 16. *qu.* 1. *Felin. in c. eam te. de rescript. num.* 7. *Decius in c. cum in cunctis.* §. 1. *de elect. num.* 4. *Rosiniac. de benefic. cap.* 5. *à num.* 33. *Hojeda. de incompatibil. benefic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. *cum seqq. de resignat. benefic. lib.* 3. *qu.* 1. *num.* 95. *&* 99.

Quoad Abbates tamen Seculares intelligo hoc, si in Ecclesiis Col- 2
legiatis habeant generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, ita ut dici possent Sponsi & Pastores: *Gloss. l. & Abbas & alii in c. quia propter. de elect.* Si non, eorum beneficia non vacabunt per adeptionem Abbatiæ, non magis quam per adeptionem aliarum Dignitatum. *Garcias. d. tract. d. part. cap.* 7. *num.* 4.

Quæ diximus de Abbatibus, procedunt & in Prioribus, & Præ- 3
positis: *Selva de benefic.* 1. *part. quæst.* 2. *num.* 53. *Hojeda. d. cap.* 6. *num.* 2. *Flamin. Paris. d. loco. num.* 100.

TITULUS VII.

De Vacatione ob Contractum Matrimonii.

SUMMARIA.

1. *Beneficium vacat per Clerici matrimonialia & sponsalia de præsenti.*
2. *Ipso jure.*
3. *Amittit ergò Clericus jura ad Beneficia competentia.*

4. *Licet*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

4. *Licet matrimonium non fuerit conſummatum.*
5. *Si ſit irritum, diſtinguendum.*
6. *Aut eſt irritum ex defectu conſenſus Clerici, & beneficium non vacat.*
7. *Vacat, ſi ex defectu conſenſus ſponſæ.*
8. *Vt & vacat, ſi ſit irritum ex cauſſa alia.*
9. *Non ipſo jure.*
10. *Sed per ſententiam Judicis.*
11. *Quidſi Beneficiarius, qui matrimonium contraxit, ſit impubes.*
12. *Quidſi pubes, & ſponſa ejus impubes.*
13. *Quando dicta de Beneficii privatione obtinent in penſione.*
14. *Quidſi Clerici ſint Concubinarii publici.*
15. *Quidſi occulti.*
16. *Eis pœna à Judice in imponi non poteſt.*
17. *Poteſt ab Epiſcopo, ſi Concubinatus diſſimulari nequeat:*
18. *Sed ex rigore juris, quem non patiuntur hodierna tempora.*
19. *Concubinarius, hic, quis.*
20. *Quis in Concilio Baſileenſi.*
21. *Decretum Concilii Tridentini.*
22. *Ratio Ejus.*

1 VAcat etiam *Beneficium per matrimonium* Clerici, qui illud poſſidet: *c. 1. c. quod à te. 3. c. diverſis fallaciis. 5. de Cleric. conjug. & ibi Gloſſ.* non etiam per Sponſalia, *Corraſius de benefic. 1. part. cap. 10. num. 11. Rota deciſ. 1. de Cleric. conjug. in novis Maſcard. de probat. concluſ. 182. Pecutius ad reg. Jur. Can. beneficium num. 16.* quæ non tam ponunt matrimonium, quàm ſpem ejus

ejus nisi sint de præsenti. *Zoes. Comm. ad decret. ad tit. de Cleric. conjug. num.* 14. Quia matrimonium faciunt. *Gloss. ad c. un. ad verb. clericalibus. eod. in* 6. *Aufred. decis. Cappellæ Tholos.* 239. *Panorm. ad d. c.* 1. *num. Petr. Gregor. in Instit. rei benefic. cap.* 25. *numer.* 4. *vers. Id ipsum.*

Sed quæritur : An beneficia vacent *ipso jure* ; an verò sit opus *sententia judicis.* Quod posterius dicendum videtur. *Primò* ; Quod ad pœnam nemo teneatur in conscientia ante sententiam ; ex sententia receptissima. *Secundò* ; Quod *in dd. c.* 1. 3. *&* 5. dicatur Clericus compellendus, uxore ducta, relinquere beneficium, & eo privandus ; *Tertiò* ; Quod in *can. si qui verò.* 3 *dist.* 32. dicatur Clericus, uxore acceptâ, nihilominus stipendium suum accepturus. Communis tamen opinio est *ipso jure*, citra sententiam, beneficia vacare ; *Rota decis.* 1. *de Cleric. non conjugat. Capella Tholos. decis.* 240. *Rosiniac. de benefic. cap.* 3. *Pechus d. loco. Mandos. de signat. gratiæ. tit. de privat. vers. impetratur beneficium ob contractum matrimonium. Mascard. de probat. conclus.* 182. *Zævallos quæst.* 147. Ejus ratio consurgit ex incompatibilitate matrimonii cum beneficio, quæ spontaneam inducit renuntiationem. *arg. can. cum renuntiatur.* 32. *quæst.* 1. Est & ea ratio. Quod concessio beneficii eam ex Ecclesiæ consuetudine habeat conditionem, nè statum incompatibilem, qualem ponit matrimonium, ejusque usus assumat Clericus : Quare, eo assumpto, tanquam definiente conditione, perdit beneficium. *Covarruv. ad* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 5. *Sanchez. disput.* 42. *num.* 3. *&* 4. *Zoes. d. loc. num.* 15. Undè patet amissionem non causari per modum pœnæ : & sic cessat argumentum primum. Nec obstat secundum : Nam dicti allegati textus loquuntur de privatione possessionis facienda, quam de facto injustè & violenter talis Clericus detinebat. *Gloss. ad d. c.* 1. *ad verb. relinquenda. Petrus Gregor. d. loco.* Nec adversatur tertium : Quia textus ille rectè accipitur de eo quod datur in stipendium, ratione laboris, quem Clericus canendo præstat, non etiam de eo quod debetur in titulum. *Zoes. d. loco.* 2

Undè per *matrimonium* amittit Clericus accessus, regressus, & alia jura ad beneficium competentia. *Prob. ad Monach. in c.* 1. *de Cleric.* 3

ric. conjug. in 6. Covarruv. d. loco. §. 3. num. 5. Jul. Clar. recept. ſentent. §. 1. quæſt. 73. num. 5. Saleed. ad Bernard. Diaz. in pract. Crim. Canon. cap. 80. lit. E.

4 Nec refert *matrimonium* non fuiſſe *conſummatum*, ex eadem ratione militante in caſu proximo. Nam cum copula nihil faciat ad matrimonium, negari non poteſt, quin ſit verè aſſumptus ſtatus cum beneficio incompatibilis; cum teneatur ad copulam. Ubi nihil facit, ſi ſponſa ante copulam moriatur, vel ingrediatur religionem; Nam jus ſemel extinctum non recuperatur ſolo caſu, extincta ſcilicet amiſſionis cauſſa, ſed opus eſt collatione nova. *c. ex publico de conuerſ. conjugat. Gloſſ. pen. in Clem. gratiæ. de reſcript. Abbas & Dd. in d. c. 1. Covarruv. d. loco Gigas de penſion. qu. 54. num. 8. Roſiniac. d. loco, num. 20. Sairus de cenſur. lib. 6. cap. 5. num. 14.*

5 Quodſi matrimonium ſit irritum, ſive ex conſanguinitatis, ſive alia cauſſa, eſt diſtinguendum; An ſit *nullum ob defectum conſenſus*, an verò, ſit adſit conſenſus, *ex cauſa alia.*

6 *Primo caſu* certum eſt, non vacare beneficium, nec eo privandum eſſe Clericum, cum nè quidem voluerit actum contrarium.

Hinc contractum à vi, vel metu coacto à furioſo aut mente capto matrimonium non facit privari Clericum: *Probus ad Monach. in d. c. 1. de Cleric. conjugat. in 6. num. 15. Gigas de penſion. qu. 5. num. 9. 10. Bernard. Diaz. d. loc. num. 5. Sairus d. loco, num. 13.*

7 Quodſi tamen ſponſa vi vel metu coacta, Clerico liberè conſentienti nupſerit, licet matrimonium ſit nullum, perdet tamen Clericus ipſo jure beneficium. *Probus d. num. 15. Gigas d. loc. numer. 10. Bernard. Diaz. d. num. 5. Sairus d. num. 13. Garcias de benefic. part. 11. cap. 8. num. 11.*

8 *Secundo caſu* probabiſe eſt, nihilominus privatum videri beneficio taliter contrahentem, ex ratione textus *in c. nuper à nobis 4. de bigamis non ordinand.* ubi intentio cum opere ſubſecuto facit aliquem poni inter Bigamos, etſi verè non ſit talis. Cui reſpondet textus *in c. cum qui. 18. de præbend. in 6.* ubi, accipiens beneficium ſecundum curatum, licet nulliter, perdit tamen hoc ipſo primum; ſubjuncta ratione, quod non deceat, ut melioris conditionis exiſtat ſtultus quam peritus.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

peritus. Ita ut tota vis ponatur in eo solo, quod quis appetierit statum incompatibilem. *vid. Abb. in d. c.* 1. *Rebuff. de pacif. possess. num. Corras. de benefic.* 1. *part. cap.* 10. *num.* 10. *Gigas. d. quæst.* 54. *Cuchus in Inst. Jur. Canon. major. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 226. *aliique alleg. per Garciam d. loco, num.* 4. Ut non sit utilis distinctio, quam quidam faciunt, *Decius consil.* 166. *Prob. d. c.* 1. *num.* 15. *&* 16. *Bernard. Diaz. d. c.* 80. an Clericus sciverit impedimentum an ignoraverit; quia adest animus utroque casu appetendi statum incompatibilem: *Covarruv. d.* 2. *part. cap.* 3. *§.* 7. *num.* 52. *Abb. in d. c.* 1. *numer.* 7. *Sanchez. de matrimonio. lib.* 2. *disp.* 37.

Volunt tamen quidam, *ut Cardin. in Clem. gratiæ. de rescript. n.* 10. *Butrius & Imola. in d. c.* 1. *& Bermondus de public. concubinariis. fol.* 404. *Jul. Clar. d. quæst.* 73. *num.* 5. *Lessius de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 21. *num.* 113. *& alii*; privationem non induci ipso jure, eò quod hic agatur de pœna delicti, quæ ipso jure non infertur: nec eadem subsit ratio, quæ vero subest matrimonio, quod inducit incompatibilitatem cum beneficio, non etiam irritationem. Ut cum non detur textus quid disponens hac in parte, non debeat dispositum in casibus aliis extendi, contra reg. *odia. de reg. jur. in* 6. Nec præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. Adducunt *d. c.* 1. *de Cleric. conjug.* ubi, nulla beneficiorum facta mentione, tantum deciditur constitutos in sacris, ducentes uxores, cogendos eas dimittere. Sed non loquitur de constitutis in Ordinibus minoribus, ut nos. 9

Verum enim est, quod ii, qui in sacris sunt constituti, si de facto contrahant matrimonium, non perdant ipso facto beneficium, cum sint omninò ad matrimonium inhabiles; unde eo privantur per sententiam judicis. *Gloss. fin. in d. c.* 1. *& ibi Butrius & Imola. Bernard. Diaz. in d. cap.* 80. *& ibi Salcedo lit. C. dicens communem Mascard. de prob. conclus.* 181. *num.* 5. *&* 6. 10

Si *Beneficiarius impubes* contraxerit matrimonium, quæritur an beneficio obtento sit privandus? Dicendum, non. Ratio est. Quia ejusmodi matrimonii contractus vim tantum habet sponsalium. *c. un. de despons. impub. in* 6. *& c. fin. eod. Rosiniac. d. loc. num.* 16. *Jul. Clar. d. loco. Bernard. Diaz. d. cap.* 80. *num.* 6. *& ibid. Salcedo. litera G.* Per Spon- 11

salia autem non vacat Beneficium, uti dictum. *Rota decis. 1. de Cleric. conjug.* Nec obstant dicta superiore quæstione: Quia ibi actum de pubere, qui contrahens, licet inutiliter, vult tamen statum incompatibilem: Hic autem canon. *d. c. un.* inutilem actum transfert in alium casum utilem, qui non noceat. *Covarruv. d. §. 3. num. 5. Zoes. d. loco, num. 18.*

12 Et hoc ita, si sponsus sit *impubes*: Nam si sit pubes, & sponsa impubes, aliqui dubitant; *ut Menchaca de testam. §. 22. numer. 47. Bernard. Diaz. d. loco.* maximè si sponsus ignoret sponsam esse impuberem, quasi per sponsum, quominus actum gesserit incompatibilem, non steterit. Videtur nihilominus dicendum, non vacare beneficium, eadem ratione militante; Quod scilicet canon ejusmodi contractum, velit valere ut sponsalia, quæ non privant aliquem ipso jure, nec etiam privari faciunt. *Abbas in d. c. 1. numer. 7. Clarus. §. fin. quæst. 73. num. 5. Zoes. d. loco, num. 18. Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 43. n. 6. Garcias d. loc. num. 22.*

13 Sed an dicta obtineant in *pensione*, quam habet matrimonium contrahens, dubitatur? Dicendum; Quatenus debetur titulo Clericali; ut sit beneficii loco quod resignatum, in ea regula habeat locum; Quod subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum est subrogatum; itemque ratio status incompatibilis. *Gigas de pensionib. qu. 54. Clarus d. qu. 73. num. 5. Covarruv. d. loco num. 7. Sanchez. disp. 44. num. 4. Zoes. d. loco num. 19.*

14 Sed quid dicendum de *Clericis Concubinariis*: Distinguendum utrum sint *publici*; *an Occulti*. Si *publici*; ut priventur beneficiis. Puto contra illos procedendum judicialiter. Monendus primo Concubinarius, ut impudicam vitam deserat: si nolit & sit contumax, ut incorrigibilis & insanabilis, deponatur & privetur per sententiam. *Progm. Sanct. de Public. Concubinariis. §. nec non. & hujusmodi.*

Monitio debet esse triplex: *can. de illicita. c. 24. qu. 3. c. sacro. 48. c. contingit. 45. de sentent. excommun.* Vel una peremptoria pro omnibus; potissimam in notoriis. *L. nonnunquam. 72. ff. de judic. l. tres denuntiationes. Cod. Quomodo & Quando judex. c. cum sit. de appellat. c. constitutionem. de sentent. excommun. in 6.*

Si verò

Si verò *Concubinarii* sint *occulti*; non sufficiet ad beneficii pri- 15
vationem monitio una; nec monitio generalis, ut Clerici abjiciant Concubinas; ut hoc faciant nominatim facienda insinuatio. *Gloss. ad d. §. nec non. fac. Clem. 1. de vita & honest. Cleric. Gloss. & Dd. ad c. vestra. de cohabit. Cleric. & mulier.*

Neque etiam Concubinario occulto, pœna imponi potest à ju- 16
dice; Verum ipse scire debet in conscientia sua, non licere sibi accedere ad celebrandum, sed haberi apud Deum pro deposito seu suspenso ab officio, donec fuerit dignè confessus & pœnituerit. *can. fin. dist. 33.*

Si tamen Concubinatus tam notus & manifestus, ut sine scan- 17
dalo dissimulari non possit, de rigore juris, Episcopus sine alia monitione depositione ut poterit. *c. decernimus. 28. dist. c. qualiter. 2. de accusat. can. non debet. 30. quæst. 1. c. 1. de Cleric. peregrinus. can. Presbyter. dist. 82.*

Fuit olim illud postremum Concubinariorum publicorum remedium: Nec enim ad illud perveniebatur statim: sed Clericis tenentes concubinas monitis, si non reliquissent eas, excommunicabantur: contumaces ab officio & beneficio suspendebantur; non resipiscentes privabantur & deponebantur: *c. cleric. 3. cum seq. c. si autem. 6. de cohabit. Clericor. & mulier.*

Neque etiam rigor juris etiam nunc omninò sequendus, eò quod 18
nostrorum temporum defectus; quibus non solum merita, sed hominum ipsa defecerunt corpora districtionis illius in omnibus non patitur remanere censuram. *ut ait can. fraternitatis. 7. dist. 34.*

Concubinarium hic intelligimus, qui mulierem & corruptam, 19
nullaque sibi propinquitate sanguinis vel spiritualitatis vinculo conjunctam, domi vel alibi detinet, & commisceatur cum ea. Alioquin si commisceatur cum maritata, dicetur adulter; si cum virgine, stuprator, si cum proxima, vel consanguinea, incestuosus; *can. lex illa. §. cum ergo. 36. qu. 1.*

Dicuntur & *Concubinarii publici*, qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam teneat, & per superiorem suum admoniti non dimittunt eam. *§. publici autem concubinarii. de public. Concubinariis in Concordat.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

20 In Concilio Baſileenſi *ſeſſ.* 20. intelliguntur *Concubinarii publici*; non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem, in jure factam, ſeu per rei evidentiam, quæ nulla tergiverſatione celare poteſt, eſt notorius; ſed & illi multò magis, qui concubinas penes ſe habent, tanquam uxores, filiosque ut veri Patres nutriunt publice, talesque impudenter nominant.

21 Per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 24. Clerici Concubinarii ſemel per Superiorem moniti, ſi non abſtineant, ſi habeant beneficia, obventionum & proventuum fructuum parte tertia privantur; applicanda vel Eccleſiæ fabricæ, vel alii loco pio Epiſcopi arbitrio: monitioni iteratæ ſi non pareant, privantur fructibus omnibus, & à beneficiorum adminiſtratione ſuſpenduntur, quamdiu voluerit ordinarius. Si ita ſuſpenſi adhuc non obediant à beneficiis & officiis amoventur: & privantur perpetuò, & ad officia & beneficia Eccleſiaſtica, donec ſe emendaverint, & cum illis fuerit diſpenſatum inhabiles declarantur.

Quodſi Beneficia iſti Concubinarii non habeant, nec Eccleſiaſticas penſiones; juſſum in eodem Concilio, juxta delicti qualitatem & perſeverantiam ut puniantur ab Epiſcopo vel pœna carceris, vel ſuſpenſione ab Ordine, vel inhabilitate: aliisve modis juxta Sacros Canones; veluti per excommunicationis ſententiam, vel aliter.

22 Meritò. Si enim Concubinatus ex Lege Divina, Non mœchaberis, improbatus inter Laicos: *can. meretrices.* 32. *qu.* 14. *can. pudet.* 14. *qu.* 5. multò magis inter Clericos, qui lumen dicuntur mundi: *can. Sacerdotes. diſt.* 92. & corpore & mente debent eſſe mundi. *can. neceſſe.* 1. *qu.* 1. *can. in gravibus. cum* 2. *ſeqq.* 3. *qu.* 7. Quia magnum dicitur inconveniens, Sacerdotem corpus Domini conſecrantem, eſſe immundum. *can. Sacroſancta.* 1. *& ſeq.* 1. *qu.* 1.

TITU-

TITULUS VIII.

De Vacatione per Religionis ingressum.

SUMMARIA.

1. *Vacat Beneficium per Religionis ingressum secuta professione: Sed intra quod tempus.*

QUemadmodum matrimonio, ita etiam per *Religionis ingressum* vacat Beneficium; modò secuta fuerit, aut tacita, aut expressa Professio; *can. Gonsaldus 17. qu. 2. c. beneficium. de regular. in 6. ubi Dd. & Manuel. Rodriguez. quæst. regular. tom. 1. quæst. 37. Gonzalez. ad Reg. de mensib. Gloss. 15. num. 45.* infra annum probationis olim; *c. ad Apostolicam. de convers. Conjugat. c. statuimus. de regularib. c. beneficium. c. non solum. c. constitutionem. eod. in 6.* hodie, secundum Concilium Tridentinum, post *d. sess. 25. de Regularib. cap. 15.* & quidem continuum intra claustra, & non interpolatum: *Sacra Congreg. ad d. loc.* 1

Nec etiam secundùm idem Concilium, Renuntiatio ante lapsum anni facta, est valida. *Majol. de Irregul. lib. 3. cap. 6. num. 2. Flamin. Pariz. de resignat. Benefic. lib. 3. qu. 13.*

TITULUS IX.

De Vacatione propter Beneficiati crimen.

SUMMARIA.

1. *Ex caussa criminis vacant Beneficia dupliciter.*
2. *Quando ipso jure.*
3. *Verba, ipso jure & ipso facto, à Doctoribus sum-*

mun-

muntur promiſcuè.

4. *Nullum crimen ipſo jure inducit vacationem, niſi ſit jure cautum.*
5. *Multum intereſt, utrum ipſo jure vacent Beneficia, an verò judicis requiratur ſententia.*
6. *Quomodo.*
7. *Ipſo jure privatus beneficiis, illa in conſcientia tenetur dimittere, etiam ante ſententiam.*
8. *Ratio.*
9. *Ejus probatio.*
10. *Illatio ex dictis.*

1 EX *cauſſa Criminis* vacant Beneficia, vel *ipſo Jure* vel *per ſententiam.*

2 *Ipſo Jure*, quando poſſeſſor amittit Beneficium eo ipſo quod commiſit crimen, ita ut conferri poſſit alteri, quamvis de facto detineat poſſeſſionem. *c. licet. 28. de præbend. in 6. c. cum noſtris. de conceſſ. præbend.*

3 Doctoris tamen promiſcuè ſolent his verbis uti, *ipſo jure*, & *ipſo facto*; ut ſi jus ſtatuat aliquem privandum beneficio ſuo ipſo facto, hoc intelligendum ſit ſimul atque crimen commiſerit: Tale enim jus ſupponit factum; ideoque eo caſu ipſo facto idem ſignificat, quod ipſo jure: *c. 2. Ne Clerici vel Monachi ſecular. ſe immiſc. negot. in 6.* & *in c. cum ſecundum. 19. de hæreticis. in 6.* ipſo jure idem eſt ac ipſo facto.

4 Sed nullum crimen, etiam privatione dignum, inducit vacationem Beneficii ipſo jure; niſi ſit jure cautum: ſi non; Judicis requiritur ſententia. *Felin. in c. 2. de reſcript. num. 3. Selva de benefic. 3. part. qu. 2. num. 6. Corraſ. de benefic. 3. parte, cap. 6. num. 12. Garc. de benef. part. 11. cap. 10. num. 5.*

5 Multum autem intereſt, utrum Beneficium propter Beneficiati crimen *ipſo jure* vacet, an verò requiratur *judicis ſententia. Gloſſ. in Novel. 7. cap. 1. verb. imminere. Dartis de benefic. ſect. 11. verſ. intereſt.*

6 *Illo caſu:* 1. Poſſunt Beneficia impetrari ante ſententiam condemnationis, *c. licet Epiſcopus. 28. de præbend. in 6. ubi Gloſſ. in verb. te non vocato. d. Franc. in fin. d. inc. 1. de homicid. in 6. & in c. ſœlicis de pœn. in 6.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

in 6. sufficitque post impetrationem, si possessor se opponat; vacationis causſam dicere: *Papon. Placitor. lib.* 3. *tit.* 6. *Dartis d. loc. vers. & primum. Petr. Gregor. de benefic. cap.* 26. *num.* 13. Non *hoc:* 2. Privatus *ipso jure*, nec beneficium renuntiare, nec permutare potest; Quia post commissum crimen nullum jus amplius habet in beneficio; *Garcias d. loco, num.* 25. Cum tamen reus criminis, qui *per sententiam* est privandus, ante sententiam ea possit: *Gloss. in c.* 2. *ad verb. finita. Ut lite pend. nihil innovet. in* 6. *Dartis d. loco. fac. l. post contractum.* 15. *ff. de donation. Petr. Gregor. d. loco, num.* 15. *post Rebuff. tract. de pacific. possessor. num.* 261. 3. Privatus *ipso jure* beneficio, si postea moriatur, non debet illud impetrari per mortem, sed jure devoluti; quia beneficium ex causſa delicti vacabat ante mortem; Contra est in beneficiis, quæ non adimuntur nisi *per sententiam;* quæ possessoribus in reatu mortuis, impetranda sunt per mortem: *Dartis d. loco, vers. Ex qua differentia. Gloss. in d. c.* 2. *verb. finita.* Cum morte rei extinguatur crimen: *can. quorundam. dist.* 23. 4. Privatus *ipso jure*, à die commissi criminis omnes restituit fructus. *d. Gloss.* 12. *Novel.* 12. *cap.* 1. *verb. imminere. prob. c. cum detestabile. Extr. de Simonia. Azor. Inst. Moral.* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 17. *qu.* 3. Privandus per *sententiam* interim facit fructus suos. *Abbas in c. item cum quis.* 6. *de restit. spoliator. Dartis d. loco. Rebuff. de pacific. Possessor. num.* 263. *Petr. Gregor. d. loco num.* 14.

Ex quibus sequitur, committentem delictum, ob quod beneficiis 7
ipso jure seu ipso facto privatur, teneri in conscientia illa dimittere; non solum post sententiam; quod indubitatum puto; quicquid dicant Covarruv. *in* 4. *parte* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 10. *vers. secundo infertur.* Enriquez. *in Summa lib.* 7. *cap.* 56. §. 2. *in Gloss. litera* Z. & Azor. *Inst. Moral.* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 8. *qu.* 4. sed etiam ante. *Abbas in repetit. c. extirpandæ.* §. *qui verò. num.* 24. *de præbend. Felin. in c. in nostra. de rescript. corol.* 2. *num.* 12. *&* 13. *& in c. inquisitionis. de accusation. num.* 7. *Navar. in Manuali. cap.* 29. *num.* 7. *Flamm. Paris. de resignat. Beneficior. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 22. *&* 81. *Lorca.* 1. 2. *disputat.* 24. *de legib. memb.* 2. §. *ult.*

Nam licet in pœnam amissionis propriorum bonorum non de- 8
beat lex; imò nec secundum Covarr. *d. cap.* 8. *num.* 10. *vers. secundo*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

infertur. Scinancam *de Catholic. inſtit. cap.* 46. *num.* 184. 209. & 233. Lud. Mexiam *in pragm. frumen. concluſ.* 6. *num.* 134. Azevedum. *in lib.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *recop. regul.* 10. *num.* 24. Bannez. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 3. *dub.* 2. Ludov. Carbon. *de Legib. lib.* 8. *diſput.* 9. *ad fin.* Vegam *in Sum.* 2. *part. cap.* 69. *caſu* 2. *ad fin.* Enriquez. *d. cap.* 56. *§.* 2. *in Gloſſ. lit. L.* *Azor. d. cap.* 8. *qu.* 4. aliosque; poſſit obligare in conſcientia delinquentem, ut ſit illius executor *contra ſe* ante ſententiam; nec enim talis eſſet tolerabilis & moraliter poſſibilis; *ut requiritur in can. grit autem lex. diſt.* 4. tamen in bonis communibus, qualia ſunt beneficia, rectè poteſt obligare delinquentem ad illa dimittenda ante ſententiam, cum illa particulariter dependeat ab Eccleſiæ Lege. *Sylveſtr. in Summa. verb. Aſſaſſinus. num.* 4. *& verb. Hæreſis.* 1. *& verb. pœna. num.* 25. *Soto. de Juſt. & Jure, lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. *Gutierrez. canon. Quæſt. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. *Salon. controverſ. lib.* 1. *Molina de Juſtit.* 1. *tom. tract.* 2. *diſput.* 96. *Vivald. in Candelabro Aureo. in explanat. conſtit. Sixti V. Azor. d. loco num.* 13. *Enriquez. d. cap.* 56. *§.* 2. *in princ. cum aliis citat. in Gloſſ. lit. T.*

9 Quod autem per illa verba *Ipſo jure* ſeu *Ipſo facto* cenſeatur Lex velle obligare in conſcientia ab illa dimittenda ante ſententiam, cum patet ex ipſa ſignificatione & vi verborum, & ex materia ſubjecta; tum etiam quia in excommunicationibus, ſuſpenſionibus, inhabilitatibus & ſimilibus, ex illis ſolis verbis cenſetur lex obligare ad pœnam in conſcientia ante ſententiam ullam: Ergò ſimiliter in propoſito noſtro eſt dicendum, velle per illa verba obligare in conſcientia ad pœnam amiſſionis beneficiorum: Si quando addantur verba alia, ſit hoc ad majorem declarationem & ex abundanti. *Suarez.* 5. *tom. de cenſura. diſp.* 3. *ſect.* 3. *num.* 8. *Lorca d. diſputat.* 25. *num.* 1. *regul.* 1. *memb.* 2. *§. ult. Garcias d. loco à num.* 18.

10 Ex dictis infertur *Collegiorum Leges* pœnam privationis Collegii *ipſo jure* imponentes *ſeu ipſo facto* tale quid facientibus; obligare in conſcientia ad pœnam etiam ante ſententiam. *Soto d. lib.* 1. *Quæſt.* 6. *art.* 6. *Molina d. diſput.* 96. *art.* 4. *& alii*; maximè cum iſtæ Leges in effectu impediant acquiſitionem eorum quæ accepturi ſunt à Collegio.

Arra-

Arragon. quæst. 11. art. 3. vers. ad aliud. de Legib. Collegior. Garcias d. loco 36. Diss. Gutierr. d. cap. 5. num. 17. Molina d. disput. 96. circa fin.

TITULUS X.

De Criminibus, propter quæ vacant Beneficia.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Ipso jure inducit Beneficii vacationem Simonia.*
3. *Saltem hodie, ex constitutione Pauli II.*
4. *Pœnæ Simoniacæ impetrationis quæ.*
5. *Simonia est triplex.*
6. *Constitutio Pauli recipitur in Reali.*
7. *Non Mentali.*
8. *Omninò Conventionali.*
9. *Dicta obtinent in Simoniacis manifestis; non occultis.*
10. *His indicitur Purgatio Canonica.*
11. *Petitio investituræ à Laicis, species est Simoniæ.*
12. *Circa eam Concilii Parisiensis Constitutio.*
13. *Vacationem Beneficii ipso jure inducit Hæresis.*
14. *Et Apostasia:*
15. *Schisma, sicum Hæresi conjunctum:*
16. *Perduellio.*
17. *Per sententiam Perjurium Judiciale.*
18. *Ut & Falsum commissum in literis Apostolicis:*
19. *Et Sacrilegium.*
20. *Scortatio publica, Concubi-*

cubinatus, Adulterium, Sodomia.
21. *An homicidium controverſum.*
22. *Dicimus ipſo jure.*
23. *Beneficiatum infamiæ nota inuſta beneficio privat.*
24. *Infamiam intelligę juris.*
25. *Privat per ſententiam.*

1 DIctis præmiſſis, diſcurrendum nunc, quæ *crimina probationem & quomodo inducant.*

2 Sunt ea varia. Primum eſt *Simonia: Felin. ad c. noſtra. de reſcript.* crimen omnium graviſſimum: *c. tanta eſt. 7. c. per tuas. 32. de Simonia. Vide ſupra lib. 4. tit. 8.* ut non tantum ob illud privetur Clericus Beneficiis per illud adeptis, ſed & aliis legitimè acquiſitis. *can. ſanè quiſquis. 15. qu. 9. c. inquiſitionis. de accuſation. Papas tom. 3. Notarior. lib. 2. Petr. Gregor. de benefic. cap. 26. num. 2.* Quia Simoniacus poſſeſſionis beneficiorum eſt incapax; ut infamis: niſi fuerit abſolutus, aut cum eo diſpenſatum. *c. ex diligenti. 17. & ibi Gloſſ. ad verb. infamia. de Simonia.*

3 Dicunt quidam Interpretes olim Simoniacum non fuiſſe privatum ipſo jure beneficiis, ſed ſententiam fuiſſe neceſſariam; quia in *can. 3. Presbyteri. 1. qu. 1. & can. de hoc. 11. & c. inſinuatum. 13. de Simonia. & c. 2. de conceſſ. præbend.* Pontifices utuntur his verbis futuri temporis, *deponatur, privetur, amoveas.* Quæ verba alii volunt denotare executionem, & ſubintelligendam eſſe privationem ipſo jure. Quicquid ſit dubitatio hæc Pauli II. conſtitutione *in c. cum deteſtabile. 2. extr. de Simonia.* hodiè eſt præciſa; Qua placuit Simoniacum ipſo jure pati omnes pœnas, quæ adverſus eum canonibus & conſtitutionibus ſunt ſtatutæ.

4 Beneficia itaque Simoniacè impetrata vacant, impetratio eſt nulla, collatio invalida: *d. c. cum deteſtabile. 2.* Ut neque, inquit, proviſi poſſint fructus ſuos facere, ſintque ultra excommunicati, nec poſſint abſolvi ab excommunicatione ab alio quam Summo Pontifice, niſi in

ſolo

solo articulo mortis; & teneantur ad fructuum restitutionem cum periculo animæ suæ perceptorum. Jubetur & *in d. c. insinuatum.* 13. ut notoriè diffamatus habuisse simoniacum ingressum, amittat beneficium (id est beneficii possessionem, cum nullum habeat jus.) Nec juvatur præscriptione temporis: per regulam Cancellariæ de *triennali possess.* Quia habet ingressum vitiosum: *can. ordinationes.* 113. *cum can. sunt nonnulli.* 114. 1. *qu.* 1. Cum pacta Simoniaca, imò pretium, favor & obsequium pro beneficio rejiciantur. *d. canonib. & c. cum pridem. & fin. de pactis. c. constitutus. de transaction.*

Sed cum Simonia sit triplex, *Realis, Mentalis,* & *Conventionalis;* 5
d. can. sunt nonnulli. discutiendum an de omnibus Pauli II. definitio sit recipienda.

Realem (quæ in dando & accipiendo consistit) definitione canonum & constitutionum recipi, est indubitatum. *Ludovic. Gomes. ad d. regulam de triennali possess. qu.* 12. Verba enim cum effectu intelliguntur. *c. relatum. de Cleric. non residentib. Petrus Gregor. d. loco num.* 1. *Dartis de benefic. sect.* 11. *vers. his tamen.* 6

Mentalis (quæ citra omnem conventionem expressam vel tacitam, mente tantùm concipitur; ut si quis affectu quodam animi, & ut aucupetur humanum favorem, auferat alicui beneficium; Vel si ambiat beneficium, non ut proficiat in spiritualibus, sed ut bonis abundet temporalibus: sola namque intentio hanc Simoniæ speciem inducit; *c. tua nos.* 34. *c. mandato.* 46. *de Simonia.)* non inducit beneficii privationem, nec ipso jure, nec per sententiam, nec obligat ad restituendum illud quod est acceptum, sive spirituale sit, sive temporale: imò aboletur per solam pœnitentiam. *d. c. mandato.* 46. *Petr. Gregor. d. loc. Dartis d. loco.* 7

Contra est in *Simonia Conventionali,* seu ea quæ fit promissione; 8
in qua tenetur Simoniacus non minus quam in reali ad restitutionem fructuum & beneficii: *c. nobis.* 27. *eod.* & privatur ipso jure, non per sententiam: Cum æquiparentur dare & promittere pro beneficio. *Panorm. & Felin. ad d. c. tua nos.* 34. *Duaren. de benefic. cap.* 6. *Petr. Gregor. d. loco. Dartis d. loco, vers. Contra est.* Nec aliter sensit Papa Paulus II.

ſi quis commodè & abſque cavillatione conſtitutionis ejus verba interpretetur.

Sunt tamen qui contendant de datione tantum, non etiam promiſſione intelligendam eſſe conſtitutionem: *Caſſad. deciſ. 5. Gomeſ. d. loc. ref. Guiliel. quend. Collectan. in collect. deciſ. tit. de conſtit. deciſ. 5.* quorum rationes leviſſimas hic referre, non eſt operæ pretium.

9 Quæ omnia accipienda ſunt de Simoniacis manifeſtis, non occultis; quia Eccleſia non judicat de occultis. *c. nobis. 27. de Simonia. c. un. Ut Eccleſ. benefic. ſine diminut. confer.* Paria enim ſunt ſecundum judicium exterius, non eſſe, vel non apparere. *l. in lege. 77. ff. de contrab. empt. vend.* Ideo Simoniacus eo modo quamdiu occultus eſt, conſetur vel præſumitur habere titulum coloratum, ex communi præſumptione; quod bonus quilibet habeatur, donec de contrario liqueat. *c. fin. de præſumpt.* Suſpenſus tamen eſt quod ad ſe pertinet. *can. 1. & 2. cauſ. 1. qu. 3.*

10 Laborantibus tamen occultæ Simoniæ infamia, indicitur purgatio Canonica. *c. de hoc. 11. de Simonia.*

11 Inter Simoniacas proviſiones habitum eſt, à Laicis beneficiorum accipere inveſtituras: Unde Henrici IV. Imperatoris, ſibi Beneficiorum inveſtituras vindicantis, tempore, Henriciana dicta eſt hæreſis: *teſtis Abbas Urſbergenſis.* Ob quam, & alia quædam, ipſi ab Electoribus Imperium ademptum, & datum Filio ejus Henrico. *Heginoldus in Chronicis Sclavorum cap. 32.*

12 Extat & conſtitutio ex Concilio Pariſienſi *cap. 8.* & in *can. ſi per ordinationem. 5. ſub diſt. 63.* ut; *Si quis per ordinationem regiam, honoris*, ſcilicet Epiſcopalis, *culmen pervadere nimia temeritate præſumpſerit, à comprovincialibus loci illius Epiſcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoſcunt, &c.*

13 Secundum crimen, ob quod Beneficium amittitur non per ſententiam; *ut putant Alphonſ. à Caſtro lib. 2. de juſta hæretic. punit. cap. 9. Sciannecas de Cathol. Inſtit. cap. 46. num. 72. Zerola in praxi Epiſcop. 1. part. verb. Privatio. princ. & alii.* ſed *ipſo jure* eſt *Hæreſis:* Primò per text. in *c. cum ſecundum leges. 19. de hæretic.* ubi bona hæreticorum ipſo jure confiſcantur & eis privantur: Nam verbo *Bonorum*, etiam Eccleſiaſtica continentur Beneficia. *c. 1. de præbend. & l. Bonorum. ff. de verb. Signif.*

Signif. ubi Rebuff. & in praxi tit. de Simonia in resignatione. num. 31. *& Quintanaduennas lib.* 2. *Eccles. cap.* 10. *num.* 93. *cum seq.* Quamvis enim in beneficiis, cum non sint transitoria ad fiscum, non sit locus confiscationi, est tamen privationi. *Achilles decis.* 345. *seu* 1. *de hæret. num.* 1. Secundò per text. in *c. ut commissi.* 12. *§. privandi. de hæretic. in* 6. ibi verba; *vel privatos nuntiandi;* sunt accipienda expositivè; id est, privatos nuntiandi. *ut ibi volunt Joan. Andr. Dominic. Francus. Abbas in c. inter dilectos. de excessib. Prælat. num.* 11. Estque hæc sententia communis; *Flam. Paris. lib.* 3. *de resignat. qu.* 1. *num.* 31. *cum seq.* eamque sequuntur plures citati per Garciam, *de benefic.* 11. *part. cap.* 10. *num.* 1. Et sic judicatum fuisse refert Papus *Placitorum lib.* 3. *tit.* 6.

Nec solum ipsi Hæretici sic privantur; sed & Illorum receptatores, fautores, defensores: *d. c. ut commissi. §. privandi.* Sententiam requirit Covarruvius *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 4. *per c. excommunicamus. §. credentes. vers. si verò Clericus. eod.* Rectè secundum jus vetus; Non novum; *in d. §. privandi,* & constitutionem II. Papæ Nicolai III. quæ est in Bullario *tom.* 1. *fol.* 30. nec non constitutionem 29. Pii V. *incipient. Cum ex Apostolatus.*

Ita & Hæretici credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque filii, usque ad generationem secundam, ad ullum Ecclesiasticum beneficium admitti vetantur: quod si fiat, factum declaratur irritum & inane. *c.* 2. *§. hæretici. de hæretic. in* 6. *d. constitutio Nicolai III. Joan. Andr. in d. c. commissi. & ibi Dominic. d. §. privandi num.* 4. *& Francus num.* 3. *Enriqu. & Anania in c. vergentis. de hæretic. Lambert. de jure patronat.* 1. *parte.* 2. *lib. qu.* 9. *art.* 6.

Imò & qui ad preces hæreticorum, Dignitates, Personatus, aut alia quæcunque beneficia Ecclesiastica fuerint assequuti, eis ipso jure privantur. *d. c.* 2. *§. ad hæc. eod. in* 6. *Præpos. post Dominic. ad can. quo jure. dist.* 8. *Compostellan. ad c. quod sicut. de election. Felin. ad c.* 2. *de rescript. Petr. Gregor. d. loc. num.* 5.

Apostatas, (quos ad Clericatum promoveri non posse certum 14
est: *can. fin. dist.* 50.) ipso jure amittere beneficia, concludunt omnes Interpretes. *Dart. d. loc. vers. Apostatam. Rebuff. in praxi. tit. de modis amittendi beneficia. num.* 47. *Gonzalez. Gloss.* 15. *num.* 66. Cum & ipsi

Hære-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Hæretici & plus quam Hæretici ſint. *Abb. in c. 1. de Apoſtat. num. 3.*

15 Vulgo ſimiles judicantur *Schiſmatici*, quia inter hæreſin & ſchiſma parum intereſt; *can. 26. inter. 24. qu. 3.* Quod verum ſi ſit Schiſma cum hæreſi; *Rebuff. d. tit. num. 29. Flamin. Pariſ. lib. 3. de reſignat. qu. 1. num. 36.* cæterum ſi abſit hæreſis, multum jus expreſſum, ubi ipſo facto priventur beneficiis. In *c. 1. de ſchiſmatic. in fin.* pœna tantum ſuſpenſionis infertur eis, qui ſponte juraverunt ſe ſervaturos Schiſma. Interdum dubitatur an ſint Excommunicati: *Panorm. in Rubrica de Schiſmate.* Nec excommunicantur *in can. de Liguribus. 23. qu. 4.* Nec *in c. 2. eod.* Nec *in can. nulli. diſt. 19.* Et Schiſmata aliquando magis accedunt ad συναγωγὰς, quam αἱρέσεις. Illas vocat D. Baſilius congregationes, quæ recuſantibus Presbyteris, vel Epiſcopis, vel populis diſciplinam non ferentibus fiunt; hæreſes verò ſunt alienationes à fide, Schiſmata ſunt ob quæſtiones Eccleſiaſticas, diſſidia. *ex Epiſt. 1. D. Baſilii ad Amphiloch. Dartis d. loco, verſ. vulgo.*

Sed quicquid ſit, jam in Bullæ Cœnæ Domini caſu primo abſolute excommunicantur Schiſmatici. *Azor. lib. 8. cap. 20. qu. 5. & explicantes Bullam. ibid. Suarez. 5. tom. diſput. 21. ſect. 2. à num. 12. Garc. de benef. d. p. 11. cap. 10. num. 158.*

16 Ob *perduellionis crimen* etiam vacant ipſo jure Beneficia, abſque ulla privatione ſeu depoſitione perduellis. *c. felicis. de pœnis. in 6. Concil. Toletan. citat. apud Burchard. lib. 25. cap. 26. cum ſeqq.*

Idem cenſent de *eo qui violentas manus injecit in Cardinalem*, vel alia violenta *procuraverit infligi Perſonis Eccleſiaſticis*: *d. c. felicis. nil. & Clem. 1. & 2. eod.* Putate *injuſtè*. Non *ſi juſtè*, ut ſe defendendo. *c. ſignificaſti. 2. de homicid. c. ſi verò. 3. de ſentent. excommunic.* Permittit enim defenſionem Naturale Jus & Lex; *l. ut vim. 4. ff. de Juſt. & jure. cum ſimil.* & qui auctoritate Legis facit pœnam non meretur. *can. qui peccat. 23. qu. 4. l. Gracchus Cod. ad Leg. Jul. de Adulter.*

17 *Perjurium*, puta *judiciale; Staphileus de literis gratiæ. tit. de variis modis. §. quando quis veniat privand. beneficio. num. 8. Rebuff. in praxi. tit. de pacific. poſſeſſorib. num. 268. Bernard. Diaz. in praxi criminali. cap. 92. & ibi Salcedo. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. tit. de privatione. verſ. impetratur etiam.* juſta cauſſa eſt Beneficium auferendi Clerico; non ipſo jure, *ut vult Rebuff. d. loco, num. 269. & in repetit. rubricæ*

bricæ de rescript. num. 1. sed per privationem & depositionem. *c. querelam. de jurejur. c. pervenit. de fide jussor. Innoc. in c. inter dilectos. de excessib. Prælator. Abbas & Felin. in d. c. querelam. & in c.* 2. *de rescript. & ibi Decius & Ripa. Corras. de benefic.* 3. *part. cap. ult. num.* 11. *&* 12. *Duaren. de benefic. lib.* 8. *cap.* 6. *Jul. Clarus lib.* 5. *recept. sent. §. perjurium.*

Falsum commissum *in literis Apostolicis* privat etiam Beneficiatum 18
suis beneficiis. *c. ad falsariorum.* 7. *de crim. falsi.* non ipso jure, *ut volunt Abb. Anania & alii ibid. Rebuff. d. tit. de mod. amitt. benefic. à num.* 43. *Garcias d. loco, num.* 170. *& alii.* sed per sententiam: Falsi enim crimen longam exigit indagationem. *Papus* 3 *tom. Notariorum. lib.* 2. *pag.* 91. *Petr. Gregor. d. loco, num.* 12.

Sacrilegium; cum infamet, *can. infames.* 6. *qu.* 1. & promove- 19
ri impediat; *c. venerabilem. vers. nunquid enim. & ibi Gloss. verb. sacrilegum. de elect.* privat etiam Beneficiatum beneficio per sententiam. *Rebuff. d. tit. à num.* 56. Cum sit delictum grave, & depositione dignum. *can. si quis presbyter. dist.* 50. *Rebuff. de pacific. possessor. num.* 248. *Bern. Diaz. in praxi crim. cap.* 87. *num.* 2.

Quod ad *scortatores publicos, concubinarios, adulteros, & mascu-* 20
la Veneri deditos attinet, certum est eos non privari beneficiis ipso jure, sed per sententiam. *c. sicut. c. si autem. si cohabitat. Cleric. & mulier. c. Clerici. c. tanta est. de excessib. Prælator. tot. tit. de Concubinar. in Pragm. Sanct. & tit. de publicis Concubinariis. in Concord. Galliar.*

De *homicidis* vulgo statuunt Doctores, nisi homicidium sit gra- 21
vissimum, veluti per Assassinos; *c.* 1. *de homicid. in* 6. *& ibi Dd. Suar. d. tom.* 5. *disp.* 44. *sect.* 4. *Felin. in c. acquisitionis. num.* 5. *de accusation. Farin. consil.* 24. *num.* 5. aut in Episcopos & Rectores Ecclesiæ: *d. c. fœlicis. de pœnis. in* 6. *c. in quibusdam. eod. Rebuff. d. tit. de modis amitt. benefic. num.* 45. *Toletus in Summa. edit. novissi. lib.* 1. *cap.* 88. *vers.* 7. *Clem.* 1. *eod. Molina de justit. tract.* 3. *disp.* 65. *num.* 7. aut per parricidium sit, commissum; *Felin. in d. c. inquisitionis. Rebuff. d. tit. num.* 47. *Corras. de benefic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. non privari homicidam beneficiis ipso jure; sed privandum esse per sententiam: *per c. cum non ab homine.* 10. *de judic. c. Clericis. Ne Clerici vel Monachi. c. ex literis. de excessib. Prælator. c.* 1. *de Cleric. pugnant. in duello. Capella Tholosana. decis.* 208. *Bern. Diaz. in praxi crim. canon. cap.* 94. *& ibi Salzedo. addit.* 1. *Placa de delict.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

cap. 11. *num* 2. *Clar. recept. ſent. §. homicidium. num.* 21. *Zerola in praxi Epiſc.* 1. *parte. verb. privatio.* §. 2. *&* 2. *part. verb. Clericus.* §. 6. *Toletus d. loc.*

22 Quæ opinio ſuſpecta: Propter *d. c. inquiſitionis.* 21. *pr.* quod dicit homicidium impedire beneficii retentionem etiam poſt pœnitentiam: ibique excipitur homicidium: Et *in c. ult. de tempor. ordinat.* & *c. niſi.* 10. *de renunt.* dicitur, non licere poſt pœnitentiam peractam diſpenſare cum homicida, ut in ordinibus ſuſceptis miniſtret, aut beneficium retineat; cum tamen in aliis criminibus, adulterii, perjurii & falſi teſtimonii, ibi contra reſpondeatur. Unde putarem per homicidium ſimplex beneficium vacare ipſo jure. Ad locos, quibus Interpretum nititur opinio, dupliciter reſponderi poteſt: Nempe; *Primo. d. c. cum non ab homine. ex literis. d. c.* 1. *de Clericis.* quandoque de facto deponi eos qui ipſo jure depoſiti ſunt, non exſpectata ſententia. *Secundo;* Aliud eſſe, cum datur indirectè conſilium cædis perpetrandæ, vel cum judicium ſanguinis peragitur ab Eccleſiaſticis perſonis, aut ab eis pugnatur in duello, homicidio non ſequuto: aliud cum homicidium reipſa & de facto ipſo perpetratur à Clerico: ut illis caſibus cum illo diſpenſari poſſit facilius, hoc verò difficilius. *d. c.* 1. *de Cleric. pugn. in duello.* Niſi illis caſibus Aſſaſſinis tale conſilium dederint, aut eos receptaverint: *d. c.* 1. *de homicid. in* 6. vel niſi ipſi Patroni occiderint ſuos Clericos, vel occidi curaverint: & ita hæc duo capita definiunt quidem, tali homicidio, ſicut omni, beneficium amitti, & inſuper addunt homicidio non ſequuto amitti beneficium, eo perſe vel peralium procurato, & multo magis ſequuto. *Dartis d. loc. verſ. ſecunda.*

Imo dicta communis Doctorum opinio, poſt Concilium Tridentinum. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 7. hodie neque in foro interno, neque in foro externo procedit. *ſec. Majol. de irregular. lib.* 5. *cap.* 48.

23 Præter crimina, quæ jam recenſuimus, generaliter eſt dicendum, ſi *quid gravius admiſerit Beneficiarius*, aut *ſi qua infamia* nota eidem ſit inuſta, cum privandum eſſe beneficio: Non enim omnia crimina certa comprehenduntur definitione: Sed prudentis judicis eſt, in iis quæ expreſſis videntur ſimilia eandem ſequi regulam. *Abbas in c. & ſi Clerici. 9. de judic. Duaren. d. loco, verſ. præterea. Dartis d. loco, verſ. ult.*

24 Quod de infamia diximus, accipiendum eſt de ea, quæ *jure* ac legibus irrogatur; non de ea quæ ab hominum proficiſcitur opinione. *Abb. in c. per inquiſitionem. de elect.*

25 Præterea ob infamiam juris non vacat beneficium ipſo jure, ſed privatione ac depoſitione opus eſt. *not. in c. querelam. de jurejur.* quamvis in muneribus dignitatibuſque profanis & civilibus ſit aliud conſtitutum. *l.* 2. §. *miles. ff. de his qui notant. infam. l. infamia.* 8. *Cod. de decurionib.*

LIBER

LIBER DECIMUS.

TITULUS I.

De Actionibus & judiciis in causis Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Lites Beneficiorum ferè sunt infinitæ.*
2. *Pertinent aut ad proprietatem, aut ad possessionem.*
3. *Controvertitur etiam, an Beneficium sit litigiosum an pacificum. Controversia habens effectus magnos: Et quales.*
4. *Pacificè quis possideat Beneficium.*
5. *Litigiosum Beneficium quid.*
6. *Litis pendentiam quæ faciunt.*
7. *Simplex Citatio an interrumpat præscriptionem.*
8. *Lis per quales pendeat modos.*
9. *Quoad Actorem pendet per nudum Citationis decretum.*
10. *Plus requiritur, ut quis dicatur Possessor pacificus.*
11. *Litigiosi vitium, collitigantem, non tertium, afficit.*
12. *Quis dicatur esse in lite.*
13. *Litis contestatio quid.*

 14. *Fit*

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV
32

14. *Fit & per negationem judicialem.*
15. *Omnis de beneficio controverſia, aut de poſſeſſorio eſt, aut de petitorio.*
16. *Movet Utramq; præſupponens ſe habere Titulum.*
17. *Aliquando & agitur petitorio de rebus ad Titulum pertinentibus: quod non hujus loci.*
18. *Poteſt & de proprietate & poſſeſſione ſimul agi.*
19. *Solet prius agi de poſſeſſione.*
20. *De ea, & Civili & Canonico jure, tria traduntur Interdicta.*
21. *Interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis quis experiatur.*
22. *Poſſeſſione nullus ſine cauſſæ cognitione privandus.*
23. *Qua in re illa cognitio conſiſtat.*
24. *Quis Judex de eo Interdicto cognoſcat.*
25. *Interdicto recuperandæ poſſeſſionis quaritur prius de ſpoliatione, quàm Titulo. Et cur?*
26. *Quid ſi Spoliator careat Titulo.*
27. *In Interdicto retinendæ poſſeſſionis; cauſſa poſſeſſionis, & hoc jure, peragitur.*
28. *Recredentia cui adjudicentur.*
29. *Titulus Canonicus quis.*

1 POſtrema pars tractationis *Beneficiorum* conſiſtit in controverſiis ſeu *litibus* eorum.

Eæ ratione cupiditatis, ambitionis & fraudum, ferè ſunt infinitæ. *vid. Clem. 2. de judic.*

In iis vult Papa Clemens V. *d. Clem. 2.* procedi de plano, & ſine ſtrepitu ac figura judicii; Quid autem hæc

hæc verba ſibi velint, explicat *Clem. ſæpe contingit. de verbor. ſignific.*

Simpliciter ſuper Beneficiis introductæ, & ad titulum ſeu *proprietatem* pertineat & ad *poſſeſſionem: ut not. Caſſiodor. d. deciſ. 9. num. 3.* etiamſi ſint motæ ſuper jactationibus, & moleſtationibus, modò hæ narrentur ſuper beneficiis ipſis, contra ſi tantùm ſuper poſſeſſionibus earum, quia caſu iſto ſolæ poſſeſſiones eſſent litigioſæ; perindè acſi de iis fuiſſent introductæ expreſsè; & tum ad beneficii proprietates non extenderentur lites. *Caſſiodor. d. deciſ. num. 8. & deciſ. 4. num. 1. Petr. Gregor. de benefic. cap. 40. num. 2.* 2

Cùm in Beneficiorum tractatum ſæpe incidat quæſtio, num beneficium ſit *litigioſum*: quomodo hoc diſcernatur à *pacifico*, de ea, antequam penitius ingrediamur intentionem noſtram, videndum judico; maximè cum ex ea effectus & utilitates colligantur plures. 3

Nempe; Beneficium per triennium pacificè poſſeſſum, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio, poteſt controverti: *per Regul. Cancellariæ. 33. confirmat. ex Sanct. Pragmat. & Concordat. Galliar. & Summi Pontificis tit. de Pacific. poſſeſſorib. juxta c. 1. de præſcription. ut & dicitur infra.* Pendente lite de beneficio; ſi ex duobus electis litigantibus renuntiet aut moriatur, vel excludatur, alter; lite cum collitigante ſuperſtite non finitâ, procedi non poteſt ad electionem vel præſentationem alterius. *c. 1. & 2. ut lite pend. nihil innovet.* Proviſus de beneficio animarum curam habente; ſed litigioſo; non tenetur ſe promovere ad Sacerdotium intra annum, ſed tantum à tempore pacificæ poſſeſſionis: *c. commiſſa. c. licet canon. de elect. in 6. vid. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num. 167.* Litigioſum Beneficium, cum pendente lite, alterutro litigantium vivente, non ſit conferendum, non tenetur acceptare Mandatarius; *d. c. fin. ut lite pend. in 6. Clem. 1. eod. Regula. Cancellar. 27. Rebuff. ad §. declarantes. ad verb. comprehenſa. de mandat. Eccleſ. in Concordat. Rota deciſ. 582. incip. utrum. c. ſi hi. in anqu.*

Beneficium *pacificè* poſſidere dicitur, cui, nec in judicio, nec extra, movetur quæſtio juris vel facti. *Gloſſ. & Doct. in Clement. gratiæ. de reſcript. Rota deciſ. 61. ſufficit in novis fac. c. cum olim. 7. de dolo & contum. & ibi pacifica poſſeſſione gaudere. c. ex parte. 7. de teſtib.* 4

Litigioſum, ſec. Gloſſ. in c. 1. ad verb. litigantibus. Ut lite pendent. nihil. 5

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

nihil. innov. in 6. dicitur, de cujus dominio vertitur quæſtio inter petitorem & poſſeſſorem judiciaria contentione vel precibus Principi aut judici oblatis; & per eum Reo futuro cognitis. *Auth. litigioſa. Cod. de litigioſ. vid. Clem.* 2. *& ibi Gloſſ. Imol. Zabarell. Ut lite pend. &c.*

Verum eſt, judicium quidem cœptum dicitur, (quod ad perpetuandam jurisdictionem Judicis vocatione in jus; *c. gratum.* 20. *de offic. & poteſt. jud. delig.* Litigioſa tamen res non dicitur propriè, niſi lis facta ſit pendentia.

6 Eam faciunt ſex: 1. Citatio: 2. Emanata à judice competente. 3. Ea ad citatum pervenerit; vel quominus, per eum ſteterit: 4. De qua re futura ſit controverſia ex tenore ejus perceperit: 5. Ea ſit apta. 6. Nuncius eam legitimè & ſufficienter inſinuaverit. *Clem. cum litem. junct. Gloſſa & Zabarella in verb. plenè. Ut lite pend. &c. Papa deciſ.* 48.

7 Non tamen ſimplex Citatio interrumpat præſcriptionem; ſed ſi ſit cognita & per eam Reus inſtructus de cauſſa propter quam citatur. *Guid. Papa deciſ.* 416. *num.* 2. *& ſic intell. l. ſicut omnes. l. cum notiſſimi. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. & Idem Papa deciſ.* 488. *num.* 9. Et ſic ſecundùm fines diverſos poteſt lis pendere, & non pendere.

8 Pendere enim poteſt. Per 1. Libelli oblationem: *l. c. Cod. ut lite pend. nih. innov.* 2. Appellationem: *tot. tit. ff. Nihil novari appellat. pendente.* 3. Factam ſuperiori relationem & conſultationem: 4. Judicis recuſationem: *c. ſecundò requiris. c. cum ſpeciali. de appellat. l. apertiſſimi. Cod. de judic.* 5. In integrum reſtitutionem: *tit. Cod. In integr. reſtit. poſtul. ne quid novi fiat.* 6. Libelli porrectionem Principi factam: *l.* 1. *&* 2. *Cod. Quando libell. Princ. oblat. lit. conteſt. fac.* 7. Judicis impetrationem: *c. ſuggeſtum de judic. c. cauſſam. de teſtib. Cardin. ad Clem.* 2. *ut lite pend. nih. innov.* 8. Cauſſæ commiſſionem: *Cardin. d. loco.*

9 Beneficium etiam, ſed quoad Actorem tantum, ſit litigioſum per nudum Citationis decretum, licet ejus non facta Executio. Certus enim non eſt amplius certiorandus. *c. eum qui certus. de regul. jur. in* 6. *c. nè excommunicato. de reſcript. l.* 1. *§. fin. ff. de act. empti.*

10 At, ut quis dicatur Poſſeſſor pacificus, requiritur ut ad citationis executionem, jurisque ſui in judicio exhibitionem ac terminorum omnium

omnium obſervationem fuerit proceſſum. §. *his autem. in hoc caſu, tit. de pacific. poſſeſſ. in Pragm. Sanct. & ibi Rebuff.*

Vitium litigioſi partem collitigantem afficit, non autem tertium 11
qui non eſt in lite. *Rota deciſ. 3. ut lite pend. in Novis. Gloſſ. in l. creditor. ad verb. poſſe in fin. ff. Mandati. Felin. ad c. exceptio. verſ. quintò fallit. de except. Gomes ad Reg. de trien. poſſeſſ. qu. 41.*

In lite ipſe dicitur qui litem eſt conteſtatus: *c. ſuper quæſtionem.* 12
§. intentionis. de offic. deleg. nec enim ante Litis conteſtationem propriè dicitur lis mota, *c. ex parte. 2. de verb. ſignific.* neque ante quis dicitur petere, ſed magis velle petere: *l. amplius non. 15. ff. rem ratam haberi.*

Eſt autem *Litis conteſtatio*, petitio propoſita in judicio, cum re- 13
ſponſione rei ſequente. *c. 1. & 2. de litis conteſtat. l. 1. Cod. eod. c. dudum. in 2. de electione.*

Fit etiam per conventi negationem judicialem. *Auth. offeratur.* 14
Cod. de litis conteſtat. & ibi Baldus.

Omnis ut dictum, in beneficio controverſia eſt aut de *poſſeſſo-* 15
rio aut *petitorio.*

Utramque movet is qui præſupponit ſibi jus eſſe in beneficio, 16
& ratione collationis habere *titulum.* Nam per Collationem Canonicam, etiam ſine traditione tribuitur Jus in Beneficio. *c. execrabilis. §. porrò. ibi: Dummodo in eo ex collatione Canonica competat jus &c. de præbend. in 6. c. quorundam & c. accedens eod.*

Quare Beneficiatis, quamvis Eccleſiarum ipſarum, vel bono-
rum earum non ſint Domini, ſed potius Uſuarii & Adminiſtratores; cum tamen loco Dominorum habeantur: *c. cum venerabilis. 6. de exception.* datur actio in rem adverſus eum qui beneficium poſſidet, aut detinet; Singulare enim eſt in Beneficiis, ut per Collationem canonicam etiam ſine traditione jus tribuatur in Beneficio. *d. c. execrabilis. §. porrò. & ibi Gloſſ. verb. competat. per Compoſtellan. ad c. cum Martinus. de Conſtit.*

Agitur & aliquando de proprietate Eccleſiarum inter Beneficia- 17
tos, licet controverſia non reſpiciat, eorum titulum, ſed res ad eum pertinentes. *c. 2. ut litè non conteſtata, &c.* ut quia dicitur una alteri ſubjecta, aut inſtituatur controverſia de decimis, aliisve juribus Eccleſiarum.

c. di-

c. dilecti. 8. *c. ſuggeſtum.* 9. *c. cum contingat.* 20. *de decim. c. ult. de judic. Clem.* 2. *eod. c. ex literis. de dolo & contum.* Quæ controverſiæ ad hunc locum non pertinent: ubi tractamus tantum ea quæ pertinent ad lites ſuper Beneficiorum jure.

18 Certum ergò eſt, omnem litem ſuper beneficio eſſe vel de poſſeſſione, vel de proprietate Beneficii, vel de utroque. Nam utrumque ſimul conjungi & una ſententia terminari poteſt. *c. 2. c. cum dilectus.* 6. *de cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Clem. un. eod.*

19 Frequentius tamen eſt, ut agatur prius de poſſeſſione; & lis incipiat de beneficio à poſſeſſorio; in quo & ſequitur, controverſia de proprietate ſeu jure tituli. Quia in beneficialibus cauſis defendi oportet poſſeſſionem aliquo colore tituli; cum ſine inſtitutione canonica teneri non poſſit beneficium. *c. beneficium. de reg. jur. in* 6. *c. ad decimas. de reſtit. ſpoliator. in* 6. idque ne vitioſus detur ad beneficia ingreſſus. *c. unde eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſa rei ſerv. in* 6.

20 De poſſeſſione, ut de jure Civili tria redduntur Interdicta; appellata, adipiſcendæ, recuperandæ & retinendæ poſſeſſionis: *§. ſequens diviſio.* 2. *Inſtit. de Interdict.* ſic & de Jure Canonico. Vel enim illud agitur, ut *adipiſcamur* beneficii *poſſeſſionem*, vel ut *recuperemus* eam, vel ut *retineamus.*

21 *Interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis* in beneficiis agit Is qui beneficii habet titulum, alio poſſeſſioni ejus incumbente. In quam novus Titularius induci non poteſt, niſi poſſeſſore coram Judice vocato ad relinquendam occupatam detentionem: *c. licet Epiſcopus.* 28. *de præbend. & dignit. in* 6.

22 Quippe qui ex aliquo titulo, licet injuſto poſſidet, poſſeſſione ſua ſine cauſſæ cognitione privari nec debet. *can. volumus.* 16. *quæſt.* 4. *& ſic intell. c. in literis. de reſtit. ſpoliator. c.* 2. *d. cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. cum noſtris. de conceſſ. præbend.* Præſumptio enim juſtæ detentionis eſt pro poſſeſſore, donec contrarium probetur. *l. fin. Cod. de rei vindic. l. qui nec accuſare. Cod. de edendo. l. ſive poſſidetis. Cod. de probation.*

23 Dicta cauſſæ cognitio conſiſtit in diſcuſſione collationis peractis; num ſit canonica, & an detentio poſſeſſoris ſit injuſta. *Archidiacon.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

con. ad c. olim. de reſcript. & Joan. Andræas ad c. cum noſtris. ſup. Gloſſ. 2. de conceſſ. præbend.

Hinc Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis Beneficiorum, plus 24
dicitur habere petitorii, quam poſſeſſorii; ac proindè de eo non cognoſcit Judex, qui tantum cognoſcere poteſt de beneficiorum poſſeſſione, & non de proprietate : *Guido Papa deciſ. 1. num. 3. Dartis de benefic. ſect. 12. de action. & Judic. in cauſis Benefic. verſ. de poſſeſſione,* ut & dictum infra.

Interdicto recuperandæ poſſeſſionis; prius de ſpoliatione quæri- 25
tur, quam de titulo : Nam ſi habens canonicum titulum, alio poſſidente, poſſeſſionem nanciſcatur auctoritate propriâ, jus quod habet amittit, tanquam intruſus; *c. eum qui. de præbend. & dignit. in 6.* & fit poſſeſſor violentus & illegitimus; *l. extat enim. 13. ff. quod metus cauſſa. l. pen. ff. ad Leg. Jul. de vi priv. l. ſi quis in tantam. 7. Cod. Unde vi.* poteſtque adverſarius, (cum poſſeſſio in pari cauſſa det jus tituli; *c. ſi à Sede. 31. de præbend. & dignit. in 6.*) dicto recuperandæ poſſeſſionis Interdicto uti tanquam ſpoliatus : *c. in literis. & tot. tit. de reſtit. ſpoliator.* Spoliatum autem ante omnia reſtituendum conſtat; *Clem. un. de cauſſa poſſeſſ. & propriet. can. 1. & 2. can. redintegrandæ. cum ſeq. 3. quæſt. 1.*

Quod ſi violentus poſſeſſor & ſpoliator careat titulo ullo, quam- 26
vis ideò, *ut not. Dominic. ad c. eum qui. in 2. notab. de præbend. in 6.* non poſſit dici intruſus; attamen, tanquam violentus, per poſſeſſionem illam; niſi vitium violentiæ prius fuerit purgatum; §. *aliquando Inſtit. de uſucap.* non poterit præſcribere. *l. ſequitur. 4. §. quod autem. 6. ff. §. furtivæ. Inſt. eod.* Cum improba poſſeſſio privet omni juris beneficio. *l. improba. 7. Cod. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.*

In *Interdicto retinendæ poſſeſſionis*, quemadmodum Jure Civili 27
Prætor tuetur eum cujus jus in poſſeſſione eſt potentius, ut poſtea quæritur de proprietate; *t. 1. §. hoc Interdictum. & l. 2. ff. de Interdict.* ſic de Jure Canonico fit in Beneficiis, ut cauſſa prius poſſeſſionis peragatur, quam ad judicium proprietatis deveniatur. *c. fin. de judic.* niſi, ut diximus, copulare velit Judex utrumque. *c. 2. & c. cum dilectus. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

28 In contentione porrò beneficii ſuper poſſeſſione adjudicantur *Vindiciæ* ſeu *Recredentia*, quam vocant, ei qui prima facie videtur habere titulum magis apparentem & magis clarum. *l. fin. Cod. de Edict. D. Adriani toll. not. in c. licet. de probat. d. c. cum veniſſent. de in integr. reſtit. c. ex inſinuatione. de procurat. c. in literis. de reſtit. ſpoliat. Guido Papa. deciſ. 85.* falſitatis objectæ probationibus ſuſpenſis; ut & aliis quæſtionibus longiorem indaginem requirentibus, quæ in pleno examinantur poſſeſſorio. *Maſſuer. in praxi tit. de poſſeſſorio. verſ. item ſi altera. Rebuff. in praxi benefic. tit. de ſentent. executor. art. 1. Petr. Gregor. d. loc. num. 18. Dartis d. loco verſ. ſive autem.*

Titulus autem *Canonicus* eſt quilibet modus obtinendi Beneficia à jure approbatus. De quibus ſupra & Rebuff. *tract. de pacif. poſſ. num. 53. cum ſeqq.*

TITULUS II.

De Sequeſtratione Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Beneficia quando ſequeſtranda.*
2. *Quibus caſibus.*
3. *Sequeſter debet eſſe Eccleſiaſticus.*
4. *Sequeſtrum violantis quæ pœna.*
5. *Durante ſequeſtro ſi moriatur ex Litigantibus unus, quid debeat facere ſuperſtes.*
6. *Quid ſi aliqui ad defenſionem Litis ſe petant admitti.*

1 QUodſi in controverſia Beneficii non ita liqueat de alterutrius ex litigantibus titulo; *ſequeſtrare* debent Judices Beneficium vel fructus ejus: Poſſunt enim & ſeparatim fructus, vel fructus & beneficium ipſum ſequeſtrari. *Clem. un. & ibi Gloſſ. ad verb. beneficium. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

Seque-

Sequestrationi locus est in quæstionibus de beneficiis multis in ca- 2
sibus: Veluti; Si condemnatus fuerit possessor ad relinquendam beneficii possessionem quam non tenuit per triennium; & ipse ab ea sententia appellaverit; *d. Clem. un.* maximè si ab eo dissipentur fructus: *c. pen. & ult. eod.* Si metus sit, ut possessor dilapidaturus sit fructus: *d. c. pen. & ult. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellat.* Insuper cum possessor est contumax: *c. 1. de causf. poss. & propr. c. ex literis. de dolo & contum. c. un. de eo qui mittit. in posseß. in 6.* Quotiens est metus de violentia, vel scandalo, nec alio modo sufficienter caveri potest; *arg. c. ex transmissa. & c. literas. de restit. spoliat.* Quanquam in aliis regulare satisdationis remedium contra sequestrationem fuerit introductum. *c. 2. de sequestr. possess. l. fin. Cod. de ordine cognit.*

Quemadmodum & alioqui regulare est, neminem lite pendente removeri de possessione, nec eam possessori adimi, ut sequestretur. *can. volumus. 16. quæst. 4. can. nonne. 8. quæst. 4. c. 1. de sequestr. posseß. l. un. Cod. de prohib. sequestr. pecun. l. 2. Cod. de probat. tot. tit. Ut lite pendente nihil innov.*

Beneficiorum sequester debet esse Ecclesiasticus. *c. 2. de ætate* 3
& qualit. ordin. jura enim beneficii & beneficiati exercere debet: *Gloß. ad Clem. un. in verb. beneficium. & ad c. examinata. de judic.* fructuum potest esse Laicus. *Petr. Gregor. de Benefic. cap. 40. num. 24.*

Sequestrum Beneficii decretum violans ipso facto incurrit ex- 4
communicationem: &, si sit ex litigantibus, cadit jure suo. *d. Clem. un. §. fin. c. eum qui. de præbend. in Petr. Gregor. d. loco & num.*

Sequestrato Beneficio, si fortè alter ex litigantibus moriatur, 5
superstes, qui jus suum persequitur, curabit celeriter, productis suis titulis, sibi plenum adjudicari possessorium & manum levari; ut dicunt: Nam beneficium sequestratum, sub manu seu potestate judicis est positum: Hanc manum petit amoveri litigans superstes. Et hoc rationibus juris est consonans: Siquidem *ex Clem. 1. ut lite pendente nihil innov.* mortuo vel renunciante uno ex litigantibus, cum altero lis cœpta est decidenda, antequam conferri possit alteri per obitum collitigantis, cujus jus lite pendente est dubium: per quam conferendi prohibitionem antequam fuerit lis decisa cum superstite, subrogationes

nes in locum juris & litis defunctorum ſunt prohibitæ : Quia beneficii litigioſi per mortem vel renuntiationem alterutrius litigantium prohibita eſt impetratio. *d.c.* 1. *&* 2. *eod. in* 6. ut & ſecunda electio, non caſſata prima, eſt invalida. *c. conſideravimus. de elect.* maximè quando litigatur de prima. Ratio : Nè cedentibus vel decedentibus litigantibus propter adverſarios novos, qui interdum malitioſè petitoribus ſubrogantur ; contingat litigia in diſpendium Eccleſiarum prorogari. *d.c.* 2. *ut lite pend. &c. in* 6.

6 Sanè, ſi ad defenſionem litis aliqui, licet non ſubrogati, petierint ſe admitti, ii in eo ſtatu, in quo litem invenerint, admitti poſſunt; modò eorum interſit. *ſec. d. c.* 1. *&* 2. *eod. in* 6. *Petr. Gregor. d. loco, n.* 27. *Dartis d. loco verſ. ſequeſtrato.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

TITULUS III.

De Subrogatione litigantium.

SUMMARIA.

1. *Subrogationes litigantium licet regulariter prohibitæ certis tamen caſibus fiunt.*
2. *Ante earum poſtulationem ſolet peti Manus levatio.*
3. *Quando impediri ea poſſit.*
4. *A quibus impetrentur Subrogationes.*
5. *Subrogationes permittit Regula Cancellariæ, ſed certo modo.*
6. *Innovata poſtea.*
7. *Quæ requirat.*
8. *Subrogationes aliquando impetrant Tertii: ſi non potentiores.*
9. *Qui hi.*
10. *In Gallis circa Subrogationes quid obtineat.*

11. *Petenda subrogatio intra annum.*
12. *Quapropter exhiberi debet Titulus.*
13. *Siquidem petatur Subrogatio in locum ejus, qui possidebat.*
14. *Ab observatione anni qui excusentur.*
15. *Subrogationi impetratæ quis effectus.*

SUnt tamen certi casus, in quibus prohibitione dictorum capitulorum, *c. 1. & 2. Ut lite pendent. in* 6. non obstante fiunt *Subrogationes.* 1

Sed solent Litigantes superstites antequam *Subrogationes* postulentur, per libellum supplicationis judici porrectum, illam, quam præcedenti titulo diximus *Manus levationem* petere. 2

Impediri potest, si tertius adhuc sit collitigans; & tum uterque suum producit titulum; iis visis, Curia adjudicat apparentiorem habenti *Rebuff. tit. de subrogat. num.* 39. *Petr. Gregor. rer. benefic. Inst. cap.* 40. *num.* 27. 3

Impetrantur *Subrogationes* vel à Collitigantibus superstitibus, vel ab aliis post mortem, cessionem vel vacationem inductam ipso jure & facto; ut *per matrimonium, Simoniam, aliumve modum.* 4

Ut fiat *Subrogatio* permittit Regula Cancellariæ *de Subrogandis Collitigantibus*, à Papa Joanne XXIII. prodita: non absolute, sed certo modo: Nempe vult Neminem ex Collitigantibus posse subrogari in beneficio vel ad jus Collitigantis vacans per ejus obitum, aut alium modum; nisi prius Auditori causæ, de collatione sibi facta vel alio titulo colorato docuerit, aut saltem juraverit ipsum non malitiosè, nec fraudulenter, sed purè & bona conscientia litem illam inchoasse, & ipsi Auditori hoc ex verisimilibus cautis vel conjecturis visum fuerit. 5

Cui Regulæ idem Papa postea addidit: Quod subrogatus in jus Collitigantis præferatur alteri non Collitiganti habenti provisionem sub eadem data. Quod & voluit servari in Gratia, *Si neutri.*

Priorem regulam innovavit Martinus V. & edidit aliam; per quam 6

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

quam ſtatuit Subrogationes vel gratiam *Sineutri*, ad beneficia, veljus Collitigantis non valere, ſi apparuerit ipſas impetrationes cum pura & nova ſupplicatione poſſeſſorem ipſum in cauſſam traxiſſe; quas tanquam fraudulenter & dolosè obtentas, irritas decrevit & inanes. *Dartis d. loco, verſ. eſt q. cum ſeqq. Petrus Gregor. d. loco, & num. poſt Gomeſ. in præfat. ad d. regul. de ſubrogandis litigantibus.*

7 Requirit ea Regula plura: *Primum:* Ut Collitigans, qui ſubrogari vult in locum Collitigantis, cœperit juſtè vel ſaltem coloratè litigare: nec enim ſubrogabitur intruſus: *Gomeſ. ad d. reg. qu. 1. 10. & 17.*

Secundò: Ut is qui ſubrogatur ſit Collitigans ejus, cujus in locum ſubrogari cupit: *Gomeſ. d. loc. quæſt. 12. Dartis d. loco, verſ. plura.*

Tertiò: Ut is in cujus locum fit Subrogatio potuerit inquietari vel moleſtari. *Dartis d. loco.*

Quartò: Ut is qui ſubrogatur quaſi Collitigans, non impetraverit Beneficium viventis quò poſtea ſubrogari poſſet in ejus locum. *Dartis d. loc. verſ. quartò.*

Quintò: Ut Collitigans, qui obtinuit jus per renuntiationem vel aliter, faciat ſe ſubrogari intra menſem (computandum à die obitus vel ejus notitiæ; *Gomeſ. qu. 10. Rebuff. ad d. regul. Gloſſ. 6. exc. quia diverſitatem. de conceſſ. præbendæ.*) ad effectum ut præferatur aliis non Collitigantibus impetrantibus beneficium per mortem vel ceſſionem, vel alio modo. *Dartis d. loco. Petr. Gregor. d. loco.*

8 Alius etiam interdum quam Collitigans in locum Collitigantis impetrat *Subrogationem*; ſed non ſecundum juris communis diſpoſitionem; Illa enim id prohibet: *c. 1. & 2. ut lite pend. in 6.* ſed ex diſpenſatione, hujus impetratione mentione facta, & derogatione adhibita Regulæ de ſubrogandis Collitigantibus: & adhibitâ clauſula: *Dummodò non fiat ceſſio in potentiorem:* videlicet ne cogatur Collitigans vi & metu potentioris ſubrogati cedere liti & beneficio. *Dart. & Petr. Gregor. dd. locis, poſt Gomeſ. d. loc. qu. 1.*

9 Potentior hîc dicitur Ceſſionarius qui eſt Superior, vel in ſuperſtitem Collitigantem jurisdictionem habens. *Innoc. & Hoſtienſ. inc. 2. de alien. judic. mut. cauſ. fact.*

20 At in Gallia, cum jura de Subrogandis Collitigantibus non ſer-

ventur,

ventur, & propterea sive moriatur Actor, sive Reus, statim conferatur per Ordinarium vel Pontificem Romanum Beneficium alteri; *contra dictum titulum, Ut lite pend. nihil innov. in 6. & Clem.* atque sic lis possit per novos adversarios protrahi: facta tamen eidem cui collatum fuerat beneficium collatione vel ab Ordinario vel à Papa, is impetrabit literas Regias, ut earum vi surrogetur in jus & instantiam defuncti vel cedentis. *videant. Rebuff. ad §. declarantes. in verb. successores. tit. de Mandat. Apostol. Rusæus in tract. jur. Regalior. 5. privileg. Dartis d. loco, vers. dixi. Petr. Gregor. d. loc. & num. in fin.*

Est hæc Subrogatio & litis conjunctio petenda intra annum à die collationis factæ computandum: Cum Interdicta quæ sunt de possessione, sint annalia. *l. 1. ff. de Interdict.* 11

Adeo, *ut not. Rebuff. ad d. §. declarantes. in verb. successores.* ut non possit morosus per literas à lapsu anni vel biennii, allegando causas, non petitionis, relevari: Eò quod possessio sit momentanea. *c. 1. de causs. poss. & propr. l. un. Cod. si de moment. possess.*

Quare petens se subrogari, exhibere debet titulum; ut num veniat intra annum, pateat. *Gloss. Gemin. & Doctor. ad d. c. 2. Ut lite pend. in 6.* 12

Intelligendum tamen hoc, si quis velit subrogari in locum ejus qui possidebat, nempe in jus & possessionem: aliàs etiam subrogatio, in locum ejus qui non possidebat, post annum peti potest. *Petr. Greg. d. cap. num. 28. vers. Quod tamen. Qui sic decisum dicit Parisiis Anno 1543. Jan. 11.* 13

Hinc, si sit controversia de beneficii jure, cujus facta fuerit collatio, Collatori vel aliis fructibus reservatis; non consideratur annus, ut subrogationi necessarius; cum Collatio, deductis fructibus facta, non faciat verè beneficii possessorem. *c. si propter. de rescript. in 6. c. si tibi concesso. 26. de præbend. in 6.* 14

Excusant etiam dilationem ultra annum impedimenta justa; quæ & excusant, quominus quis non fuerit adeptus beneficii possessionem. *c. commissa 35. de elect. in 6.*

Multò magis excusabitur is qui literas subrogationis faciendæ impetravit intra annum, quas justâ caussâ impediente, eo anno executioni

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

tioni demandare non potuit. *Ut dicit deciſum in Senatu Pariſienſi* 11. *Aug.* 1541. *Petr. Gregor. d. loc. num.* 28. *in fin.*

15 Subrogatus dicto utroque ſubrogationis genere ſuccedit in omne jus quod defunctus, vel is qui renuntiavit, habuit. *Dartis d. loco & verſ. circa fin.*

TITULUS IV.

De Sententia in cauſis beneficialibus.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Procedunt Judices ſummariè.*
3. *Sententia ſua vel conſervant poſſeſſionem ei qui Recredentiam impetravit, vel adimunt.*
4. *Dat enim Recredentia jus conditionale.*
5. *Pacificum poſſeſſorem facit poſſeſſio triennalis à Recredentia.*
6. *Quando ſententia in cauſſa beneficiali transeat in rem judicatam.*
7. *Qualiter in ea Judex ſententiam ferre debeat.*

1 EXpeditis poſſeſſionis momentaneæ controverſiis, & retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis Interdictis, ad plenam pervenitur Titulorum probationem; agiturque de illis quæ vitiare poſſunt Titulum, & procedunt judices ad decidendum *plenum poſſeſſorium.*

2 Obſervant, ut ſupra dictum, dilationes breviores, & quantum patitur veritatis indagatio *ſummariè*, & de plano, ſine judicii ſtrepitu & figura procedunt. *juxta Clem. diſpendioſam. de judic. Quam, ut & diximus, explicat. Clem. ſæpe. de verbor. ſignif.*

3 Poſtea ſequitur *ſententia*: Per quam vel ei qui jam *fiduciariam* obti-

obtinuit, seu qui habuit *Recredentiam*, conservatur possessio, adversario ad litis sumptus condemnato: vel ei, cui momentanea erat concessa, adimitur, cognitione postea exactiori sequuta de adversarii jure meliori. *Petr. Gregor. Inst. rei benefic. cap. 40. num. 29.*

Nec enim *Recredentia* dat jus plenum, sed conditionalem tantum possidendi causam, puta si in sententiâ restitutionem faciendam fuerit dictum, *fiat:* neque ideò pacificum facit possessorem nec impedit petitorium. *Rebuff. tract. de pacific. possess. num. 166. fac. l. un. Cod. ſt de moment. possess. fuerit appellat. Petr. Greg. d. loc.* 4

Pacificum possessorem, contra alios quam Collitigantes facit possessio triennalis à Recredentia. *arg. l. loci. §. pen. ff. si serv. vindic. fac. l. Fulcinius. §. sed illud. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Rebuff. d. tract. num. 167. Petr. Gregor. d. loco num. 29.* Imò & contra Collitigantes; ut servat Praxis Gallica. *Rebuff. d. tract. & num. Petr. Gregor. d. loco.* Imò & postquam obtinuit super pleno possessorio. 5

Sic enim & jure Canonico est receptum valere sententiam contra jus litigatoris latam, si intra tempus à jure definitum, non fuerit remedio juris vel appellationis usus. *in c. cum inter vos. 13. in fin. de sent. & re judic.*

Et est iste casus, in quo propter regulam Cancellariæ de Triennali possessorio, quæ jus facit, Sententia in beneficiis transit in rem judicatam. 6

Notabile, quod quidem sententia in causâ beneficiali, respectu ejus, contra quem, etsi injustè, fertur, faciat jus, & transit in rem judicatam; *d. c. inter vos. 13.* si ab ea non appellatum, *Gloss. in Clem. fin. ad verb. post quam. Ut lite pend.* vel appellatum, sed appellatio deserta; *Clem. sicut. & Clem. si appellationem. de appellat. c. cum dilectus. 32. in fin. de elect. c. cum olim. 7. de dolo & contum.* In foro puta contentioso; in quo tantum judicatur de manifestis, *c. 1. Ut Eccles. benefic. sine diminut. confer* & talia censentur, quæ judicata sunt per sententiam: *c. fin. de cohab. Cleric. & mulier. c. vestra. 7. eod.* In foro tamen conscientiæ, si is, pro quo sententia lata certò cognoscat sibi beneficium esse injustè adjudicatum, illud nullo tempore conscientiâ salvâ retinere potest: Cum beneficium obtineri non possit sine institutione canonica, *c. 1. de reg. jur. in 6.* &

Corvinus
De Personis
et Benef: Eccles.
G IV.
32

ſententia judicis non dederit illi jus, ſed tantum declaraverit jus beneficii ad eum pertinere; *c. forus*, 10. *de verb. ſignific. l. ſicut. §. & ſi quidem. ff. ſi ſervit. vindic.* & beneficii inſtitutio non pertinent ad judicem de titulis cognoſcentem, ſed Epiſcopum conferentem. *c. cum & plantare. 3. de privileg. c. cum ex injuncto.* 12. *de hæretic.*

7 Ferre debet Judex ſententiam in controverſiis de beneficiis, *ſec. Coſmam. Guincier. ad §. ordinarii. ad verb. inquirant. de pacific. poſſeſſ. quem ſequit. Petr. Gregor. d. loc. & num.* 29. *verſ. docet Idem. poſt not. per Dd. ad. c. mandatum de reſcript.* Sic: ſi fateatur Reus juris ſui defectum, & ſtet in meris & puris defenſionis terminis, nihilque probet de ſuo titulo Actor, à petitione tantum abſolvet Reum: *ſec. reg. l. actor.* 23. *Cod. de probation.* nihilque pronunciabit, contra Actorem: Ratio *in l. ut fundus.* 18. *ff. com. divid. l. fin. ff. de fideicom. libertat. c. licet.* 31. *de Simonia. Rota deciſ.* 120. *incip. Actore nihil probante. in Novis.* Si Reus petierit pronuntiari ſecundum titulum ſuum; Actorque inſtitutionem ſuam declarari canonicam, & de utriusque nullitate conſtet judici, utraque pronuntiare debet invalidam, & utrumque excludere à beneficio: *& ſic intell. c. cum ſuper.* 4. *de cauſſ. poſſeſſ. & propriet.* Factâ tamen in lite ſemiplenâ probatione per alterum ex litigantibus vel per utrumque, ſufficiet abſolvere utrumque à petitione alterutrius; Cum uterque in illa mutua petitione confirmationis ſui tituli ſit Actor. *c. ex literis.* 3. *c. licet cauſſam.* 9. *de probation.* expenſarum utrinque factarum compenſatione facta: Vel Reum ab Actoris inſtantia abſolvet; ſi quidem unus ſit Reus, alter Actor: Poſſeſſorem tamen, cum pro eo præſumatur, non removebit. *l. fin. Cod. de rei vindic. §. commodum. Inſt. de Interdict. Rota deciſ.* 15. *incip. Si in cauſa beneficiali in Novis.*

Quodſi neuter ex litigantibus poſſideat, & tamen ſibi beneficium adjudicari petat, & uterque, aut eorum alter, probet ſemiplenè, nihil probante altero, pro neutro judicabit Judex, nec juramentum ſuppletorium deferet: *c. mulieri*: 34. *c. fin. de jurejur. c. fin. de probation.*

Eſt & Judicis, beneficium alicui ut debitum adjudicanti, poſſeſſorem ad reſtitutionem fructuum à tempore motæ litis perceptorum, licet in libello non ſint petiti, condemnare; *c. cum dilectus.* 28. *circa*

circa fin. de jure patronat. c. cum causſa. 22. in fin. de off. Judic. deleg. ſi quidem cenſebatur poſſeſſor bonæ fidei; ſi non, ad omnium. *l. conquerebatur. Cod. unde vi. l. certum. l. dominium. Cod. de rei vindic. l. ſed ſi ante. ff. de petit. hered. Rota deciſ. 24. incip. Fuit dubitatum, utrum detentio. & deciſ. 25. incip. Ex quibus inferebatur. in Novis.*

Condemnabit etiam victum & Litigatorem temerarium in expenſas : *c. cæterum. c. fin. de reſcript. c. ex literis. de dolo & contum. l. eum quem temerè. ff. de judic. l. properandum. §. fin. Cod. eod.* utiles, & neceſſarias; *Gloſſ. ad c. finem litibus. de dolo & contum.* niſi juſtam litigandi habuerit cauſſam. *ut l. qui ſolidum. 78. §. etiam. 2. ff. de legat. 2. c. 1. in fin. de elect. in 6. & ibi not.*

TITULUS V.

De Iudice competente Litis Beneficialis.

SUMMARIA.

1. *Competens Judex eſt Eccleſiaſticus.*
2. *In Gallia Judex Regius; ſed quando.*
3. *Probavit Papa Martinus IX.*
4. *Rectè.*
5. *Niſi agatur Interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis;*
6. *Et in petitorio.*

ITes de Beneficiis de jure communi agitari debent coram *Judice Eccleſiaſtico : c. 3. de foro compet.* nullâ vel exiguâ factâ diſtinctione, num de poſſeſſorio agatur, vel de petitorio : ſive ratione perſonarum Eccleſiaſticarum contendentium; ſive beneficiorum, quæ fori ſunt Eccleſiaſtici : Nec enim Judices Laici ſe immiſcere debent de rebus Eccleſiæ; *c. 2. de judic. c. cum Laicis. de reb. Eccleſ.* 1

cleſ. non alienand. c. Eccleſia. de conſtitut. c. contingit. de arbitr. can. bene quidam. diſt. 96. c. 1. 2. c. quod Clerici. 9. c. ſi diligenti. 12. *de foro compet can. placuit. can. inolita.* 11. *quæſt.* 1. *can. convenior.* 23. *quæſt.* 8.

2 In Gallia tamen Judex Regius cognoſcit de rebus beneficialibus, ſi agatur Interdicto retinendæ (*maintenue*, manutenentiam vocant) vel recuperandæ in cauſſa ſpoliationis vel turbationis poſſeſſionis. *Guido Papa. deciſ.* 1.

3 Quod Galliæ privilegium ſeu uſum, Papa Martinus IX. reſcripto ſuo, *ut refert Guid. Papa d. deciſ.* nominatim approbavit.

4 Non mirum : quia cum agitur de poſſeſſorio vel quaſi, competens judex, etiam in ſpiritualibus vel beneficialibus cauſſis eſt Laicus: *Joan. Andræas ad c. fin. de judic.* cum in iis poſſeſſorium videatur eſſe temporale. *Gloſſ. & Interpr. in c. literas, de juram. calum. & c. pen. & ult. de judic. Archid. ad c.* 1. *de reſtit. ſpoliator. in* 6. *Zabarella ad Clem. diſpendioſam. de judic. Guid. Papa conſ.* 78. *incipit circa proceſſum.*

Propterea *in c. cauſſam quæ inter.* 7. *Qui filii ſint legitimi.* Papa relinquit judicium poſſeſſorium Regi Angliæ.

5 De Interdicto tamen adipiſcendæ, poſſeſſionis, Judex Secularis cognoſcere non poteſt, quia illud judicium, ut & alibi diximus, plus habet petitorii, quam poſſeſſorii. *Guid. Papa d. deciſ.* 1. *num.* 3. *Petr. Gregor. Inſt. rei benefic. cap.* 40. *num.* 10. *in fin. Dartis de benefic. ſect.* 12. *verſ. fin.*

6 Ubi igitur non poſſeſſorium, ſed petitorium Judicium inſtituitur in Beneficiis, in foro Eccleſiaſtico eſt terminandum, non Seculari : & ſententiâ ſuper pleno poſſeſſorio prolatâ à Seculari Judice, litigantibus eſt liberum, adhuc ſuper proprietate adire judices Eccleſiaſticos. *Dartis d. loco in fin. vide Rebuff. tit. de poſſeſſ. beneficior. art.* 7. 8. 9. & 12.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM.

(NB.) Numerus absolutè positus indigitat Tractatus hujus Partem Priorem; sed cum (b) Partem Secundam.

A.

Abbas, *qualis vox, unde &c.* 583. *Quotuplices* 584. 585. *Eorum nomina tot, quot ordinum commendaturæ* 586. *Electio eorum* 586. *Confirmatio* 588. *benedictio* 176. 588. *Differ. ab Episcopis* 589. *Eorum potestas in benedicendo, absolvendo, dispensando* 589. *seqq. Officium* 593. *Quæ eis interdicta* 593. *Abbatum vices supplet. Episc.* 177. *Episcopi cura abbatum* 173. *Potestas episcoporum circa negligentiam Abbatum exemptorum* 185.

Abbatissæ *sive Priorissæ quæ, earum qualitas* 599. *seq. Electio, benedictio, auctoritas, jurisdictio* 176. 601. *seq. officium* 602. *potestas clavium an ei sit* 603. *Quomodo cum monialibus vivere debeat* 603

Absentia. (*v. Residentia*) *curam animarum habentibus ultra trimestre singulis annis nec sine justa caussa concedenda* 473. *Metropolitani hic autoritas* b 474. *pœna absentium sine licentia* b 474. *Absentium ab ecclesia canonicorum ultra statutum tempus pœna.* 226

Absolvendi *potestas Episcopi* 182. *an eam delegare possit alteri* 182.

Accessus *quid* b 320.

Accusatio *v. Jus.*

Acolytus *an exorcista major* 351. *Unde dictus* 351. *Quis* 352. *Ejus officium* 353. *est major lectore* 353. *ætas in eo desiderata* 354. *Acolytatus materia & forma* 352.

Actiones *in causis beneficiorum* b 531. *Contra actiones Personales, reales, civiles, criminales privilegia Clericorum* 667. 669.

Adjutor *v. Coadjutor.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Admonitionis *studium Episcopi* 173
Adscriptitii *an ad ordines promoveri possunt adscriptitii?* 408
Adulterium *privat beneficio* b 529. *Dispens. Episc. in causa adulterii* 179. *Adulteram retinens habetur pro bigamo* b 145.
Advocati *monachi esse non possunt* 554
Ædificatio *Ecclesiæ conceditur ab episc.* 178
Æs alienum *ordinis ingressum impediens* 473.
Ætas, *ordinis incapax* 471. *Qui prohibentur ordinari ob ætatem* 385. *seq. legitima in benefic.* b 130. *seq.*
Affectio *& reservatio differ.* b 318. *Papæ unde resultet* b 318
Aleatores *ne sint clerici* 616
Alienatio *bonorum & jurium eccl. vetita* b 340. *seq. Alienantis pœna* b 341. *Alienata revocabilia; etiam ab emtore bonæ fidei* b 341. *Consuetudo in contrarium an valet* b 341 b 351. *Prælati alienantis pœna* b 342. *Illicitè alienans an rectè ad restitutionem rei agat* b 342. *Ecclesia rectè petit restitutionem in integrum* b 345. *Quæ res nihilominus licitè alienentur, quæ non* b 345. *Justæ alienationis causæ* b 347. *Solemnitas formæ ad eam requisitæ* b 349. *Quat. consultatione Papæ opus* b 350. *Ecclesiæ conceditur rei vindicatio* b 351
Alienigenæ, *v. Exteri.*
Altarium *erectio & consecratio ab Episc.* 175. *violatorum reconciliatio ibid. Altaria duo unius non potest habere in titulum* b 504
Ambitiosa *collatio irrita* b 174
Ancillam *ducens habetur pro bigamo* b 145
Animarum cura. *Episcopi munus circa eam habentes* 171
Annata *non danda pro investitura benefic.* b 178
Annuum *quid* b 185
Annus probationis 483. *Novitiatus* 498
Apocrisiarii *qui* 264
Apostasia *inducit vacationem benef.* b 527.
Apostolicæ literæ *quæ* b 298
Apostolorum *successores Episcopi* 218
Arbitrium *monachi non suscipere possunt* 555
Arbores *cædi non solitæ ad res immobiles pertinent* b 345
Archidiaconi *qui & unde dicti* 189. 190. *Eorum dignitas, munus atque officium* 189. 192. *Magnatorum potestas & jurisdictio* 190. 193. *postea propter superbiam enervata*

nervata 190. *Manſit oculus Epiſcopi & quatenus* 191. *Quas debet habere qualitates* 191. *An jurisdictionem habeat in arduis* 194. *An in iis oneratur probandi neceſſitate* 194. *De quibus teneatur* 194. *Quæ ipſi interdicta* 195. *Dignitas ejus olim & hodie* 195. *Majores ſunt archipresbyteris* 204

Archiepiſcopatus *quale beneficium* b 34

Archiepiſcopus, *quis & quæ ejus poteſtas?* 29. *In quibus conveniat eum Epiſcopo, & non?* 30. *Quando Archiepiſcopus demum poſſit obire officium ſuum?* 30. *Quæ Archiepiſcopi poteſtas in ſuffraganeos?* 31. *Quæ in eorum ſubditos?* 31. *Quæ circa provincialem Synodum congregandum?* 33. *Archi-Epiſcopi, an patriarchæ?* 33.

Archipresbyteri. *Etymologia vocis & antiquitas* 196. *Quare inſtituti in Eccleſia* 197. *Quod munus olim & hodie* 198. *ſeq. Quotuplices* 200. *Urbani officium de jure communi* 200. *Cur appelletur Urbanus vicarius natus* 202. *Conſideranda hic conſuetudo* 202. *Ruralis quodnam officium* 202. *An uterque habeat jurisdictionem forenſem* 203. *Quales eſſe debeant* 203. *Quis eos eligat* 203. *Jus ſigilli an habeat* 204.

Arma *quatenus prohibita monachis* 557. *an poſſint portare Clerici* 614. *Portantes an per laicos ſpoliari poſſint* 614

Adſcendentium Succeſſio, *v. Succeſſio.*

Aſſeſſorem *laicum an habere poteſt Epiſcopus* 222

Aula, *v. curia, Princeps.*

B.

BAliſtarii, *v. Sagittarii.*

Bannum, *v. excommunicatio.*

Baptiſmalis Eccleſia *quæ* b 401

Baptiſmus. *Parochi munus circa illud Sacramentum* 299. 303. *Baptizatorum unctio per Epiſcop.* 175.

Barbam *ne alant clerici* 623. 624

Baſilicas *conſecrat ſolus Epiſc.* 175. *pollutarum reconciliatio ibid.*

Beguinæ; *earum inſtitutor, an approbatæ unquam* 456. *Damnatæ, reſtitutæ, pro Eccleſiaſticis habitæ* 456. *ſq.*

Benedictio *ſacrarum virg. campanarum &c.* 176. *Abbatis, v. Abbas. ſolemnis populi per Epiſc.* 184. *Benedictionem in miſſa ſolemni dat Epiſc.* 176.

Beneficiarii *jus in beneficio* b 333

Beneficii *nomine quid veniat* b 20. b 27. *Beneficiorum autor* b 21.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

An vox sit barbara b 22 *Unde deduci possit* b 22. *Beneficiorum origo est Religio erga Deum* b 4. *origo alia* b 21. *Quando orta beneficia* b 14. *Beneficii definitio* b 24. *Beneficiorum qualitas & unde cognosci possint* b 29. b 30. *Beneficia sunt vel propria vel impropria* b 30. b 51. *sunt vel majora vel minora* b 31. b 35. *Modi beneficia acquirendi* b 201. *modi extraordinarii* b 283. *Beneficii nondum quæsiti titulus an ad ordinationem sufficiat* 417. *In beneficiis ordo servandus* 15. *Beneficiorum collatio v. Collatio. Beneficii privatio, amissio v. vacatio. Beneficium an amittatur resignatione* 147. *Quæ beneficia renunciari possint* 148. *Ipso jure privatus beneficio, illud in conscientia tenetur dimittere etiam ante sententiam* b 521. *Omnis de beneficio controversia aut de possessorio est aut de petitorio* b 535. *v. bona ecclesiæ.*

Beneficia collativa *& electiva quæ* b 46

Beneficia collegiata *& simplicia, item non collegiata quæ; eorum differ.* b 44

Beneficia Curata *quæ* b 35. *Considerantur propriè & improriè* b 35.

Beneficia non Curata *quæ* b 36. *In dubio qualia censeantur beneficia* b 36

Beneficia dignitatem, *personatum aut officium habentia* b 49

Beneficia duplicia, *simplicia quæ* b 37

Beneficia ecclesiastica *sunt perpetua* b 159. a. *Beneficia eccl. cura L. pisc.* 178

Beneficia litigiosa, *pacifica* b 533

Beneficia nominata *& innominatorum annumerata* b 50

Beneficia patronata *& non patronata quæ* b 48

Beneficiorum pluralitas, *incompatibilis. Unus plura beneficia obtinere non potest, cur* b 498. *Pœna contra nitentium* b 499. *Tempora hic distinguenda* b 499. *Dispensationi hic locus* b 500. *Ad vacationem introducendam quid hic requiratur* b 502. *Provisio incompatibili de beneficio, in quo intrusus alius, non inducit vacationem primi* b 502. *Possessio beneficii secundi ut vacet primum, non debet esse litigiosa* b 503. *Plura habenti beneficia incompatibilia, si conferatur aliud, adepta ejus possessione statim vacant omnia prima* b 503. *Incompatibilia ut sunt dignitates duæ, ita Canonicatus vel beneficia uniformia sub eodem tecto* b 503. *Non sunt incompatibilia beneficia difformia* b 504. *In eadem ecclesia an quis esse possit tri-*

triplex b 504. *Circa beneficiorum simplicium compatibilitatem vel non, distinguendum* b 505. *An habenti unum beneficium insufficiens possint conferri alia usq; ad sustentationem sufficientem* b 506.
Beneficia Regularia *aut sæcularia* b 39. *Præscriptionis annorum quadraginta quæ vis hic* b 40. *Regulare an conferri possit Clerico seculari; & vice versa* b 41. *Quæ requirantur, ut beneficium naturam mutet* b 43. *An non præter illa & tertium genus beneficiorum?* b 44.
Beneficia reservata *intra quod tempus conferantur* b 166.
Bigamus *quis; à beneficiis repellitur* b 142. *v. Polygamia. est irregularis* 409. *Bigamia quotuplex* 410. *Qui ante Baptismum uxorem habuit, si post ducat secundam, an bigamus verus* 411. *Bigamia interpretativa quæ* 411. *Bigami interpretativi qui* 411. *Bigamia Similitudinaria quæ* 412. *Cum Bigamis dispensari potest* 180. 413 *Pœna Episcopi bigamum ordinantis absq; dispensatione* 414. *Pœna sic ordinati* 414.
Bombardarii, *v. Sagittarii.*
Bona *habuit etiam Christus & Apostoli* b 8. *Cur Christiani bona sua contulerint in commune vendiderintq; immobilia* b 9. *An ad bonorum communicationem fuerint adstricti* b 9. *Post Apostolorum tempora bona immobilia Ecclesiis matricibus tradita; quo consilio?* b 10.
Bona Clericorum *libera* 664.
Bona Eccles. *quibus nota esse debent; redigenda in inventarium* b 336. *Ea curat Episcopus* 173. 178. *Eorum divisio vulgaris sunt vel temporalia vel spiritualia &c.* b 16. *seqq. Debeatur divino jure & naturali ratione* b 17. *immobilia olim non erant* b 334. *ea Constantinus permisit* ibid. *ad quid* ibid. *Eorum curam gerunt Præsules* b 335. *an possint præscribi* b 335. *immobilia an Monachi &c. possideant* 559. *v. Ecclesia Romana.*
Bonorum ecclesiæ *usurpatio, subtractio, v. Usurpatio. Subtractio.*
Brachium seculare *quando invocet Episc.* 177.
Bulla *& signatura differunt* b 285. *quæ debeat continere; est multiplex* b 285. *sq. Cui noceat earum reticentia* b 286.

C.

CAlix *traditus Subdiaconis* 333.
Calices *consecrat episcopus* 176.
Campanarum *benedictio & unctio ab episcopo* 176.
Cancellarius *quis olim* 206.
Canon, *pro Psalterio aut cantico* 205
Canonarches 205.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Canones *quid* 5. *Canonicum jus, v. jus Canonicum. Quatenus ab omnibus servandi* 8. *Canonica portio v. Portio canonica.*

Canonici regulares, *qui, quomodo diff. à secularibus* 458. *quotuplices; an Episcopus in eos habeat jurisd.* 458. *An noviter electus fidei edat professionem* 460. *eorum vicarius de Corpore in regulam tangentibus* 460. *Canonici regulares cathedr. ecclesiæ ejusd. sunt conditionis cum inferioris ecclesiæ canonicis* 461. *Non possunt esse Patrini &c.* 461. *quorum beneficiorum capaces vel non* 461. *Canonici seculares qui, quando creantur* 428. *Numerus determinatus an & quando augeri queat* 430. *Receptus ultra numerum, quale jus in capitulo habet* 430. *Numerum quatenus Episcopus minuere queat* 430. *Eligendi an debeant habere ordines; & cujus esse ætatis* 431. *Debent esse legitimi* 431. *Quando cum eis dispenset Episcopus* 431. *Ordinem annexum habentes, canonicatus obtinentes, eos intra annum suscipere tenentur* 432. *quatenus fidei professionem edant, quomodo, quando* 432. *Quamdiu ab ecclesia abesse queant; pœna transgredientium amissio distributionum* 433. *tenentur residere* 436. *An à residentia aliquando excusentur* 436. *Possunt lucrari fructus, licet non præsentes* 438. *Eorum officium* 439. *Qui habeant vocem in capitulo tantum* 440. *Vocem in capitulo habentes, ea quæ fiunt extra illud, celebrare possunt* 441. *An habeant & suum turnum* 441. *Tacens in capitulo pro consentiente habetur* 441. *In electione canonicorum ecclesiæ collegiatæ quæ forma servanda* 441. *In negotiis arduis quid faciendum* 442. *Vocati ad capitulum venire debent* 443. *Qui careant voce in capitulo* 444. *Carentium potestas ad quas devolvitur* 445. *Canonicorum optandi jus* 449. *v. Capitulum.*

Canonissæ *quæ; an teneantur voto* 454. *an probatæ* 454. *Earum visitatio* 454. *Regula & disciplina* 454. *Collegia varia, privilegia & jura* 455.

Canonista *an Theologo præferendus in beneficio* b 126

Canonizatorum *miracula &c. v. miracula &c.*

Cantorum *schola olim* 205.

Cantui *præfectus Primicerius* 205

Capellanias *duas unius haberenon potest* b 504

Capitiarius *quis* 208

Capitulum *Ejus potestas & officium sede vacante* 236. *seqq. v. sedes vacans. Capituli cathedralis ecclesiæ vivente episc. potestas* 445. *An capi-*

capitulum officium divinum possit suspendere in ecclesia 448. *In quibus Episcopus capituli consensum requirit* 446. *& consilium* 447. *quæ potest capitulum sine Episcopi consensu vel non* 447. *Nomine canonicorum venit capitulum* 449. *mentione capituli venit decanus* 449. *Capituli pars major quæ* 442. *In capitulo præsens & tacens pro consentiente habetur* 441. *Capituli negligentiam supplet Episcopus* 177.

Carcer, *v. Incarceratio, vincula.*

Cardinalatus *quale beneficium* b 32

Cardinales *qui* b 33. *olim qui* 189. *unde dicti?* 45. *Eorum munus & officium* 45. *Eorum tituli quid, & quæ in eos jurisdictio ?* 45. *seq. Quis eos citat ?* 46. *Eorum numerus, an definitus ?* 46. *Eorum tituli quales & quot?* 46. *seq.* b 33. *Eligendi ex omni natione* 47. *Religiosus; electus Cardinalis, in quantum à religionis regulis absolvitur* 47. *Quomodo eliguntur?* 47. *Quæ desiderantur ? qualitates in eis ?* 47. *An eligi possunt legitimati per matrimonium subsequens ?* 48. *Quæ requiratur ætas ?* 48. *Quæ eorum privilegia* 48 *sq. Quæ in eorum Consistorio tractentur ?* 51. *Quomodo regant Sede vacante Ecclesiam?* 52. *Quomodo inserviant ecclesiæ;* b 33

Carnium *comestionem à Monachis concernentia* 566.

Castitas *monachis injungitur* 556. *sq.*

Castratio. *An cum se ipsum castrante possit dispensari* b 116.

Catechumenorum *oleum ab episcopo solo conficitur* 175

Cathedralis *ecclesia quæ, ejus erectio* 428. *&c.*

Cathedraticum *cui, à quibus debetur; ejus taxa* b 433. *an præscriptio hic locum habeat* b 433. *an per concilium Trid. sublatum* b 434.

Cathedraticum *annuum episcopor.* 183

Caupona, *v. taberna.*

Causas *eccl. curat episc.* 178

Causarum *actus interdicti cleric.* 610

Civiles causas *judicat Episc.* 177

Causis civilibus *an præesse possint clerici* 612

Causas criminalis *an alteri committere queant clerici* 613

Celebratio *officiorum divinorum, & episcopi cura* 171

Cellerarius, *Sacrista* 208

Censuræ Ecclesiasticæ *ab Episc.* 177 *absolutio à Censuris per episc.* 182

Ceremoniæ *Episcopi munus circa eas* 172

Cessio, *v. Renunciatio.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Charitativum *subsidium*, *v. Subsidium.*
Chirurgia *Monachis prohibita* 555
Choreis *ne interſint clerici* 616
Chorepiſcopatus *quale beneficium* b 34
Chriſma *conficit & confert ſolus epiſcopus* 175
Cibus & potus *clericorum moderatus* 616. *ſq.*
Cimeliarcha, *Sacriſta* 208
Circada *quid?* b 442
Circularis promotio *an habeat locum perpetuò* b 332
Citatio *in proviſione benef. ſimplicium* b 172
Citatio *ſimplex an interrumpat præſcriptionem* b 534
Civiles actiones, *v. actiones Civiles.*
Civiles cauſæ, *v. cauſæ.*
Clauſula *gratificationis*, *Decretum irritans*, *derogatoria* b 304
Clerici *quotuplices* 25. *Clericus eſt major laico* 358. *Epiſcopi cura convocationis Cleri annuatim* 174. *Epiſcopi munus circa clericos ordinandos, corrigendos &c.* 172. *Clericorum regularium Ordo* 470. *Clerici ſeculares in Regulari eccleſia regulare celebrant officium* 460
Coadjutor *quis* 189. 213. *Cur in eccleſia conſtituatur* 212. 213. *Epiſcopi poteſtas in conſtituendo Coadjutore* 186. *Non repræſentat alterum epiſcopum* 214. *Habuerunt Patriarchæ Conſtantinopolitani coadjutores* 214. *Non dandi temerè; quæ dandi cauſa* 215. *Quotuplices & quomodo differant* 216. *Quomodo ornentur & quod eorum munus* 216. *An aliis quam Epiſcopis dentur* 216
Coadjutoriæ *titulus an ad ordinationem ſufficiat* 417
Cælebs *unde dictus, quis* b 138
Cœlibatus *introductio in eccleſ. orient. & occid.* b 139. *à quo Clericis impoſitus cælibatus* b 138. *Cælibatus diaconorum & ſubdiaconorum* 318. 331.
Cœnobiorum *initia; primi autores* 467. *v. Monaſteria.*
Cœnobitarum *ordo* 468
Collatio *quid, quotuplex, quomodo fiat* b 209. *ſq. Qui beneficia conferre poſſunt* b 54. *ſqq. Collatio Papæ extra Diœceſin* b 284. *An Papa poſſit conferre majora extra diœceſin* b 58. *Quis conferat inferiora* b 59. *Ordinarii collatores benef. qui* b 68. *Sede vacante quis conferat beneficia* b 78. *Collatio neceſſaria eſt vel Gratioſa* b 78. *Forma in benef. collatione ſervanda* b 170. *ſqq. debet eſſe pura* b 194. *gratuita* b 174. *non ambitioſa ibid. non debet eſſe ſurreptitia* b 195. *nec clandeſtina* b 196. *conferri debent inte-*

integra b 180. *Beneficia non niſi capacibus conferenda* b 105. *Requiſita ad hanc capacitatem* ibid. *Beneficia eccleſiaſt. regulariter conferuntur tantum Clericis* 674. *Beneficii conferendi tempus* b 157. *ſqq.* b 165. *quid ſi tempus præfixum non obſervatum* b 167. *ſqq. Benef. collat. quomodo probanda* b 198. *an eâ opus ſit, ſi permutatio non ſortita effectum* 166. *Collationis benef. præventio* b 289. *Beneficii unius collatio facta duobus* b 211. *Collatione facta pluribus de eod. benef. quis prior* 15. *Collatio poſterioris non valet in detrimentum prioris* 15. *Collatio copulativa, conditionalis, alternationis prohibita* b 195 (185

Collegiata *eccleſia quæ, quis erigat*

Comam *ne alant Clerici* 623

Comites Palatini. *Epiſcopi poteſtas circa eos* 187

Comitialis *morbus an promotionem ad beneficia impediat* b 117

Commenda *quid, ejus origo* b 272 *Perniciosæ factæ* b 273. *Quotuplices hodie* b 274. *Quando & à quibus fiunt* b 274. *Vicarii deputatio in temporalibus ad quem ſpectet* b 275. *Perpetua quæ, quis conferat* b *ibid. hæc eſt titulus canonicus* b *ibid. Diplomatis Pontif. formula* b *ibid. Militares quomodo differant à reliquis* b 277

Commendatarii *an cuſtodis jus fuerit majus* b 273. *Perpetuus quam habeat auctoritatem* b 277. *Commendatitiæ literæ, v. literæ.*

Commercia *& negotia ſecularia Monachis prohibita* 556. *Clericis interdicta* 608.

Communicatio. *Epiſcopi munus circa communicationem ſanctimonialium* 173

Comœdiæ, *v. Spectacula.*

Compromiſſum *per Compromiſſum quomodo fit Electio?* 98. *Compromiſſarii an unum ex numero ſuo eligere poſſint, & quando?* 99. *Quid ſi compromiſſarius intra tempus eligere negligat?* 99. *Quid ſi elegerit, ſed indignum? ibid. Formulæ compromiſſi aliquando accedit ſcrutinium: quæ melior?* 100

Concilia *quæ* 7. *earum diviſio* 7. *quis convocet* 7. 10. *quatenus errare non poſſunt* 8. *Quomodo Imperator conciliis interſit* 24. *Provincialia concilia, Epiſcopalia* 10. *Epiſcopi cura circa Concilium annuatim convocandum* 174

Concilium Generale ſ. Oecumenicum *an poſſit conferre beneficia* b 61. *An Pontifex ei ſubſit* b *ibid. œcumenica præcipua quatuor* 8. *quando illa celebrata* 9

Conciones, *v. prædicatio. Epiſcopi munus circa conciones ſacras* 170

Conclave, *v. Electio Papæ.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Concubinæ *clericis interdictæ* 627. *an laicis concessæ ibid. olim pro uxoribus habitæ* 629. *Quomodo procedatur contra concubinarios Laicos s. Clericos sec. Conc. Trid. ibid. An contra hos pœnæ juris Communis adhuc locum habeant* 630. *An videantur ipso jure suspensi* 631. *An ipsæ concubinæ possint excommunicari ibid. An contra Clericos requiratur monitio trina ibid. Depositionis pœna an obtineat ibid. Concubinam ducens habetur pro digamo* b 145

Concubinarii Clerici *an amittant beneficium* b 516. *an pœna iis imponi possit occultis* b 517. *Concubinarius quis* b *ibid. sq.*

Concubinatus *privat beneficio* b 529 *v. Fornicatio.*

Conductor redituum *non confert beneficium, præsentat tamen* b 86

Confessio. *Parochi munus si confitendus sit peste correptus* 305. *Quid si agonizans ibid. In audienda confessione quid cavendum Parocho ibid. Post auditam quid?* 306. *Confessionale ubi habere debeat & quale, ibid. Episcopi munus circa confessionem & confessorem sanctimonialium* 173. *Confessarii ingressus licitus in monasterium monialium* 581. *Clerici in actu confessionis solicitantis ad turpia pœna* 632

Confirmatio *Episcopus à non superiore suo electus confirmandus* 110. *confirmationem præcedere debet consensus, tres menses ibid. confirmatio quid? ibid. confirmandi jus quis habeat, nunc & olim?* 111. *confirmantis quod officium?* 112. *confirmatus quid facere debeat? ibid. confirmatio quam adferat auctoritatem Episcopo* 113. *sq. Confirmatio electi à quo petenda* b 204. *Confirmatione pontificis roborata obligant* 12.

Confusio *ecclesiarum in unam* b 260

Conjugati *quidam Apostoli fuerunt* b 137. Conjugium spirituale *inter Episcop. & Ecclesiam* 134. *sq. Cur papa dissolvere possit* 135. *Quatenus ejus fortius vinculum quàm carnalis matrimonii* 135. *v. Matrimonium.*

Conjunctio, *v. Unio.*

Conjux *revocatus post professionem an potest petere debitum* 478. *An post revocantis mortem teneatur redire ad religionem* 478. *An conjux in professionem conjugis consentiens etiam teneatur ingredi religionem* 480. *Si manens in seculo se continere nequeat, quid faciendum professo* 480. *Professo consentiente conjuge facta, in quantum valida* 481.

Confe-

Consecratio. *Consecratio quæ tribuat Episcopo?* 115. *Cur ei necessaria?* 115. *Intra quod tempus petenda. ibid. Quando trimestre currere incipiat?* 116. *Consecrandi qui & à quibus?* 116. *ad consecrationem tres requiruntur Episcopi, & cur? ibid. sq. dispensationi hic locus.* 117. *Papa an consecrare possit verbo?* 118. *Consecrationis solennitas quæ?* 118. *Quis effectus?* 119. *Consecratus Episcopus quomodo excipi debeat à suis?* 120. *Episcopi an à suis Ecclesiis abesse possint & quando? ibid. sq. Consecratio an olim à confirmatione distincta* b 205. *Consecratio Episcoporum solo competet Episcopo* 175. *Sacrarum virginum* 176. 323. *Consecratio altarium, basilicarum &c. ab Episcopo* 175. 176.

Consensus *minus liber ordinis ingressum impediens* 473

Constitutiones Ecclesiasticæ *quid* 6. 11. *quotuplices* 7. *in Diœcesi facit Episc.* 177.

Constructione *an acquiratur jus patronatus* b 241.

Consuetudinis *nomen & definitio* 18. *quatenus obliget ibid. seq. Consu. universalis particularisve quatenus legem ecclesiasticam abrogare queat* 19. *Consuetudo & præscriptio differ.* b 403

Conventus *quando instituti* 466. *Quomodo Monachi in iis vivebant* 466

Conversi. *An Conversi ad Ordines promoveri possunt?* 402. *Quid de eorum liberis?* 402. *Conversis servanda* 575. *Episcopi munus circa Conversionem subjectorum* 170

Conversio *Conjugum, v. Conjux.*

Convivia *inhonesta vitent Clerici* 615

Convocatio *Cleri annua per Episcopum* 174.

Corporalia *consecrat episc.* 176

Corpore Vitiati *non ordinandi. Observatum hoc ab Ethnicis; & jussum in Veteri Testamento.* 391. *Non idem corporis vitium hodie Ordinum reddit incapacem: Quale?* 391. *Quid si causatum per culpam ordinandi, & cooperantis?* 392. *Quid si non accedente ejus cooperatione?* 392. *Quid si vitium sit occultum* 393. *nec accesserit directè cooperatio vitiati?* 393 *si vitiatio causata sine culpa vitiati, considerandum, an impediat ordinis usum, an non?* 393. *Posteriori casu irregularitas non inducitur.* 393. *inducitur priori.* 394. *sq. Circa Oculorum vitia temperamentum.* 395. *Quid dicendum de*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

eo, qui sine scandalo non potest ministrare. 396. *Qualis ille?* 396. *Quidsi vitiatus de facto fuerit ordinatus?* 396. *Cui hic competit dispensatio?* 396.

Corporis integritas *In beneficiandis desiderata* b 115. *Tria temperamenta hic adhibenda* b 115

Correctio *Clericorum; episcopi munus* 172. 177. *Episcopi munus circa correctionem errantium* 173 *Correctio subditorum an competat Episcopo ex potestate delegata* 187. *seq.*

Criminales actiones, causæ, *v. actiones causæ.*

Crimina *propter quæ vacat benef.* b 523. *seqq. Nullum crimen ipso jure inducit vacationem, nisi sit jure cautum* b 520. *Crimina quatenus punit Episcop.* 177.

Criminis reus, *Inhabilis ad beneficia* b 121.

Cultus divini *cura incumbit Episcopo* 169

Cura animarum *quæ & quotuplex* 288. *Pœnitentialis quotuplex* 288.

Cura Episcoporum *in quibus consistat potissimum* 169. *In quibus circa fidem & Dei venerationem* 170. *In quibus circa Divinorum officiorum celebrationem* 171. *In quibus circa Sacramentorum administrationem* 172. *Quæ attendere debet circa personas, res & loca Ecclesiastica* 172. *Quæ in pascendis ovibus* 173

Curati, *v. Parochus.*

Curatores *ne sint Clerici* 613. *v. Tutor. Curatorum constitutio ab Episcopo* 173

Curia *Principum curias monachi ne accedant* 560

Curiales. *An Curiales ad Ordines sint promovendi?* 408

Custodia, *v. Carcer, vincula.*

Custos *Quis, ejus munus* 210. *dignitas; est prælatus in Germania* 211. *Custodis jus an majus fuerit jure commendatarii* b. 273

D.

Dæmonum Ejectio *(v. Exorcista) Est inter signa credentium* 349

Damnum *datum ecclesiæ bonis quomodo resarciendum* b. 344

Debita, *v. Æs alienum. Clericorum privilegium in causis debitorum.* 674. *an ei privilegio renunciare possint* 675. *Qui eo non gaudent* 675

Decanus *venit mentione capituli* 449 *Decanus ruralis, v. Archipresbyter.*

Decimæ *quid? earum antiquitas* b. 371. *sq. Cur præbendæ* b. 372. *præstandæ.*

ſtandarum neceſſitas b. 17. *Earum rationem ethnici qq. habebant* b. 372. *Quibus ſolvebantur* b. 373. *Chriſtianorum quæ, qualis, quo jure introductæ* b 373. *An Chriſtiani ab earum præſtatione poſſint eximi* b. 18. *Papa earum præſtationi poteſt derogare* b. 18. *Sunt juris divini & humani; quatenus* b. 375. *Earum neceſſitas per mortem Chriſti abolita* b. 375. *Earum quota determinata, vel ex conſvetudine* b. 376. *Genera decimarum tria, & ear. differentia* b. 376. *Qui eas debeant, ex quibus rebus* b. 378. b. 381. *Quæ integræ ſolvendæ, quæ deductis expenſis* b. 379. *In prædiis elocatis conductor ad eas tenetur; non afficiunt prædia, ſed fructus* b. 384. *Clerici quat. præbeant* b. 385. *exemptionis quinque modi* b. 386. *poſſunt tolli, vel quota ear. per conſvetud.* b 389. *qt. privil. immunitatis decimar. amittatur* b. 387. *Libertas non ſolvendi eas an præſcribatur* b. 391. *Tranſactionis circa decimas vis & requiſita* b. 393. *Earum remiſſio* b. 393. *quoad perſonas dupliciter conſideratæ* b. 393. *an cadant in laicos* b. 394. b. 397. *elocatio earum* b. 398. *Quat. debeantur Clericis, parochis &c.* b. 398. *ſq. Quid ſi inter eccleſias oriatur controverſia de decimis* b. 402. *Legitimus titulus quis* b. 403. *Acquirendi modi* b 403. *Novalium decimæ* b. 405. *Integræ præſtandæ & quando* b. 407. *Quid ſi mora perierint* b 407. *an conferendæ in clericorum horrea* b 407. *contra decimarum debitorem confitentem quomodo procedendum*, b 408. *quomodo contra negantem* b 408. *ſeq. Judicium de decimis eſt ſummarium* b 409. *ad quem ſpectet poſſeſſorium, petitorium* b 411. *Quid ſi privilegio Papæ ſint conceſſæ* b 411 *Quid in decimarum conductore* b 411. *Detinentium vel non ſolventium pœnæ* b 412. *Decimas monachi ne uſurpent* 560. 562. *Ab earum ſolutione alios ne retrahant* 560. *Epiſcopi poteſtas circa decimas* 183.

Decimationum quarta, *v. quarta.*

Decreta *Pontificium quid, quotuplicia* 12. 17. *vis obligandi* 12. 18. *Decretorum collector Gratianus* 17

Defenſio litis, *v. lis.*

Defenſores Eccleſiæ. *Eorum origo* 254. *De iis etiam tractatur in jure Civili* 255. *Quare inſtituti* 255. *Quod eorum munus* 256. *Quis Pontificum circa illud mos* 257. *Quales, an clerici, an laici* 257. *Quæ eorum dignitas* 258 *Quales Regionarii* 259. *An non aliquando*

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.
G IV.
32

quando ecclesiis graves 260.
Definitio *an semper præcedat notationem* 4
Degradatio *quomodo fiat* 156. *Clericorum & Episcoporum cui competat* 175. *ab episcopo* 177
Delicta *punit subjectorum Episcop.* 177. *Episcopi munus circa delinquentium correctionem* 173
Denunciationes *Qualiter & ubi faciendæ* 308. *An possint omitti* 309
Deportus *non dandus pro investitura benef.* b 178
Depositio *v. degradatio.*
Deputationis *titulo ad servitium alicujus ecclesiæ potest ordinatio fieri* 416. b 213. *seqq.*
Desertores *quos Græci ita vocaverint* b 469
Detonsio *comæ clerici qualis* 683
Devolutioni *quatenus locus in collatione benef.* b 168. *seqq.* b 213
Diaconatus *An ordo* 313. *Ejus materia quæ* 313. *An traditio Evangelii* 313. *seq. Ejus forma* 315. *Origo* 316.
Diaconi *qui* 313. *Antiquitas eorum & numerus olim, pòst auctus* 189. *seq. Moderni an diversi ab iis quos crearunt Apostoli* 317. *an debeant esse cælibes* 318. *Cujus ætatis* 319. *Quarum qualitatum* 319. *Officium eorum quod olim* 189. *seq.* 319. *Quod hodiè in Canonum* 320
Diaconissæ. *Harum & Diaconorum similitudo* 322. *An omnes mulieres Deo consecratæ fuerint Diaconissæ* 322. *Quotuplices ista* 322. *Quales olim eligebantur* 323. *Quæ requisita ætas* 324. *Quomodo ordinabantur* 325. *Hujus ordinationis mentio facta à Justiniano* 325. *An vera ordinatio fuerit* 326. *Annumerantur Clericis* 326. *In quibus earum constiterit officium* 327. *Tandem sunt abrogatæ ; quando & in qua ecclesia prius.* 328
Diaria *seu* distributiones *quotidianæ Cur ita dicta, quotuplices* b 461. *Cur institutæ* b 462. *In ecclesiis si non sint, quid Concil. Trid. statuerit* b 462. *Quibus hoc jus competat* b 463. *Quomodo assignandæ* b 463. *Beneficiatus de iis disponit liberè* b 463. *Legitima ex causa absentes eas lucrantur* b 463. *Amissæ remitti nequeunt* b 465.
Digamus *v. Bigamus.*
Dignitas *quid* b 49. *clericorum præ laicis* 656. *Dignitas prohibens ingressum in ordinem* 473
Dignitas Ecclesiastica, *Ejus nomen pendet à consuetudine* 208. *Ad*

quem

quem pertineat Dignitatum Eccleſiar. cathedral. collatio b 71
Dimiſſoriæ literæ, *v. literæ.*
Diœceſana *lex an differat à lege juriſdictionis.* 184. *Ad legem diœceſanam pertinentia* 183.
Diœceſis Romana *quæ pertineant ad illam* b 54
Diplomatum *Pontif. origo* b 298
Diſpenſa *quid?* b 442
Diſpenſationis *poteſtas Epiſc.* 178. *Diſpenſandi poteſtatem an alteri delegare poſſit Epiſcopus* 182. *In quibus beneficiis Papa diſpenſet, in quibus Epiſcopus* b 113. *Diſpenſatio num cadat in ſe ipſum caſtrantem* b 116. *Diſpenſationes concedendæ gratis* b 179. *Diſpenſationes dantes & petentes an tuti apud Deum* b 507
Diſputationes *de fide laicis non concedendæ* 170
Diſſolutio *Eccleſiarum unitarum* b 271
Diſtributiones *in genere quid.* 433. *An diſtinguantur à præbendis* 433 *Cur dicantur quotidianæ* 434. *Earum deſcriptio* 434. *An appellatione redituum veniant* 434. *Cur inſtitutæ* 434. *quibus præſentiis vel horis diſtribuendæ* 434. *Duplicatæ* 435. *quibus debentur* 435 *Qui canonici eas amittant* 435. *Amiſſa quibus accreſcant* 436. *v. Portio. Diſtributiones quotidianæ v. Diaria.*
Divitiæ Eccleſiæ, *v. Eccleſia Romana.*
Doctrina. *Epiſcopi munus circa prædicandam* 173
Donari *non poſſunt emta ex fructibus benef.* b. 360
Dos monialium, *v. virgines ſacræ* 575.
Dotatione *an acquiratur jus Patronatus* b 241. *Dotare qui poſſint* b. 242. *Quid ſi dotent plures* b. 242. *Dos qualis eſſe debeat* b. 242

E.

EBrii *non ſint clerici* 617
Eccleſia *monachi eas à Laicis non accipiant* 562. *Eccleſias curat epiſcopus* 178
Eccleſia catholica *quid teneat* 5. 6.
EccleſiaRomana. *Qui fuerint præceteris liberales erga eam* b. 10. *Cur eccleſiæ acceſſerint Principatus* b. 11. *Quare eccleſiis oblationes fecerint Chriſtiani* b. 11. *Unde excreverint eccleſiæ opes in immenſum* b. 11. 12. *Qui eas habuerint in ſua poteſtate olim & quomodo* b. 12. *Quomodo debuerint diſtribui* b. 12. *Quidam ex eccleſiæ præpoſitis inter pauperes numerati* b. 13. *Hic diſpenſandi modus poſtea Epiſcopis præſcriptus & antiquatus* b.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

14. *An beneficiatus possit de beneficiorum fructibus disponere & testari* b 14. *Quæ hic Principum sæcularium auctoritas* b 15. *Quid hac in re statuerint Concilia* b 15. *Episcopi munus circa* Ecclesiastica 169. *sqq.*

Ejectam *ducens pro bigamo habetur* b. 145

Electio *quid, ejus forma triplex &c.* b. 202. *per scrutinium, compromissum, inspirationem* b. 203. *sq. secreta quæ, quæ non* 597. *sq.*

Electio Episcopi. *Populi potestas in ea olim* b 92. *Interdum sufficiebat nudus consensus aut postulatio populi* b 93. *Prævaluit semper Jus Ecclesiasticorum ibid. Cur olim Laici intervenerint, & cur jus hoc illis tandem ademtum* b 93. b 94. *Galliæ Reges olim Episcopos constituerunt* b 96. *Hodie electionib. sublatis, Regib. concessum jus Nominandi* b 98 *eccles. electione libera concessa* b 97

Electio Papæ. *Primis Ecclesiæ temporibus penes quos fuerit Pontificis Electio?* 53. *quæ in ea Imperatorum potestas vel authoritas* 54. *Electio quando ad Cardinales devoluta?* 54. *Quæ ante Electionem observanda?* 55. *Conclavis Cardinalium quæ structura, clausura?* 55. *in Electionis actu quæ observanda?* 55. *Morientibus Cardinalibus omnibus eligere an possit concilium Generale?* 56. *An, quod Electio fiat Romæ, de substantia?* 56. *Quotuplex eligendi modus?* 56. *per scrutinium quis?* 56. *Quæ requisita* 56. *Quæ solennitates?* 56. *sq. per Accessum quis eligendi modus?* 57. *per compromissum quis?* 58. *An cumulari potest cum ea, quæ fit per scrutinium?* 58. *An non est Electionis modus per inspirationem Spiritus Sancti, & quotuplex?* 58. *An revocari possit Electio cum impedimento canonico facta?* 58. *Electus an debeat consentire?* 59. *Electio Pontificis non desiderat confirmationem?* 59. *debet esse libera* 146. *Circa illam Imperatorum Rom. jus olim* b 95

Electio Prælatorū. *Prælati quibusmodis ad Ecclesiæ Regimen assumuntur?* 62. *Electio Prælati quid?* 62. *Quotupliciter sumatur?* 62. *Quæ utraque?* 63. *An Beneficia Electiva omnia formam electionis exigunt?* 63. *Ad quem pertinet Electionis jus?* 63. *Collegium quomodo conservatur?* 63. *Qui possint eligere?* 63. *Qui prohibentur legi?* 64. *Qui ex naturali causa?* 72. *Quibus jus eligendi dari potest moribus?* 72. *An illud dare potest præscriptio?* 72. *Quales eligere debent Electores?* 73. *Quid si elegerint minus dignum, an teneantur ad restitutionem?* 73. *An ipse Electus?* 73. *Quando?* 74. *Quomodo punian-*

puniantur Eligentes indignum scientes? 74. *Quid sciant tantum ex confessione?* 74. *Electio indigni quando nulla?* 75. *An pœnæ eligentibus indignum propositæ, obtinent electione non secutâ?* 75. *An quis sit indignus probandum* 76. *& quidem ex sanctionibus Canonicis* 76. *crimina, quæ definiunt ista, qualia debent esse?* 77. *Quæ?* 77. *irregularitas quomodo incurratur?* 79. *sq. Qui prohibeantur eligi lege?* 81. *Quæ exigantur in Prælatis?* 82. *Qui prohibeantur, ad Prælaturas adspirare natura?* 82. *An ætatis non potest peti dispensatio?* 83. *Qui prohibentur eligi propter mores?* 84. *qui moribus?* 85. *Quid præcedere debeat Electionem?* 85. *Mors & sepultura Prælati exspectanda, de honestate* 86. *Facienda Electio intra menses aut tres, aut sex* 86. *Quando currere incipiant?* 87. *Quomodo computentur?* 87. *Quomodo mensium dies?* 87. *Quæ præparatoria Electionis post sepulturam Prælati, à Canonicis præsentibus facienda?* 88. *Citandi eligendi jus habentes* 88. *Quomodo* 88. *Quid si citatus interesse Electioni nequeat?* 89. *Quid si constituat procuratores plures?* 89. *Quid si Procurator ex ipso Collegio sit constitutus?* 90. *Quomodo celebretur Electio?* 90. *Quomodo per scrutinium?* 90. *vid. scrutinium Quid si plures factæ electiones?* 97. *Quid si vota & merita sint paria?* 97. *Electio facta quomodo debet pronuntiari* ibid. *sq. Quid sequatur electionem factam per scrutinium?* 98. *per compromissum &c. quomodo fit electio?* 98. *vid. Compromissum &c.*

Emphyteusi *in reb. eccl. qt. locus* b 346

Emptor *rerum ecclesiasticarum eas restituit* b 341

Epilepsia *an impediat promotionem ad beneficia* b 117.

Episcopatus *quale beneficium* b 34. *ordo Episcopatus an specialis* 25

Episcoporum *nomē quàm antiquum* 27. *An differunt à presbyteris?* 27. *quomodo dicantur?* 28. *Quotuplices?* 28. *An differant quoad ordinem?* 28. *Origo Episcoporum differentiæ quoad dignitatem* 28. *Illa differentia an positivi an divini juris?* 29. *Episcopus à non superiore suo electus confirmandus. v. Confirmatio. Episcopi an à suis Ecclesiis abesse possint & quando? v. Consecratio. Conjugium spirituale inter Episcop. & Ecclesiam* 134. *seq. Papa dissolvere potest* 135. *Episcoporum electio, v. Electio. Episcopi jurisdictio, v. Jurisdictio. Episcopi literatura qualis* b 125. *Episcoporum munus* 169. *Episcopi gerunt Apostolorum vices* 218.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Episcopus qualem vocem in capitulo habeat 448. *Episcopo subsunt Ecclesiæ vel jurisdictionis vel diœcesana lege* 183. *Episcopus proprius quis* b 151. *Episcopi duo certo in casu esse potuerunt in eadem civitate* 214.
Equitum ordo, *vid. Militares ordines.*
Eremitarum *origo* 467. *ordo* 468.
Errans, *v. delinquens.*
Evangelii *prædicandi facultas concessa ab episc.* 183.
Eucharistia *circa illius administrationem quale Parochi officium* 307. *v. Sacramenta.*
Evectiones *quid?* b 444.
Examen, *v. Scrutinium.*
Excommunicati *an beneficiorum capaces* b 122. *Episcopi officium circa excommunicatos* 173. *absolutio ab excommunicatione per episcop.* 182. *Dispensatio Episcopi cum excommunicato occultè* 179
Executionis *cura Episcopi* 178
Executoriæ literæ, *v. literæ.*
Exempti *à potestate Episcopali* 177 *Exempta monasteria, v. monasteria. Potestas Episcop. circa exemptos prædicatores &c.* 185
Exorcista. *(v. Dæmonum ejectio) Quis* 348. *Exorcistatus materia* 348. *Exorcistas habuerunt etiam Judæi* 349. *Exorcisandi modus à Salomone* 349. *Exorcistatus quando à reliquis ordinibus distinctus* 349. *Exorcistarum officium* 350. *Exorcismus quid & quomodo fiat* 350. *Quid cavere debeant Exorcistæ* 350. *Eos imitantur incantatores Ethnici* 351
Expectativa gratia *quæ beneficia comprehendat* b 301
Expensis *non deductis non censentur fructus* b 380
Exteris *in quibusdam locis munera publica non conferuntur* b 154. *quatenus admittendi ad beneficia* b 129. *Beneficiandi exteri originis suæ mentionem facere debent* b 156. *Extraneis idoneis præferendi indigenæ idonei* b 156.
Extraordinaria munera, *v. munera.*

F.

FAbulæ, *v. Comœdia, aleator.*
Factum. *Verba ipso jure & ipso facto promiscuè sumuntur* b 520
Falsum *commissum in literis apostolicis inducit vacationem benefic.* b 529.
Fama integra *in beneficiando requisita* b 120
Familiares *an inter suos Episcopus numeret* 369
Festos dies *Parochus denunciet* 302
Feudum. *Quid clericis servandum in causis feudalibus* 671.

Fideicommissum *Ecclesiæ relictum repudians an insons* b 344
Fidejussio *monachis prohibita* 555
Fides *Episcopi munus circa fidem* 170
Fiduciæ *v. Commendæ.*
Focariæ *quæ; earum conversatio Clericis interdictæ* 627
Fœmina. *Dispensatio Episc. cum religiosis, ob admissionem intra claustra occultam fœminarum* 179. *utrum Pontificia dispensatione fœmina habilis fieri possit ad ordines?* 384. *seq.*
Formatas *dat Episcopus* 177
Fornicatio *v. mulier. An salva conscientia quis à Clerico fornicante sacramenta possit accipere, missamque audire* 632. *vid. Concubina.*
Forum. *An causam ut defendant clerici, laicos ad forum suum trahere possint* 670
Fratres, *v. Monachi.*
Fructus beneficiorum. *An beneficiati habeant in iis dominium* b 353. *Superflui, necessarii, qui* b 356. *turpiter expendens an restituat* b 357. *superfluorum erogatio in usus pios* b 359. *Patrimonium sufficiens habens an eorum capax* b 358. *Quos ex iis alere possint beneficiati* b 360. *Non possunt empta ex fructibus alteri donari* b 360 *quomodo inter heredem beneficiati & successorem dividendi* b 364. *Fructuum perceptio à beneficiario, in quo consistat* b 333. *non censentur fructus, nisi deductis expensis* b 380.
Frugalitas *clericorum* 616. *seq. Episcopi munus circa frugalitatem subditorum* 173
Fundatione *an acquiratur Jus patronatus* b 140
Funeralia. *Episcopi jus circa funeralium quartam* 183.
Furor *an impediat promotionem ad beneficia* b 118.

G.

GAbella, *v. Vectigal.*
GGraphium *quid* 20
Gratia *à pluribus impetrata, quis præferendus* 16. *Gratiæ literæ* b 299
Gratianus *decretorum collector* 17
Gratificatio *Papæ, ordinarii* b 304. b 309
Gvadagia, *v. Pedagia.*

H.

HAbitus *Monachorum* 566. *Habitus Clericorum, pœna contranitentium* 619. 620
Hæreditatem *Ecclesiæ suæ relictam repudians an puniatur* b 344
Hæresis *inducit vacationem benef.* b 526. *Episcopi munus circa Hæresin & hæreticos* 170. *Potestas Epi-*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Episcoporum circa prædicatorem exemptum docentem hæresin 185
Hæreticus. *An eorum filii ordinari possunt* 401. *seq.*
Hastiludia, *v. spectacula.*
Hermaphroditus *An Hermaphroditus ordinari possit?* 385
Hierarchia Ecclesiastica *in quo consistat* 357
Histrionibus *Monachi ne intendant* 554. *v. mimus.*
Homicidium *controversum an privet beneficio* b 529. *Dispensatio Episc. cum homicida* 179
Honestas *Clericorum externa, interna* 607. *circa officia & negotia* 608. *Honestas monialium v. mores, vita*
Honorum Incapaces *ob vitium natalium ab ordinibus arceantur Presbyterorum filii & alii* 397
Horæ canonicæ, *v. officium divinum. Quid* b 482. *Institutum est juris divini* b 483. *Pœna beneficiatorum non recitantium eas* b 483. *Quale beneficium ad eas obliget* b 484
Hospitalia *conferendi tempus* b 166. *Hospitalium cura Episcopi* 178
Hospitiorum *cura per episc.* 184

I.

S. Iacobi ordo *ap. Castellanos, Lusitanos* 469
Jaculatoribus *Monachi ne intendant* 554.
Jejunia *Parochus denunciet* 302
Jesuitarum *ordo & institutum* 469
Illegitimi *honorum incapaces apud Ethnicos & Christianos* 397. *Quid si illegitimo ordines collati?* 401. *Dispensatio Episcopi cum illegitimo* 180
Inauguratio *Papæ quomodo fiat* 59
Immunitas. *Episcopi munus circa immunitates Ecclesiæ* 173
Imperatores. *Eorum jus conferendi benef. eccl.* b 95
Impubes *à parentibus religioni oblatus, an major factus pœnitere possit* 495. *Impubes beneficiarius matrimonium contrahens an amittat beneficium* b 516
Incantatores *Ethnici Exorcistarum simiæ* 351. *v. Magia*
Incarceratio *Clericorum ab episc.* 177
Incontinentes *à quibus puniri possint* 633
Indigena *in beneficio præferendus externo* b 128. *Indigen idonei præferendi exteris idoneis* b 156
Indultum *v. gratia.*
Infamia *à beneficiis removet* b 120. b 121. b 530. *Dispensatio Episc. cum infami* 180
Inferiorum beneficior. *collatio cui competat* b 76. *Capituli consensus hic ab Episcopo requisitus* b 76

Infirmorum *oleum conficit episcopus* 175
Inhabilitas. *Dispensatio Episc. circa inhabilitatem ad beneficia &c.* 180
Innocens vita *clericorum* 607
Inobediens *(v. obedientia) Ejus pœna quæ* 357
Inquisitio, *v. Scrutinium.*
Inspiratio *per inspirationem quomodo fit electio?* 100. *Quomodo per Doctores dividitur ea. ibid.*
Instantia prima *potestati episc. subjacet* 178
Institutio *quid, ejus necessitas* b 228. *Ad quem pertineat, ibid. Qui possint instituì, ibid. ejus effectus* b 231. *Institutio particularis* 6. *Episcopi munus circa institutionem laicorum* 173
Instrumenta *Clerici Tabellionis an valeant* 611
Integritas *Clericorum* 607
Interdicti *an beneficiorum capaces* b 122
Inventarium *bonorum eccl.* b 336
Investituræ *petitio à Laicis est species Simoniæ* b 526. *Pro beneficii investitura nil dari debet* b 178
Jocosa *v. Scurrilitas.*
Joculator *v. mimus.*
JOHANNA Papissa *an in Pontificia sede sederit?* 384. *An illa dicenda Pontifex? ibid.*
Irregularitas. *Dispensatio Episcopi circa irregularitatem* 178. 180
Judex *competens in lite circa benef. Ecclesiasticus est* b 547. *In Gallia judex Regius* b 548. *Exceptio, ibid. Judex secularis potest cognoscere de causis judicis ecclesiastici* 673. *Judices an esse possint clerici* 612. *sq.*
Judicia *in causis beneficiorum* b 531. *Judiciis sanguinis ne intersint clerici* 611. *sq.*
Juramentum *ab eo absolvit episc.* 182
Jurisdictio *respicit territorium, nec extra illud extendenda* 11. *Jurisdictio Episcopalis* 176. *sqq. Episcopi Jurisdictioni quatenus subsunt Religiosi* 561. 564 *Jurisdictiones seculares ne exerceant clerici* 611
Jurisprudentiæ *Romanæ methodus, discrepantia à jure canon. & affinitas* 2
Jus. *Verba Ipso jure & ipso facto promiscuè sumuntur* b 520. *Jure potior, qui tempore prior* 15. *sq. Extra provinciam non possunt clerici in jus vocari* 673
Jus Canonicum *differt à jure civili, & ei affine est* 2. *Juris canon. partes & divisio* 3. *Unde sic dictum* 4. *quid* 6. *ejus obligandi vis* 12. *circa quæ versetur* 20. *Jus Canonicum non scriptum* 18. *v. Consuetudo.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV.
32

Jus civile. *Ejus studium an beneficiandis interdictum* b 126. *Studium Monachis prohibitum* 556
Jus divinum, *& humanum quid* 6
Jus s. Jura Ecclesiæ *curat episcopus* 178.
Jus naturale *quid* 6
Justitiæ literæ, *v. Literæ.*

L.

LAicus *quæ sub nomine laicorum veniant?* 22. *Rex unctus an sit laicus?* 22. *Laici quorum munerum inhabiles* 22. *An possit conferre beneficia eccl.* b 92. *An non aliquando adhibeantur actibus clericalibus* 24. *Laici ab ecclesiasticis negotiis abstineant, & vicissim* 24. *Episcopi potestas in laicos* 177.
Larvati *ne incedant clerici* 616
Lector, *appellatus Papa* 346. *In V.T. dictus Cantor* 346. *Ejus munus quod fuerit olim* 346. *quod hodie* 348. *fuit & apud Ethnicos* 347. *& in primitiva Ecclesia Catholica ibid. Lectoratus materia & forma ibid.*
Legatus Summi Pontificis *(v. Nuncius Apostolicus.) Legati in utroque jure accipiuntur variè* 262. *Pontificii qui & quare dicantur ibid. An differant à delegatis Pontificis* 262. *Legatus Papæ quis & quotuplex* 262. *Legati à Latere qui* 263. *Eorum nomen & Imperatoribus usitatum* 263. *Legati missi ibid. Legati nati* 264. *Hi omnes in quibus conveniant* 265. *An habeant jurisdictionem ordinariam* 266. *Circa eam dispositio Concilii Tridentini* 267. *Legati quomodo recipiendi, ibid. Quid observetur in Gallis, ibid. Qualiter ibidem eorum potestas circumscripta, ibid. Qualiter in Belgio* 269. *Legati in quibus differant* 270. *Legatus Pontificis an possit conferre beneficia* b 64. *An vacantia collationi suæ possit reservare* b 65. *An extra provinciam commissam* b 65. *In quæ beneficia jus nullum habeat ibid. Qua autoritate conferat* b 66. *Legati à Latere in quibus præ aliis excellant* 271. *An beneficia conferre possint, obstantibus concordatis Germaniæ ibid. An beneficia conferant ad exemptorum collationem spectantia* 271. *sq. An Ecclesias Cathedrales* 272. *An beneficia Juris Patronatus mixti ibid. An ad collationem Episcopi jure speciali spectantia* 273. *Quando alii Legati eandem habeant auctoritatem ibid. Quæ in reservandis beneficiis Legati à Latere potestas ibid. Quando*

do ea exspirat 274. *Quæ potestas in commendandis ibid. Potestas ejus in uniendis ibid. Potestas in resignandis* 275. *Legatorum officium quomodo finiatur ibid. Alio Legato constituto an prior censeatur revocatus* 276. *Delegatorum à Pontifice negligentiam supplet Episcopus* 187.

Legatum *ecclesiæ relictum remittens an puniatur* b 344. *Episcopi jus circa legatorum quartam* 183.

Legata ad pias causas *quæ* b 455. *Executio ejus ad quem spectet* b *ibid. Legata ad pias causas curat episc.* 178. *Heredes an ad executionem cogi possunt* b 456. *Prævia monitione tamen opus* b *ibid. Legatum ad certum usum destinatum an converti potest ad alium* b 457. *Legatorum ad pias causas privilegia* b 458

Lex *non tantum est actus doctrinæ, sed & potestatis* 18. *Non obligat extra territorium* 11. *Legem solus Princeps condit, abrogat, interpretatur* 5

Liberales disciplinæ *beneficiandis sunt utiles* b 128

Liberi *an his paterna beneficia conferenda* b 106

Libertus *an liberti ordinum capaces?* 408

Libri. *Episcopi munus circa librorum de rebus sacris editionem* 170

Linguæ *idiomatis peritia in beneficiando requisita* b 128. b 154. *Episcopi munus circa populos linguarum diversarum* 172

Litaniarum *institutio per episc.* 184

Literæ. *Apostolicarum, monitoriarum, præceptoriarum, &c. origo* b 298 *Falsum commissum in literis Apostolicis inducit vacationem benef.* b 529

Literæ dimissoriæ *quid, quotuplices, quis dat* 327. *Dandæ non nisi ex causa, quæ inserenda* 373. *Facultatem transeundi concedentes* 136 *Dantur per Episcopum pro Ordinibus ab alio recipiendis* 177. *Datæ quando expirant* 373. *Sine illis quando quis ab alieno Episc. ordinari potest* 374. *Eæ quomodo formandæ ibid. Quomodo diff. à commendatitiis, ibid. An denegari possint Beneficiatis, ibid.*

Literæ Episcoporum *quam vim habeant &c. ad probandam collationem benef.* b 198. *seq.*

Literæ Executoriæ *quæ* b 298

Literæ gratiæ, *justitiæ* b 299. *seqq.*

Literæ in forma pauperum, *communi, cum secundum Apostolum &c.* b 300

Literatura *in beneficiandis requisita* b 124. *Nulli dispensationi hic locus est* b 124. *Modica inferioribus*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

ordinibus sufficit b 127. *Literaturæ titulus an ad ordinationem sufficiat* 417
Lites *ob beneficia plures* (*v. controversia*) b 532. *Beneficia vel litigiosa vel pacifica* b 533. *Quidsi aliqui ad defensionem litis se petant admitti* b 540. *Litigantium subrogatio, v. subrogatio. Lites de ecclesiis litigiosis dirimit episcop.* 178
Litigiosi *vitium collitigantem, non tertium afficit* b 535
Litis contestatio *in caus. benef. quid* b 535. *sit & per negationem Judicialem* b ibid.
Litis pendentiam *in actionib. benef. quæ faciunt* b 534. *Per quales modos lis pendeat* b ibid.
Loca Ecclesiastica. *Episcopi cura circa ea* 170
Loca pia *curat Episcopus* 178
Locorum piorum *bona an præscribantur* b 336
Locantis *res eccles. pœna* b 342
Locumtenens *ne sit clericus* 611
Luerum *interdictum Clericis* 608
Ludi, *v. Comœdia.*
Luxuria *interdicta clericis* 616. *seq.*
Luxus *Episcopi munus circa luxum subditorum compescendum* 173

M.

MAgia. *Episcopi munus circa eam tollendam* 170
Magister ceremoniarum *quis* 205
Major, Majoritas. [*v. præcedentia*] *in ecclesia alii majores, minores alii, & cur* 357. *Clericus est major Laico* 358. *Diverso respectu potest quis esse major & minor* 361. *Papæ majoritas in quo eximia* 363
Mandatum, *v. Rescriptum.*
Mandata de providendo b 296. *seq. quæ beneficia sub eo comprehendantur* b 301. *eorum clausulæ, vis, scopus, præsentatio* b 303. b 306. *Quidsi diversa fuerint; aut non appareat, quis impetraverit primus* b 308. *seq. Ejus extinctio per revocationem, &c. &c.* b 309. *seq.*
Mania *an impediat promotionem ad beneficia* b 118
Manumissio *servorum Eccles.* b 341
S. Mariæ ordo Teutonicus, *& S. Mariæ de Calatrava Alcantara* 469
Manus impositio *in diaconorum & subdiaconorum consecratione* 322
Manus levatio b 541
Manuum *violenta injectio in clericos* 659. *seq.*
Matrimonium. *Ubi celebrandum* 309 *Cujus Parochi sufficiat præsentia* 310. *An hic actus alteri possit delegari* 310. *Parochi officium circa Sacramentum Matrimonii* 308 *Episcopi munus circa Matrimonii sacra-*

ſacramentum 172. *Matrimonium an conſummet copula vi extorta* 479. *Diſpenſatio Epiſc. in cauſis matrimonii* 180. 181. *Matrimonii vinculum Religionis ingreſſum impediens & annullans* 474. *ſeqq. Matrimonium Clerici beneficii vacationem inducit* b 512. *ſq. Diſpenſatio Epiſcopi cum clerico matrimonium contrahente* 180
S. Mauritii *ordo ap. Sabaudos* 469
Medicinæ *ſtudium Monachis prohibitum* 556. *interdictum clericis* 613. b 127
Melitenſium ordo 469
Mendicantes *an monachi* 464
Menſæ ſuæ *uſumfructum rectè alteri concedit Prælatus* b 347
Meretricem *ducens habetur pro digamo* b 145
Methodus *optima in practicis ſcientiis quæ?* 1. 2
Metropolitanus *quis & unde dicatur?* 29. *Metropolitani vices ſupplet Epiſcop.* 177. *Metropolitanatus quale beneficium* b 34
Metus Reverentialis *ingreſſum in ordinem an impediat* 473
Militarium ordinum *recenſio* 469
Mimis *ne intendant clerici* 616. *v. hiſtrio.*
Miniſter. *Epiſcopi munus circa Rerum ſacrarum miniſtros* 172
Minor *aliquando præfertur majori* 361
Minores ordines (*v. Majoritas*) *In ſacris non ſunt, conſtituti in minoribus ordinibus* 337. *In hiſce ſunt, qui primam acceperunt tonſuram* ibid. *v. Tonſura prima. Minores ordines quot & qui* 341. *An ſacramenta*, ibid. *Eos habentes gaudent privilegio, & qui* ibid. *An poſſint contrahere matrimonium* ibid. *Facientes hoc an peccent mortaliter* ibid. *Eorum hodie parvus uſus* 354
Miraculum. *Epiſcopi munus circa examen novorum miraculorum* 170
Miſerabilis. *Epiſcopi cura miſerabilium perſonarum* 173
Miſericordiæ Ordo 469
Miſſa. *Epiſcoporum poteſtas in miſſarum ordinatione* 186. *Epiſcopi munus circa Miſſarum celebrationem* 171. *Miſſas celebrandi poteſtas indulta ab Epiſc.* 183. *In celebrandis miſſis quodnam Paroshi officium* 299. *Miſſæ ſolemnis benedictio ab Epiſc.* 176
Miſſiones *clericorum per Epiſc.* 184
Miſſus *quis* 263
Modeſtia *clericorum* 621
Monachi *unde* 464. *Eorum vilis origo, progreſſus* 360. *Quibus Religioſis nomen hoc conveniat* 464. *Monachi quo pacto fiant* 494. *ſeqq. Epiſcopi jurisdictio in Mo-*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

nachos suos 460. *punit eos absolutè* ibid. *exempti ab Episcopi potestate qui* 177. *v. Religiosi.*

Monasteria *curat Episcopus* 178. *Episcopi munus circa monasteriorum visitationem* 173. *exempta singulis triennijs se congregent* 560. *v. Cœnobium.*

Monialium *institutum antiquissimum* 570. *Quomodo Ethnici legebant* ibid. *Christianarum Monialium religio, progressus* ibid. *Earum nomen & votum* 571. *statuta canonum de iis* ibid. *Ingressus earum voluntarius; quid si impeditus* ibid. *seq. ætas qualis* 572. *Impubes ingressa an possit egredi* ibid. *Examen ingredientium & voluntatis exploratio; cujus* ibid. *Superior an cum comitatu earum monasteria ingredi queat; Quando* 581. *Pœna ingredientium earum monasteria* 581. *vid. Sanctimoniales, virgines Sacræ.*

Monitionum *cura episcopi* 173

Monitoriæ *literæ quæ* b 298

Morbi corporis *an promotionem ad beneficia impediant* b 117

Mores boni; *In beneficiandis requisiti* b 119. *& in Magistris studiorum ibid.* b 119. *Inquisitio olim in eos facta publicè* b 120. *v. vita, honestas.*

Mores Clericorum 615

Mores Episcoporum. *Qui hic veniant Episcoporum nomine?* 126. *perfectio Episcopi in quibus præcipuè consistat?* 126. *sq. à quibus abstinere debeat?* 127. *sq. In corrigendis Clericis quomodo se habeat* 128. *Quibus insistere debeat?* 129. *prædicationi quomodo?* ibid. *Quæ in eo requirantur virtutes?* 130. *sq. Non debet esse litigiosus* 131. *Sit à secularibus negotijs alienus, pudicus* 132. *in vestitu decens ibid. Clerum suum honorans ibid.*

Mores laicorum *quatenus examinat Episc.* 177

Mores monachorum 556

Mors Episcopi *v. Vacantia sedis.*

Mulctarum *distributio inter pauperes aut loca pia ab Episcopo* 178

Mulierum *frequentia & cohabitatio Clericis interdicta* 615. 626. *item conversatio cum suspectis* 627. *In causa communi an sufficit nudum inveniri cum nuda* 632

Mulieres Deo consecratæ *an omnes fuerint diaconissæ* 322

Munera *in quibusdam locis non conferuntur exteris* b 155. *Muneribus à personalibus clerici immunes Munera sordida & extraordinaria clerici non solvunt* 666

Munus *Episcoporum* 169

Musica. *Episcopi munus circa eam impuram* 171
Mutatio, *v. Translatio.*
Mutilatio *an impediat ordinis sacerdotalis functionem* b 117. *Dispensatio Episc. in causa mutilationis* 179.

N.

Natales *quotuplices* b 106. *Legitimi qui* b 106. *Beneficia legitimis natalibus ortis conferenda* b *ibid. Paternum beneficium an conferri possit liberis* b *ibid. Natales illegitimi qui* b 109. *Illis non possunt conferri beneficia* b *ibid. Quatenus exceptio locum hic inveniat* b 111. *Jus Galliæ hic* b 113
Naturalitas *requiritur in beneficiando in nonnullis Regnis* b 155. *Naturalitatis literas quis concedat? sunt odiosæ* b *ibid.*
Negligentia. *Episcopi munus circa negligentiam Abbatum* 173
Negotiatio *interdicta Clericis* 608. *v. Commercia.*
Nomen *interdum & notatio quatenus prius considerandum definitione* 4
Nominatio *quid, quotuplex* b 322. *Regia* b 98. b 322. *Nominati idoneitas unde æstimanda* b 322. *quomodo cesset* b 323. *Regis Franciæ jus nominationis* b *ibid.*
Nominatio scholastica *juris extraord. ejus origo, fundamentum, dependentia* b 325. *quibus concessa* b 326. *Qualitas nominandi* b 327. *quando petenda, concedenda* b 328. *Redigenda in scriptis* b *ibid. An nominatus matriculæ inscribendus* b *ibid. ejus Insinuatio, devolutio* b 329. b 330. *Pluribus nominatis quis potior* b 331. *Nominationis effectus* b 332.
Notariorum *examen per Episcopos* 185. *Notariorum mercedes prohibitæ in benef.* b 178.
Novale *quid, ejus decimæ* 498.
Novitiorum *habitus distinctus ab aliorum religiosorum*, 497. *Annus Novitiatus* 498. *Bona tempore Novitatus transeuntis obvenientia cedunt monasterio priori* 492
Nuncii Apostolici *quales Legati* 264. *v. Legati.*

O.

Obæratus, *v. æs alienum, debitum.*
Obedientia, (*v. Inobedientia.*) *Debetur superiori immediato* 357. *In quibus consistit* 358. *Singularia quæ in obedientia* 363. *ab Episcopis Pontifici promissa* 136. *Obedientiam Monachi Prælatis suis præ-*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

præstent & Episcopis 560
Oblationes *quid, ejus species, usus antiquissimus* b 419. *Quatenus debeantur ex præcepto* b 421. *Cui cedant* b 422. *Eas facere nolentibus an sacramenta deneganda* b 424. *Ut recipi possint, requisita* b *ibid. Laici recipere non possunt, nec religiosi* b 425. *Modus offerendi ibid. Gentilium mos hîc ibid. Ecclesiis olim factæ, v. Ecclesia Romana. Oblationum tertiæ aut quartæ exactio per episc.* 184
Obligatio *beneficiati generalis, quæ illa* b 467. *Ad quæ onera & cui obligetur ibid. sq.*
Oeconomus ecclesiasticus *qualis esse debeat & constitui* 690
Oeconomus Episcopi *quis* 248. *Eum non habebat olim, ibid. Sed ipse habebat administrationem* 249. *Non habebat dominium ibid. Oeconomi origo* 250. *Officium ibid. An satisdet in judicio ibid. Episcopo defuncto quid facere debeat* 251. *An possit alienare ibid. Rationes cur reddit ibid.*
Offensio *clericorum v. vis.*
Officialis & *Episcopus an differant* 641. *Officiales religiosorum qui* 583
Officium *habentia beneficia* b 49
Officium divinū. (*v. horæ canonicæ*) *Ad id beneficiati tenentur* b 482. *Quid?* b 482. *An Coadjutor, & Commendatarius ad illud obligati* b 484. *sq. Plura beneficia habens satisfacit officio uno* b 485. *Illud omittens peccat semel,* b *ibid. Ut & omnes horas septem omittens* b *ibid. Dicentis officium secundum aliud à Romano quæ pœna* b *ibid. Recitari debet cum attentione* b 486. *Recitare debet Parochus* 298. *An suspendere possit capitulum* 448. *Episcopi munus circa officiorum divinorum celebrationem* 171
Officium Episcoporum 169. *v. cura.*
Officium regulare *in regulari eccl. celebrant Clerici seculares* 460
Oleum *infirmorum, catechumenorum à solo episcopo conficitur* 175
Onera realia *aliquando solvunt clerici* 666
Opes ecclesiæ, *v. Ecclesia Romana.*
Optio *quid* 449. *Antiquiores Canonici possunt optare ibid. An optantes incurrant Simoniam ibid. Quando procedat optio, ibid. Jus hoc potest introduci per consuetudinem* 450. *Intra quod tempus facienda optio* 451. *Ordo servandus in optando ibid. Absens an possit optare, & qui vocem non habent in capitulo ibid. An qui beneficium habent oneratum* 452.

Optans Canonicatum præbenda oneratum, ante tenetur solvere eam 452. *In quibus beneficiis optio non habeat locum* 453

Ordinandorum & *Præficiendorum qualitas. In ordinandis & præficiendis desiderantur Qualitates* 382. *Quid hic qualitas, ibid. Ordinandus debet esse baptizatus* 382. *sq. Mas, non fœmina, & quare?* 383. *An hoc juris divini? ibid. Ordinandorum scrutinium* 418. *sq. ob quas causas quidam prohibeantur ordinari?* 385. *primo ob ætatem, circa quam variatum ibid. à qua die computatur* 386. *Quid si ætas non servata? ibid. an in ætate Episcopus potest dispensare?* 387. *ordinandus debet esse literatus* 387. *Qui illiterati?* 387. *Quale circa eos ordinantis arbitrium?* 388. *Quid hic disposuit Concilium Tridentinum? ibid. illiteratum ordinantis quæ pœna ibid. ob vitium animi ordinari prohibentur multi: & qui? ibid. sq. An non pœnitentia aliquos reddat capaces & quos?* 390. *Reddendis ratiociniis obnoxii publicis non ordinandi; Et qui sint illi?* 403. *Ratiociniis privatis obstricti non prohibentur* 404. *Nec debitores Reipublicæ. ibid. Nec qui redditis ratiociniis manserunt debitores* 405

Ordinandos impediens *corporis vitium v. corpore vitiati.*

Ordinandos impediens *originis vitium* 397. *sqq. Quare?* 398. *Quare non potius procreanti illegitimos imposita pœna?* 398. *Dispensationi Pontificis circa istos hic locus* 399. *Quousq; ea simpliciter facta se extendat ibid. an hinc dispenset Episcopus? ibid. Quid si irregularis talis susceperit ordines?* 400. *An potest Pontifex dispensare, ut irregularis in Ecclesia, cui illius præest pater, ordinetur? ibid. ut ei succedat in beneficium: & quare non? ibid.*

Ordinandos Impediens *vinculum Personale. Cur non servi?* 405. *Quid si Dominus consentiat?* 406. *Qualis consensus esse debet? ibid. Quid si servus signato Domino ordinatus?* 407

Ordinandi vinculo civili impediti 409. *vid. Bigami titulum non habentes* 414. *Dispensatio Episcopi cum ordinando quoad interstitia* 180

Ordinatio Clericorum *Quid* 365. *quotuplex* 365. *Potestas ordinandi apud Episcopum* 365. *Alteri à Papa delegari non potest* 366. *Restrictio ad majores ordines ibid. Quid si episcopus careat Episcopatu ibid. Episcopus*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

pus tantum ordinat suos 366. *Sui qui, ratione originis* 367. *ratione domicilii ibid. Ratione beneficii* 368. *Quando hoc procedat ibid. Potest episcopus istis respectibus literas dimissorias concedere* 369. *Qui ab episcopo originis, domicilii aut beneficii ordines accepit ab alio denuo ordinari non potest. ibid. Quid de episcopo ordinante alterius diœceseos subditum sine dimissorialibus* 370. *Ordinare debet Episcopus in diœcesi sua, & an prima tonsura excipienda* 371. *An Episc. Græcus, Latinum & vicissim ordinare potest; & Italiæ Ultramontanum, ibid. Papa potest cujusc. subditos* 31. *Ordinatio sine dimissionalibus literis nulla* b 151. *sine dimissoriis literis quando quis ab alieno episcopo ordinari queat* 374. *Inviti non ordinandi* 375. *Quid si quis acceperit ordines ab ordinante potestatem non habente* 375. *An ordinatio reiterari potest* 376. *Ordinationem clericorum tangens episcopi munus* 172. *Ordinatio Diaconorum, Diaconissarum* 322. 325. *quomodo se ordinatum probet Clericus* b 152. *Solemnitates in ordinatione solitæ* 421. *An aliqua earum omissa ordinatio reiteranda* 422. *v. Solemnitates.*

Ordinationum Tempora. *Ordines conferendi certis temporibus* 377. *Quibus minores* ibid. *prima tonsura ad ordinantis libitum; & cur?* ibid. *Quibus temporibus majores?* ibid. *An non & qui casus excepti?* ibid. *unde, quod in diebus jejuniorum confirmantur?* 378. *unde, quod in die Sabbathi* ibid. *Circa hæc tempora quæ potestas Pontificis?* ibid. *Quid si ordinatio extra statuta tempora facta?* ibid. *Ordines accipiendi gradatim* 379. *Quid si quis acceperit per saltum?* ibid. *An dispensationi in eo locus?* 379. *sq. Ordines sacri per temporum interstitia conferendi* 380. *An & minores* ibid. *Quid hic per Concilium Tridentinum Statutum* ibid. *An dispensationi & curatis hic locus* 381

Ordo *est servandus in benef.* 15. *Ordinibus ab alio recipiendis Episcopo quis literas det dimissorias* 177. *Dispensatio Episc. circa ordines suscipiendos* 178. *Ordines suscipiendi obligatio intra certum tempus* b 489. *Non suscipientium beneficiatorum pœna* b 489. *Transitus ab ordine in alium* 485. 490

Ordo ecclesiasticus. *Eum debet habere beneficiandus* b 147. *Ejus collatio etiam per primam tonsuram* ibid. *Promotio ad ordines quomodo fiat* b 150. *Quid si ordines quis*

quis receperit à non Episcopo b 152
Ordo Hierosolymitanus *S. Militum Hospitaliorum S. Johannis, S. Antonii &c.* b 277
Ordo *Ministrorum in Ecclesia* 218
Ordines majores *confert Episcopus* 175
Ordines minores *ambientibus an titulus necessarius* 415. *Ordines minores quis conferat* 375. *Ordinum minorum collatio ab Episcopo* 176. *v. Minores ordines.*
Ordines religiosorum *quot* 468. *v. Religiosi.*
Originarii. *An ordinari possunt* 408
Ornamentorum *Sacrorum custos* 209
Ornatus *clericorum modestus; excedentium pœna* 621
Orphanorum *cura incumbens Episcopo* 173
Ostiarii *Qui* 343. *Eorum & in V. T. usus ibid. Ostiariatus quæ nunc materia ibid. Quæ forma ibid. Materiam posteriorem priori adjunxit Ecclesia ibid. Ad utramque forma extendenda* 344. *Formæ nulla facta excessio ibid. Officium ostiariorum quod* 345. *Apud Ethnicos quoque observatum; quomodo. ibid.*

P.

PAcificus *possessor quis* b 534
Pallas *altaris consecrat Episcop.* 176
Pallium *quid?* 122. *Ejus materia* 122. *Sumi de corpore S. Petri dicitur: quare? ibid. quæ ejus forma? ibid. Sensus mysticus. ibid. Qui illud impetrare possint? ibid. seq. Quomodo?* 123. *Sub quali forma tradatur? ibid. intra quod tempus impetrandum; ibid. impetrans qualis esse debeat? ibid. Impetrati pallii quæ auctoritas? ibid. sq. Quid si Archi-Episcopus exerceat Archi-Episcopalia ante ejus impetrationem* 124. *usus pallii qualis?* 124. *an concedi possit alteri?* 125. *Archi-Episcopus sepelitur cum pallio & quomodo? ibid. Ejus transmissio in translatione Episcopor.* 136
Papa *(v. Pontifex summus.) vocis origo* 582. *Ejus potestas conferendi beneficia* b 54. *seqq.* b 66. *An subsit concilio* b 61. *Papæ electio, v. electio.*
Parochia *quæ?* 286. *Interdum accipitur pro Episcopi Jurisdictione* 286. *quomodo propriè* 286. *quæ familiæ eam faciant* 287. *Ejus nomen quot sumatur modis, ibid. Ejus Præfecti quomodo appellentur* 287.

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

287. *Parochiæ à quo tempore limitibus distinctæ* ibid. *Parochiarum cura Episcopi* 178
Parochialia benef. *intra quod tempus conferantur* b 166. *Forma in conferendis parochialibus beneficiis servanda* b 171
Parochialis Ecclesia *quæ* b 401. *Eam quis constituat* 288. *Ea unius committitur curæ* ibid. *An ille habeat beneficium curatum* ibid. *An non sacerdoti conferri possit, & quid tum juris* 290. *Quid si impedimentum fuerit justum* ibid. *Episcopus an cum habentibus Ecclesiam parochialem dispensare possit causa studii* 291.
Parochi. *Apud Ethnicos qui* 286. *Qui in parochos eligendi* 289. *Electi ad quid teneantur*, ibid. *Quæ pœna, si non observent* ibid. *Vita Parochorum qualis esse debeat, & mores* 291. *quales debeant habere libros, & quæ illis comprehendere* 292. *An ea habeant fidem* 293. *An & eorum notata* ibid. *Quomodo se gerere debeant cum Parochianis* ibid. *Quid juris circa earum residentiam* ibid. *An ab ea excusentur propter Episcopi servitium, aliamve causam* 294. *Ad veram residentiam quæ requirantur* 295. *An Parochus nunquam possit non residere* ibid. *Quid ipsis tum faciendum* ibid. *An abesse possint duos menses sine Episcopi venia* 296. *Quæ tum requirantur* ibid. *Quæ Parochi ea non servantis pœna* ibid. *Ejus executio an aliquo prætextu potest suspendi* 297. *Parochi in propria Ecclesia præeminentia* ibid. *Divinum recitare debet officium* 298. *Quando ad hoc obligetur* ibid. *Quæ non observantis pœna* ibid. *Quibus applicanda* 299. *Alia Parochi officia* ibid. *seqq. Per se debent pastorales functiones exercere*; *Quæ illæ* ibid. *Eæ à Parochiali jure sunt diversæ*; *& quod illud* 300 *Curare debent Parochi, ut reparentur Ecclesiæ. Ex quibus reditibus* ibid. *Honori suarum Ecclesiarum consulere debent & in quibus* ibid. *Quodnam eorum officium in ordine ad prædicationem verbi Divini* 301. *Parochi literatura qualis* b 126
Parsimonia. *Episcopi munus circa parsimoniam subditorum* 173
Patena *tradita a subdiacono* 334. *Patenas consecrat Episcopus* 176
Patres. *Patrum Sanctorum dicta vim constitutionis habent* 17
Patriarcha. *Patriarchæ quot & qui?* 34. *An Pontifex Patriarcha?* ibid. *Patriarchatus Constantinopolitanus quando institutus?* ibid. *De Alexan-*

lexandrino & Antiocheno ibid. de Hierosolymitano 35. *de Patriarcharum privilegiis & juribus ibid. An non Patriarchæ sunt impropriè dicti?* 36.
Patriarchatus *quale beneficium* b 33
Patrimonii *titulus an ad ordinationem sufficiat* 417. *Patrimonium tunc non potest alienari* 418. *Patrimonium beneficiati ab intestato morientis cui cedat* b 362
Patronatus jus *quid, varia ejus nomina, quotuplex* b 234. *quibus modis introductum* b 238. *Modi acquirendi* b 240. *seqq. An modis acquirendi illud (fundationi, dotationi &c.) consensus ordinarii adesse debeat* b 242. *Qui acquirere possint; etiam fœminæ* b 245. *Patroni acquirunt sibi jus Honorificum, utile, onerosum* b 246. *quomodo hoc jus transferri possit permutatione, donatione, venditione &c.* b 247. *quatenus ob delictum patroni transeat in fiscum* b 249. *Mortis causa transit in hæredes* b 250. *Quis in causa juris patronatus Judex competens* b 251. *Quomodo probandum* b 252. *Usurpatio ejus* b 255. *Quomodo amittitur* b 255. *Patronatus juri Laici quomodo derogetur* b 229. *Ex jure patronatus nata Regalia* b 256
Patronus, *v. præsentatio, institutio, Patronatus.*
Pauperes *qui* b 357. *Episcopi munus circa pauperes* 173. *Paupertas impedit ingressum in ordinem* 472
Peccans, *v. delinquens.*
Peculium *an possint habere Monachi* 558. *Privilegium habendi peculii Clericorum* 656
Pecunia *rebus immobilibus quatenus annumeretur* b 345
Pedagia & quadagia *non solvunt Clerici* 667.
Pensiones, (*v. Beneficia*) *an sint beneficia* b 183. *Pensiones an gratis possunt remitti* b 184. *Dantur vel laicis vel Clericis* b 185. *an possint permutari, vendi &c.* b 191. *Pensionarii jura* b 191. b 193. *Expirat morte pensionarii* b 193. *an possit transferri in alium* b 193. *Quis eas constituat* b 188. *Pensionis titulus an ad ordinationem sufficiat* 417. *tunc illa non potest remitti* 417. *Pensionum superfluarum erogatio in pios usus* b 360
Perduellionis *crimen inducit vacationem benef.* b 528
Peregrinantes *Clerici recipiendi in gradu* 657
Peregrini. *Episcopi munus circa clericos peregrinos* 173

Perfectioni propriæ *studentium ordo* 469
Perjurium *judiciale privat beneficio* b 528
Permutatio Beneficiorum *quid* 158. *An permissa, & quando* 158. *An de ea tractatio permissa* 158. *Quis hic superior* 159. *Quid si beneficia sint in diœcesibus diversis* 159. *Est hæc faculas Episcopis ex jure communi* 159. *Qui hic Episcoporum nomine veniant* 160. *An officialis possit auctoritatem interponere* 160 *Quid si ipsi Episcopi beneficia sua velint permutare* 160. *An alii Prælati auctoritatem interponere possint ibid. Ad permutationem causæ cognitio necessaria* 161. *quæ beneficia permutari possint ibid. Permutationem an impediat beneficiorum inæqualitas* 163. *Permutatio facienda jure* 163. *Quæ hic Pontificis potestas* 164. *Triangulares & Quadrangulares permutationes quæ* 165. *Permutatio est reciproca* 165. *Quid si non sortiatur effectum* 168. *Quid si unus tantum regnaverit* 167. *An hic l. 2. C. de rescind. vendit. locus* 168. *In quibus permutatio conveniat & differat cum renunciatione, ibid.*
Persona. *Personarum divisio summa* 21. *An omnes sub ea comprehenduntur* 21
Persona Ecclesiastica. *Quæ tales* 22 *Episcopi munus circa Personas ministrantes*
Personales actiones *v. Actiones personales.*
Personatus *quid* b 49
Physices *studium prohibitum beneficiandis* b 127
Plebani *v. Parochus.*
Pœnas *subjectis dictat Episc.* 177
Pœnitentias *publicas injungit Episcopus* 176. *Pœnitentium reconciliatio ab episc.* 176. *Absolutio à pœnitentiis per episc.* 182. *Dispensatio Episc. cum pœnitente propter delictum* 179. *Parochi munus circa pœnitentiæ sacramentum, & Parochianorum circa illud obligatio* 304. *Pœnitentialis cura Parochi, quotuplex* 288. *An possit alteri Parochus hoc munus delegare* 305
Polygamia *v. Bigamus.*
Etiam Ethnicis incontinentiæ argumentum b 142. *Ejus pœna olim* b 143. *Ad sacerdotium polygami non admissi, nec ad inferiores ordines, ibid. sq. Digami ducentes viduas &c.* b 144. *An Papa cum iis possit dispensare* b 145. *An bigamus, qui ante baptismum habuit uxorem, ibid.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Pontifex Summus, *v. Papa.*
Pontifex Episcoporum summus, cur? 37. *Primatum D. Petro fuisse concessum probatur ibid. In eo Romanos Pontifices successisse probatur ex Conciliis* 39. *Ex sanctis Patribus* 40. *Papatus an sit juris divini, ibid. Quæ summi Pontificis potestas, ibid. An major Concilio generali* 41. *An labi possit in hæresin* 42. *Nullus adhuc incidit* 43. *Nullus Pontifex fidei articulos judicat solus, ibid. In judicando juris ordinem servat ibid. Juris etiam divini interpretatio competit ei, ibid. A duabus Cardinalium partibus electo nulla, nisi hæresis, obstat exceptio, ibid. Ut è numero Cardinalium eligatur, an necesse* 44
Pontificatus *quale beneficium* b 31 *A quo die incipiat pontificatus* 59. *Pontificatus renunciatio apud quem facienda* 148
Pontificium *jus quid* 5
Portio canonica *quid, unde, quotuplex* b 427. *Quatenus debetur* b 428. *Quibus, à quibus, cur, ex quibus rebus debeatur, quota* b 451. *A quibus rebus non detrahitur* b 429. *Ejus quantitas* b 428. *Quando legatum & portionem simul petere possit Episcopus* b 432. *Quando ecclesia suam portionem retrahat, ibid. Quomodo hæc quarta deducenda, ibid. Potest præscribi* b 433
Possessio. *Eâ nullus sine causæ cognitione privandus* b 536. *De possessione & proprietate potest simul agi, ibid. Interdictum recuperandæ possessionis* b 537. *Interdictum retinendæ possessionis, ibid.*
Possessio triennalis. *Possessori pacifico triennali non potest moveri controversia* b 279. *Is non est sine titulo, ibid. Qui dicantur possessores intrusi, violenti* b 280. *Quando possessor titulum docere debeat* b 281. *In eo non requiritur bona fides, ibid. Triennium quale esse debeat, ibid.*
Possessor *pacificus quis, quis litigiosus* b 534. *Pacificum possessorem facit possessio triennalis à recredentia* b 545
Possessor juris conferendi *an conferre possit beneficia* b 87
Possessorium. *Quid Clericis servandum in possessoriis beneficialibus* 622
Postulatio. *Quomodo accipiatur in jure* 102. *quid, ibid.* b 206. *quotuplex ibid. In solenni quæ consideranda, ibid. Circa personas ibid. sq. formam* 104. *Quæ ejus requisita ibid. sq. Quid si postulatio concurrat cum electione* 105.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.
G IV
32

Postulationis factæ admissio superioris nititur gratiâ 106. *Fieri debet postulatio per verbum postulo.* 106. *Quid si non* 107. *Circa postulationis admissionem quæ considerandæ ibid. Postulationis admissæ quis effectus* 108. *Non solennis postulatio quæ, ibid. Nominatio quæ, ibid. Quotuplex* 109. *Postulatio electioni similis & dissimilis* b 205. *Qui possint postulare, quomodo se gerere debeant* b 206. *Postulatio religiosis interdicta* 554. 609

Potatio *ad æquales haustus quando clericis permissa* 618.

Potestas Episcoporum *quotuplex* 175. *Quæ habeat jure ordinis, ibid. Et jure divino, aut ecclesiæ institutione, ibid. sq. Jurisdictionis lege competens potestas quotuplex* 176. *Ordinaria in quibus consistat, circa personas, res & loca, ejusque effectus* 176. 178. *Ordinaria respectu jurisdictionis, ibid. Qualis circa dispensationem respectu irregularitatis, ibid. Qualis respectu cohabilitatis ad beneficia* 180. *ad matrimonium* 181. *Ordinaria erga absolutionem* 182. *Potestas ex lege diœcesana temporis* 183. 184. *Unde eam habeat* 184. *Qui ab ea liberi, ibid.*

Potestas Episcopi delegata *quatenus & in quibus causis ei competat* 185. *An Papa facit Episcopum suum delegatum, mandando, ut corrigat suos subditos* 186

Præbenda *quid? quotuplex, differentiæ* b 37. *an diff. à distributionibus* 433. *Præbendarum Eccles. Cathedr. provisio ad quem pertineat* b 69. *Præbendas Eccles. Collegiatar. quis conferat* b 74. *Inveterata præscriptio quâ valeat hic* b 75. *Præbendæ duæ in Ecclesiis eadem haberi non possunt* b 504

Præcedentia, [*vid. Prærogativa, majoritas*] *Episcoporum ratione ordinationis* 361. *Capitulum in processione sequitur Episcopum* 361. *An cumulatio dignitatum inducat præcedentiam, ibid. Quæ inter Religiosos & Monachos,* 362. *Controversias de præcedentia quis terminet, ibid. Præcedentias inter personas Eccles. dirigit Episcopus* 177. *Controversias de monachorum præcedentiâ Episcopus decidit* 565

Præceptoriæ b 277

Præceptoriæ literæ b 298

Prædicatio. *Episcopi munus circa prædicationem verbi* 173. *Parochi officium* 301

Præficiendorum Qualitas. *vid. ordinand. & præficiend. qualitas.*

Prælationis *jus distinctum à jure præventionis* b 291
Prælatorum *electio, vid. electio. Eorum vices supplet Episc.* 177
Præpositi *qui, quotupluces, dignitas Præposituræ* 596. *Qualitates & electio eorum* 597. *officium* 598
Præpositi ecclesiæ, *inter pauperes relati* b 13
Præpositi sæculares *ne sint clerici* 611
Prærogativa *(v. præcedentia) Habent Principes suas prærogativas* 358. *Habent & Episcopi* 359. *Habent Clerici inter se, ratione ordinis* 360. *ratione ordinationis & potestatis* 360. *sq. ratione ordinantis* 361. *Rectoris Ecclesiæ prærogativa* 362
Præscriptio *& consuetudo diff.* b 403. *bonorum ecclesiæ, aliorumq; locorum piorum* b 335. *sq. an interrumpatur simplici citatione* b 534
Præsentatio *præcedit institutionem; quis præsentet* b 221. *Intra quod tempus facienda* b 221. b 225. *Quæ simoniaca* b 226. *Præsentationem an probet sola Episcopi narratio* b 199. *Præsentationis instrumentum an requirat testes & quot* b 199. *absoluta est nulla ad obtinendum benef.* b 148
Præsentiæ, *v. distributiones.*
Præventio *à Papa, Legato à latere* b 289. *sqq. ab ordinario Patrono* b 291. *differt à prælationis jure* b 291. *quando ei locus* b 212. b 291. *Nuncius Apostolicus cui Patrono præsentando possit prævenire* b 231
Presbyter. *Idem quod Sacerdos* 277
Primatus *quale beneficium* b 33
Primicerius. *Quis, in genere* 205. *quis hîc* 206. *Ejus officium* ibid. *An habeat dignitatem* 207
Primitiæ *quæ, earum antiquitas* b 414. *qualitas, quantitas, sublatio* b 415. *sqq.*
Principum *curias monachi ne frequentent* 560
Prior *tempore potior jure* 15
Priores *qui, quotuplices, eorum dignitas* 595
Priorissæ, *v. Abbatissæ.*
Privilegium in genere *quid, ejus distinctio à lege* 644. *sq. illud allegans, probare debet* 645. *An Scriptura de ejus substantia* ibid. *Quomodo probetur* 645. *sq. Quotuplicia* 646. 648. *Quid si dubium, an personale, an reale* 647. *sq. Qui privilegia concedere possint* 648. *Consuetudine an acquirantur* 649. *Quibus concedantur* ibid. *Non debent repugnare justi-*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

justitiæ & honestati 649. *Eorum forma in procedendo servanda* ibid. *Quando inserenda clausula, Non obstante, & quomodo ea interpretanda* ibid. *absolutè concesso an ubiq; privilegiatus uti queat* 650. *In usu privilegii turbandus nullus* ibid. *Concessa quando sortiantur effectum* 650. *sq. Quid si privilegiati concurrant* 651. *quando ei renunciari possit* ibid. *Quomodo amittantur* 651. *sqq. Innovatio nihil tribuit novi* 654. *v. gratia, immunitates.*

Privilegia Clericorum *circa quæ versentur* 656. *Clericorum nomine qui hic veniant* 657. *Monachi eodem gaudent privilegio quo clerici* 568. 659.

Probationis annus 483.

Processionum *institutio per Episcop.* 184. *Potest Episcopus etiam exemtos compellere, ut ad eas veniant* 362. *Qui excipiantur* ibid.

Processus *summarius in caus. benef.* b 544. *sq.*

Procuratio. *Vocis significatio* b 442. *Quibus debetur* b 443. *sqq. Quales debeant esse* b 445. *Quæ ecclesia eas debeant* b 447. *Quid si ecclesia visitata solutioni non sufficiat* b 449. *Debitam an visitans possit remittere* ibid. *An contra eam currat præscriptio* ibid. *Ab eo liberat Privilegium Apostolicum* b 450. *Procuratio religiosis, & clericis prohibita* 554. 611

Procuratores Ecclesiastici *qui, eorum nomina, officium* 604. *sq.*

Professio *quid, quotuplex* 495. *An intra probationis tempus recipienda* 496. *Professionem novam emisisse quis censetur,* 477. *Inutilis professio quid operetur* 478. *Professioni datus annus, an à judice possit coarctari* 483. *Professio ut valeat quæ requirantur* 498. *invalida an producat obligationem, & an quinquennio validetur* 504 *Contra lapsum quinquennii an detur restitutio in integrum* ibid. *Tacita professio quomodo inducitur* 497. *Professionem impedientia* 471. *Matrimonium & sponsalia* b 474. *sqq. v. Religiosi, Religionis ingressus.*

Professio fidei. *Provisi de beneficiis professionem fidei facere debent; in cujus manibus* b 487. *sufficit eam emisisse semel* ibid. *Apud quem debet fieri* ibid. *Lapsus mensium non liberat* ibid. *Quando incipiunt fructus facere suos* b 488. *Fidei professionem se emisisse provisi ostendere debent* ibid.

Promotio *circularis an habeat locum perpetuò* b 332

Propontifex, *v. Vicarius.*

Proprietas. *Potest de proprietate & possessione simul agi* b 336
Proprietarius *non possidens an conferre queat benef.* b 83
Proprium *monachi non possident* 557
Prorex *ne sit Clericus* 611
Protonotarii. *Episcopi potestas circa Protonotarios Apostol.* 187
Protosyncellus *quis fuerit* 215
Provisio facienda *citra præcedentes preces* b 179. *De providendo mandata* b 296. *sqq. vide Collatio.*
Psalmista *quis* 355. *Ejus officium* ibid. *Quotuplex* ibid. *proprium quod* ibid. *Ordinatio* ibid. *Est minor Clerico* ibid.
Pubes *beneficiarius, sponsâ impubere, an amittat beneficium* b 516
Puellarum *educatio & vita in monasteriis* 576

Q.

Quarta decimationum *cui, à quibus debetur* b 434. *Quid si Rectores sint negligentes* b 435. *Præscriptioni an hic locus* b 436. *v. Portio Canonica.*
Quarta parochialis, *v. Portio Canonica.*

R.

Recredentia *dat jus conditionale* b 544. *Recredentiæ cui adjudicantur* b 538
Reconciliatio *altarium, pollutarum basilicarum,* 175. *pœnitentium* 176
Rectorum *constitutio ab Episcopo* 173
Redituum *partem retinens Episcopus, in Simoniam incidit* b 178. *v. fructus Repetitio.*
Regalia jura *hodie Imperatoribus in spiritualibus concessa* b 99. *Juris hujus ratio* b 100. *Ei locus sede vacante* b 102. *Singularia Juris Regaliorum* b 103. *Rex Galliæ concedit ea Episcopis futuris, & quid tum observandum* b 104. *Regalia nata ex jure Patronatus.*
Regionarii *olim qui* 189. 259
Regressus *quid* b 320
Regulæ *religiosorum vitam tangentes* 553. *à Monachis religiosè servanda* 565. *quatuor Religiosorum, pro authorum numero* 468. *Transitus ad regulam laxiorem* 489
Regulares *unde dicti, eorum differ. à Religiosis* 423. *Vivebant sub regula* 424. *Eorum species olim & hodie* 425. *Episcopi munus circa Regularium disciplinam* 172

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Religionis *ingressum impedientia* 471. 474. *Religionem ingredi volens nulli regulæ sit obstrictus* 485. *Religionem an intrare possit Presbyter renunciando* 141. *Religionis effectus varii* 545. *sqq. Transitus ab una religione in aliam* 483. *sqq.*

Religio erga Deum. *Est juris naturalis* b 4. *Religionis conservatio & propagatio incumbit Episcopo* 169

Religiosa *curat Episcopus* 178

Religiosi *unde dicti; differunt à Regularibus* 423. *Religiosis prohibita negotia & officia quæ* 553. *Religiosis subvenire debent superiores* 559. *Religiosi status definitio & ejus explicatio* 470. *Religiosorum status in Vet. Test. adumbratus, an in N. Test. consultus* 464. *seq. Solitudo tandem iis fuit refugium &c.* 466. *Post conventus instituti* 466. *Eorum regulæ quatuor, pro numero authorum* 468. *Ordines eorum quot* 468. *Impedimenta ordinis ingressum prohibentia* 471. *Quid si quis dolo inductus ingressus fuit* 474. *v. Monachi.*

Reliquiæ. *Episcopi munus circa reliquias sanctorum* 171

Renuntiatio *(vid. Resignatio, Permutatio) Renunciatio quid* 138. *Prohibitæ quæ* 138. *Ejus substantia an sit, ut à Superiore admittatur* 138. *Quis hic superior* 139. *an licita* 139. *Quæ ejus hic partes & potestas* 140. *An per renuntiationem admissam vacet Beneficium* 140. *Consensus Superioris duplex an per Procuratorem præstari potest* 141. *An curam animarum habens ingredi possit religionem renunciando* 141. *Renunciatio quotuplex ibid. Tacita quæ, ibid. Expressa quæ* 142. *quotuplex sit, ibid. quomodo differant* 143. *Renunciatio sub conditione dandæ pensionis est Simoniaca* 144. *In favorem certæ personæ an fieri possit ibid. Quæ beneficia renunciari possint* 148. *Renunciare an possit Episcopus electus juri suo* 135. *Quis rectè beneficio suo renunciet* b 495. *quomodo renunciari debeat* b 496. *ejus effectus ad illum necessaria* b 496. *Renuntiatio temporalium quid* 548

Reparationem *Ecclesiarum curare debent Parochi; ex quibus reditibus* 300. *Reparationis Ecclesiarum onus in causa oblationum* 184

Repetitio. *An Episcopus translatus suam Ecclesiam repetere possit* 137

Res

Res mobiles *Ecclesiæ quæ servando servari non possunt, alienabiles* b 345. *Rebus immobilibus annumeratur pecunia &c.* b 345. *v. bona.*

Rescripta *quid* 13. *quatenus valida* 13. *An rescriptum secundum jus operetur ultra jus commune* 14. *Specialia præferuntur generalibus* 16. *Rescriptorum interpretatio stricte facienda* 17. *Rescriptis à pluribus impetratis de eod. benef. quis præferendus* 16. *Unde in Rescriptis eorum deprehendatur falsitas* b 288. *Regulæ iis objectæ* b 288. *vid. mandatum. Rescriptis ad beneficia adjectæ clausulæ* b 287

Reservatio *beneficii* b 312. *ejus inventio* b 312. *seq. eam habet Pontifex* b 312. *an ejus Legatus à latere* b 313. *quotuplex* b 313. *Sedi Apostolicæ reservata beneficia quæ* b 314. *ejus effectus & differ. ab affectione* b 318. *collatio ab ordinario* b 319. *abrogatæ in Gallia* b *ibid. affinis regressus, accessus* b 32

Residentia *à Canonicis requisita* 436. *Residere debet Episcopus apud suam Ecclesiam* 174. *Dispensatio Episc. cum Parocho in causa residentiæ ad tempus* 181. *v. Parochus.*

Residentia beneficiatorum, *Omne beneficium requirit residentiam* b 469. *Ab Ecclesia demigrantes à Græcis appellantur Desertores* b 469. *Residentiæ necessitas quando cessat* b 470.

Residentia curam animarum habentium. *Debent omnes, quibus cura hæc commissa* b 471. *Quando discessus Parocho innoxius* b 474. *Docentes & studentes in Scholis an excusentur à Residentia* b 476. *privatio fructuum ob non residentiam* b *ibid. Ejus executio non potest suspendi* b 477

Residentia dignitatum & Canonicorum. *Ultra tres menses annuatim abesse à Residentia iis non licet* b 478. *Ubi residere debeant duplici gaudentes beneficio* b 479. *Quidsi dignitatibus annexa visitatio, an abesse liceat* b 479

Resignatio beneficii, *v. Renunciatio, permutatio &c. Qui possint resignare* 149. *Quæ justæ causæ resignationis, quæ non* 150. *Qualis debeat esse Resignatio* 153. *Quis ejus effectus* 154. *Quæ circa eam regulæ Cancellariæ* 155. *Resignans conditionaliter an amittat beneficium* 147.

Reverentia. *Episcopi munus circa conservandam Reverentiam ecclesiarum* 173

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

Reverentialis metus *professionem impediens* 473
Reus. *Dispensatio episc. cum reo criminis gravioris* 180
Rex. *Regum benedictio ab Episc.* 176. *Eorum jus conferendi beneficia eccl.* b 95
Ritus. *Episcopi munus circa consuetos* 172

S.

Sacerdotium. *Ejus dignitas* 279. *Origo, ibid. Est sacramentum. ibid. Ætas ad illud legitima, ibid. Quis illud conferat & quomodo* 280. *Quibus solemnitatibus, ib. An Papa solo verbo: sit presbyter, conferre possit Sacerdotium, ibid. Ejus functionem an impediat mutilatio* b 117
Sacerdos. *Sacerdos, Presbyter & Senior sunt Synonyma* 277. *Sacerdotum nomen quomodo sumatur in sacris canonibus* 278. *Quomodo nunc* 279. *Ante & post Mosen qui* b 6. *Quæ ipsis relicta* b 6. *Ethnicorum veterum & modern. sacerdotes* b 6. *Quam curam habuerint cum sacerdotibus suis ethnici veteres, quam hodierni* b 7. *Sacerdotum quod præcipuum munus* 280. *Quæ ipsis interdicta* 281. *Quæ eorum potestas* 282. *Cautio, quæ hic servanda* 282. *Episcopi munus circa sacerdotes* 171. *Saterdotis scientia & literatura qualis* b 124
Sacramenta. *Episcopi munus circa eorum administrationem* 171.172. *Parochi munus* 302.
Sacrificia *quando nata* b 5. *Ob quas causas introducta, ibid. Sacrificare quid ibid. Qui primum sacrificaverunt, ibid. Ethnicorum veterum & modernorum sacrificia* b 6
Sacrilegium *privat beneficio* b 529
Sacrista *quis* 208. *Ejus officium* 209. *An habeat dignitatem, ibid. Habet thesauraria, ibid.*
Sagittariis *&c. præesse non possunt clerici* 614
Saltationibus *ne intersint clerici* 616
Saluti *propriæ & proximorum studentium ordo* 469
Sancti. *Eorum miracula &c. v. miracula, &c.*
Sanctimoniales (*v. Moniales, Virgines sacræ*) *Episcopalis cura earum* 173
Sanguinis *judiciis ne intersint clerici* 611. *sq.*
Scholæ *duæ olim in ecclesia* 205
Scholasticus *quis olim* 206
Schisma *quatenus inducat vacationem benef.* b 528
Scientia *qualis requiratur in beneficiando* b 125. *Scientia tempus quomo-*

quomodo in beneficiando numerandum b 167
Scortatio publica *privat beneficio* b 529
Scripturæ *autoritas* 6. *Episcopi munus circa Scripturam sacram* 170
Scrutinium. *Quomodo fit electio per scrutinium?* 90. *Ad scrutatorum ordinationem quæ requiruntur?* 90. *sq. An ad scrutandum assumi possunt Extranei?* 92. *Quod scrutatorum officium?* 93. *Scrutatores præcisè ordinentur tres & non pauciores* 91. *Scrutatores exquirere debent per se & ore proprio* 93. *Publicato scrutinio variare nequeunt Electores* 95. *Quid sequatur electionem factam per scrutinium?* 98
Scrutinium seu Examen *in ordine faciendum* 419. *in provisione benef. simpl.* b 172. *Quid hic & unde dictum* 419. *Scrutinii mos vetus & hodiernus, ibid. Pœna scrutinium subterfugientes* 420. *Qui à scrutinio immunes, ibid.*
Scurrilitas *interdicta clericis* 618.
Secularia commercia, *v. Commercia.*
Sedes vacans *quando dicatur* 236. *Jurisdictionem tum habet capitulum* 237. *An tenetur tunc vicarium constituere, & intra quæ tempora* 237. *Jurisdictionis administratio penes illud interim* 238 *An possit purgare moram, ibid. Eligere debet unum & qualem vicarium, ibid. An necesse, ut sit de gremio, ibid. Sit omnino doctus & ætate maturus* 239. *Electi vicarii potestatem limitare potest capitulum, ibid. Quamdiu ea durat, ibid. Unde Vicario statuendum salarium* 240. *Jura Episcopalia omnia per vicarium exercet capitulum, ibid. Non quæ delegata Episcopo* 244. *An dat literas dimissorias* 245. *An idoneitatis testimonia & alia* 246. *In beneficiis arctatis potest dare dimissorias ibid. Ea per electionem Episcopi non expirant, ibid. An desideretur speciale mandatum* 247. *Quid si Capitulum eas concesserit in casibus non permissis, ibid. A capitulo episcopo mortuo nil innovandum, ib. Capitulum an lucretur fructus, ibid. Ejus potestas quando expiret* 248. *Dicta intelligenda de capitulo ecclesiæ cathedralis, ibid.*
Semestre *spatium in conferendis beneficiis* b 165 b 166
Seminarii *ad titulum nullus ordinandus* 416
Senior, *Sacerdos & Presbyter, sunt Synonyma* 277.
Σενοφύλαξ 208.
Sententia *in causis beneficialibus* b 544. *Quando transit in rem judica-*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

dicatam b 545. *Qualem in ea judex sententiam ferre debeat* b 546
Sepulchri *S. Militum ordo* 469
Sepulturam *Religiosi sibi ne eligant* 559. *Episcopi potestas circa sepulturam mortuorum* 183.
Sequester *quis; vel voluntarius, vel necessarius* b 89. *An collatio beneficiorum in eum cadat* b 90. *Sequestratio beneficiorum quando & in quibus fiat casibus* b 538. *Sequester sit ecclesiasticus* b 539. *Violantis sequestrum pœna, ibid. Durante sequestro moriente uno litigantium quid facere debeat superstes ibid. Quid si aliqui ad defensionem litis se petant admitti* b 540
Servilis conditio *ordinis incapax* 471
Servorum Eccl. *manumissio* b 341
Sigilli jus *an habeat archipresbyter ruralis* 204
Signatura *& bulla differunt* b 285
Simonia *unde dicta, qui eam committant, quæ mentalis, ejus pœna* b 174. *seq.* b 524. *Ob eam vacat beneficium, ibid. Est triplex* b 525. *Renunciando sub conditione quatenus committitur* 144. *sqq. Occultis simoniacis indicitur purgatio Canonica* b 526. *Dispensatio episc. cum occulto* 179.
Sobrietas *clericorum* 616. *sq.*
Societas Jesu *& ejus institutum* 469
Solutio, *v. debitum.*
Sordida, *v. munera sordida.*
Sodomia *privat beneficio* b 529
Spectaculis *ne intersint clerici* 616
Spolium. *Interdicto recuperandæ possessionis quæritur prius de spoliatione, quàm titulo* b 537. *Quid si spoliator careat titulo* ibid.
Sponsalia *qt. impediunt religionis ingressum* 482
Sponsa *per sponsum vi cognita an eo invito ingredi possit religionē* 479
Sponsus *& sponsa intra trimestre deliberare debent de religionis ingressu* 482
Sportulæ *in benef. conferendis prohibitæ* b 177
Status *vox quotupliciter accepta* 553. *Tres in ecclesia constituti, & cur,* ibid.
Status religiosorum *quotuplex* ibid. *v. Vita.*
Statuta *quid* 11
S. Stephani *ordo ap. Italos* 469
Studiorum *legitimum tempus quod* b 327
Studiorum Magistri *bonis moribus præditi sunt* b 119
Stylus *quid* 20. *Curiæ Rom. qt. allegari possit* ib. *contra stylum factum improbatur, & stylus pro lege habetur* ibid.

Subdia-

Subdiaconatus. Subdiaconus. *Hic ordo an Sacramentum, olim dubium* 329. *An ei annexus cælibatus* 331. *An circa eum possit dispensare Papa* 332. *Ad Subdiaconum quæ ætas requisita* 333. *Quæ hujus ordinis materia* ibid. *Consecratus ut ita tradatur calix an necessarium* ibid. *An tota materia absolvatur in traditione ejus* 334. *Forma Subdiaconatus* 335. *Manus impositio an de substantia* 336 *Subdiaconorum quod officium* ibid.

Subditi. *Episcopi munus circa eos* 173. *& potestas* 177

Subjectio *ecclesiæ unius facta alteri* b 261

Subrogationes *litigantium prohibitæ, fiunt tamen certis casibus* b 541. *Ante earum postulationem solet peti manus levatio* ibid. *quando ea impediatur* ibid. *à quibus impetrentur subrogationes* ibid. *quid in Gallia obtineat* b 542. *Petenda subrogatio intra annum* b 543. *Quapropter exhibendus titulus* b 543. *siquidem petatur subrogatio in locum ejus qui possidebat* ibid. *Ab observatione anni qui excusentur* ibid. *Impetratæ subrogationis effectus* b 544

Subsidiarium *beneficium Clericorum* 674

Subsidii *petitio ab episc.* 183

Subsidium charitativum, *quomodo impetretur* b 437. *ejus quantitas* b 437. *Quibus competat, ex quibus causis, quoties* ibid. b 438. *Qui ad ejus solutionem tenentur* b 439. *An hic currat præscriptio* b 440

Substitutus, *v. coadjutor.*

Subtractio *bonorum eccl.* b 36

Successio *ecclesiæ in bonis patrimonialibus beneficiati ab intestato mortui* b 362

Successio ascendentium in beneficium. *An ascendens in descendentis beneficium potest succedere?* 401. *Dispensatio prædere debet ordinis collationem* 401

Suffragium. *Omnes, quibus competit jus suffragiorum ad electionem faciendam sunt vocandi* 90. *uno etiam omisso, poterit infirmari electio* ibid. *si vocati ad electionem non veniunt electionem ipsorum non impedit absentia. ibid. sq.*

Sui. *Qui dicantur* 366. *an & familiares Episcopi* 369

Sumtus. *Episcopi cura circa superfluos subditorum* 173

Superiores *subvenire debent Religiosis* 559

Supernumerarii *in monasteriis* 575

Superstes, *v. vivus.*

Superstitio. *Episcopi munut circa eradicandam* 170

Suspensio *clericorum fit ab episc.* 177. *Dispensatio episc. cum suspensis* 179
Syncellus *Patriarchæ* 214.
Synodus *quæ* 7. *ejus convocatio & solutio per episc.* 183. *Episcopi cura Synodi quotannis convocandi* 174

T.

TAbellionis *officium Monachis interdictum* 554. 611
Tabernas *vitare debent Clerici* 616
Tacens *in capitulo pro consentiente habetur* 441
Temperantia *clericorum* 616. *sq.*
Templariorum *ordo extinctus* 469
Tempus *collationis beneficii* b 157. *sqq.*
Tempore *prior, jure potior* 15
Testari *non possumus de bonis ecclesiæ* b 361
Testamentorum *executio Monachis prohibita* 556. *Episcopi munus circa executores Regulares* 173
Testes *an possint esse Clerici* 455. 613
Teutonicorum *ordo* 469
Theologus, *an Canonista præferendus in beneficio* b 126. *Theologorum schola olim* 206
Thesauraria *dignitas* 209
Thesaurarius Ecclesiæ, *Sacrista* 208
Tintinnabulorum *pulsatio per custodem* 210
Titulus *quid* 415. *an necessarius tonsuram aut minores ordines ambientibus* 415. *Sine titulo ordinati pœna* 416. *ab ea liberi Jesuitæ ibid. Ad titulum seminarii nullus ordinandus ibid. Deputationis titulo ad servitium alicujus Ecclesiæ potest ordinatio fieri, ibid. An & quando ad titulum coadjutoriæ* 417. *An ad titulum Beneficii nondum quæsiti, ibid. Titulus literaturæ an sufficiat, ibid. An patrimonii vel pensionis, ibid. Ob tituli opinionem moventur controversiæ* b 535. *Titulus canonicus quis* b 538. *Titulum quando docere debeant possessor* b 281. *Est aut justus aut coloratus* b 279. *Renuntians titulum an amittit* 140. 155.
Tonsuram *ambientibus an titulus necessarius* 415. *v. detonsio.*
Tonsura prima. *Eam accipientes in minores ordines pertinent* 337. *A quo debeant accipere eam* 176. 337. 375. *Quid præcedere debeat* 338. *Quem habere debeant animum tonsurandi, ibid. quam ætatem,* 339. *An prima tonsura sit ordo* 339
Traditio *universalis* 6

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Transactiones *de beneficiis, Simoniæ speciem habent* b 177
Transgressiones *leves an ponant gravem, si iteratæ* 526
Transitus *ab una Religione in aliam* 483. *seqq.*
Translatio *quid* 133. *Ejus requisita, ibid. regulariter prohibita, quatenus permittitur* b 207. *seq. Persona ad transferendum quæ apta* 133. *Causæ translationis quæ, quales?* 134. *Veterum translationum exempla, ibid. Cujus autoritate fiat translatio* 135. *Cur eam concedere possit Papa, ibid. An ad eam cogi possit Episcopus* 136. *quando per eam à veteri Ecclesia liberetur, ibid. An suam repetere possit* 137
Triennalis possessio b 278. *seqq.*
Turnum *suum an habeant Canonici* 441
Tutelæ *Monachis prohibitæ* 555
Tutores *an possint esse Clerici* 613

V.

VAcatio. *Beneficiuum quando dicitur vacare* b 491. *Vacandi modi* b 211. b 492. *Modi hi exprimendi in Gratia de vacante benef.* b 492. *An Capitulum sede vacante Oeconomum constituere possit* b 81. *Non vacante beneficium non confertur* b 159. *Vacaturum beneficium nec præsentari nec promitti potest* b 162. *Vacans beneficium quo casu conferri nequit* b 162, *Multum interest, utrum ipso jure vacent beneficia, an vero judicis requiratur sententia* b 520
Vacatio benef. *propter beneficiati crimen* b 520. *vid. crimen, beneficium.*
Vacatio beneficii *per ingressum Religionis* b 519
Vacatio *ob contractum matrimonii* b 511. *seq.*
Vacatio beneficii *per mortem*, b 493. *ut taliter vacantium collatio procedat, quæ necessaria* b 494. *suppressum beneficium taliter non vacat ibid. nec ubi præbendarum numerus non definitus, aut beneficium est de mensa* b *ibid. Ordinarii autoritas hic olim & nunc* b *ibid. seq.*
Vacatio ob promotionem *ad Abbatiam, Prioratum, præposituram* b 511
Vacatio beneficiorum *ob promotionem ad Episcopatum* b 508. *seqq. Quid si cum promoto dispensatum* b 509. *Episcoporum titularium beneficia non vacant* b 509. *seq. Quid si Episcopus ab uno Episcopatu*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

patu transferatur per Papam ad alium b 510. *Non vacat Episcopatus per adeptionem beneficiorum aliorum dispensante Papa concessorum* b 510
Vacare *ut desinat sedes Episcopalis, quæ requirantur* b 102
Vacatio unius per promotionem *ad aliud incompatibile* b 496. *sqq. v. Beneficiorum pluralitas.*
Vacatio per renunciationem, *cujus authoritate fieri debeat* b 495. *seq. Beneficium an vacet per admissam renunciationem* 140
Vagabundi. *Clerici quomodo coercendi* b 470. *Episcoporum pœna* b 473
Vasorum *Eccles. custos* 208
Vectigalia *non solvunt Clerici* 664. 667
Velamina *monialium* 573
Venatio *religiosis interdicta* 554. *& Clericis* 618.
Veneficium, *v. Magia.*
Veneratio Dei. *Episcopi munus circa eandem* 170.
Verbum Dei, *v. Scriptura.*
Vestitus *Episcopi* 132. *Monachorum v. habitus. Vestimenta sacerdotalia consecrat episc.* 176
Vicaria *perpetua an beneficium.*
Vicarius *quis* 189
Vicarius Capituli, *vid. Capitulum, Sedis Vacatio.*
Vicarius Episcopi *quis, ejus constitutio à quo, quotuplices* 217. *seq.* 220. *Perpetui, temporales* 219. 220. *An perpetuus ad libitum possit officio privari* 220. *Ei animarum incumbit cura* 220. *An differant vicarius & officialis* 221. *eum eligit Episcopus, & de ejus facto tenetur.* 185. *seq.* 221. *quæ in eo desiderentur* 221. *Potest esse Laicus, Religiosus* 222. *An eum teneatur eligere Episcopus* 222. *quomodo constituatur* 223. *quot possint constitui* 223. *Ex pluribus vicariis uni potest fieri delegatio* 224. *habet præcedentiam in capitulo* 225. *vicariorum potestas,* 226. *quomodo ea desinat* 233. *An teneatur de Syndicatu* 234. *Ei debetur Salarium* 235
Vicarius foraneus *quis dicatur* 224
Vicarius generalis. *Quæ competant ei* 223. *An conferre queat beneficia* b 82. *An possit præsentare, confirmare electos ibid. An conferre possit extra diœcesin* b 83. *seq.*
Vicarii nati *qui* 218. *Archipresbyter* 202
Vicarius Papæ *an conferendi beneficia potestate gaudeat* b 85
Vicarii substitutus *an possit conferre beneficia,* b 85
Vice-Comites *ne sint clerici* 611.

Vicedominus *quis* 251. *Ejus officium, ibid. In quibus conveniat aut differat cum œconomo, ibid. Vicedomini olim clerici erant, postmodum laici* 252. *Corrupti; an corrigibiles, ibid.*

Vice-Reges *ne sint Clerici* 611

Viduæ. *An diaconissæ fuerint* 322. *Harum consecratio an eadem cum virginibus* 323. *Episcopi cura viduarum* 173. *Viduam ducens pro digamo habetur* b 145

Vinculum *reale ordinis ingressum prohibens* 473. *A vinculis immunes clerici,* 657. 660. *v.* Carcer.

Virgines *Deo consecratæ, an diaconissæ* 322. *Sacrarum benedictio & consecratio ab Episc.* 176. *Velamina earum* 573. *Numerus in monasteriis definitus* 574. *Absque dote non suscipiantur* 575. *Institutio earum vitæ & regimen* 575. 576. *Quando exire possint* 575. *Puellas quomodo in monasteriis educare debent* 576. *Honestas & mores, ibid. Clausuram monialis quando egredi censetur* 577. *Ob quas causas egredi possit* 578. *Pœna aliter egredientis* 579. *Monasteria ingredi sine licentia non possunt; pœna eorum* 579. 580. *Licentiæ causa sit legitima* 580. *v. Moniales, sanctimoniales.*

Vis *Clericis à Laicis illata severè vindicetur* 657. 660

Visitationis *causæ, quid* 634. *Visitandi potestas* 635. *Archiepiscopi ubi visitent* 635. *An visitationem repetere possint* 635. *Episcopi quomodo ecclesias visitent* 173. 178. 187. *Propriam diœcesin visitent* 635. *An per Generalem vicarium* 435. *Quando capitulum, Archidiaconi &c.* 636. *Tempus visitationis, & loca* 637. *sq. Ad quæ se extendat visitatio* 638. *Visitationi quid præmittendum, ibid. Quid pro ea recipiendum* 639. *Tempus finiendæ, ibid. Visitans quomodo excipiendus, & quid porro ei faciendum, & quid iis peractis soleat facere, ibid. Visitans quid quærat in examine* 640. *Modus in visitando* 641. *Quid si delictum alicujus deprehensum* 642

Vita Episcoporum, *v. Mores Episcoporum. Quomodo religiosi componere debeant* 553. *Regulæ propterea traditæ, & circa quæ* 553. *Clericorum qualis esse debeat* 607. *sqq. v. mores, honestas, status.*

Vitia. *Episcopi munus circa vitia subditorum* 173


Vivi *beneficium nec potest conferri, nec promitti* b 160

Ultima voluntas *v. Testamentum.*

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV.
32

Unctio *campanarum ab episcopo* 176 *v. Chrisma, oleum.*
Unctio extrema. *Parochi officium circa ejus administrationem* 311. *Quales observare debet ritus, ibid.*
Unio beneficiorum *quid, unde dicta, ejus species* b 259. *In favorem personæ facta an valida* b 260. *Quomodo & quot modis fiat, ibid. Quando fieri possit* b 261. *quæ eam impediant vel minus* b 263. *quæ ecclesiæ uniri possint* b 264. *Episcopus an unire possit mensæ suæ, aut capitulari, ibid. quis unire possit* b 263. *Non facienda, nisi res suadeant* b 266. *In ea faciendæ causæ requiritur cognitio* b 267. *Facta proprio motu superioris vel capituli consensu* b 267. *Unionis per Papam defectus ipse supplet* b 268. *Interesse cujus hic intelligitur, ibid. facta quando invalida* b 269. *Est odiosa; quomodo probanda* b 269. *sq. sortita effectum revocari non potest* b 270 *Unionem quis possit dissolvere* b 271. *Dissolutionis effectus, ibid.*
Vota *Canonicorum in Capitulo* 440. 444. *(v. vox.)*
Votum *quid, quotuplex* 510. *Qui vovere possunt, quive impediantur* 511. 513. 515. *Actus qui voveri possunt* 515. 516. *Qualia vota valeant, quæ non* 517. 519. *Sub votum non cadentia vel omnino* 517. 519. *Ad voti obligationem necessaria Deliberatio, juramentum* 522. *sqq. Intentionis vis* 523. *Excusantia a voto* 523 *Effectus voti* 525. *Dubius de voto an obligetur* 526. *A quo emitti possit* 529. *An vovens prævidens impedimentum teneatur prævenire* 529. *Votum obligat voventē, non alium* 530. *Parentis an obliget filium; defuncti an hæredes* 530. *sq. A voto liberantia quinq.* 532. *Irritationis effectus* 533. *Commutatio liberat à voti obligatione* 538. *Dispensatio & ejus vis in voto* 539. *Episcopi cura circa vota* 182. *Matrimonium impediens votum* 544
Vox *Episcopi in capitulo* 448. *v. vota.*
Usurpatio *bonorum ecclesiæ vetita* 336. *Usurpatorum, & opem eis ferentium pœnæ* b 337. *sq.*
Usus pii. *Onera in usus pios pro investitura benef. imposita* b 178
Ususfructus *mensæ &c. an rectè alteri concedatur à Prælato* b 347
Utensilia *sacra consecrat episc.* 176.
Uxores *Clericorum quomodo in Ecclesia Græca & Latina considerata* 323


FINIS.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.

G IV
32

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corvinus
De Personis
et Benefic. Eccles.

G IV
32


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CORVUS

Th
4767

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Coryinus
De Personis
et Benef. Ecclesiast.
G IV
32